Dñs non hñtes fidẽ sicut iudei sarraceni ⁊ etiã infideles xp̄iani q̄ non credũt ibi eẽ verũ corpus. Quõ aũt xp̄s sit in hoc sacramẽto hoc quere sermone. lxx. S.

Sortilegi ⁊ carminatrices hoim̃ etiã; pecorũ q̄ carminãt capita oclos ⁊ dẽtes hoim. ⁊c. Et etiã qui tenet somnia ⁊ fatũ ⁊ dies egyptiacos. Et similiter q̄ vadũt ad phitonissas ⁊ interrogant eas de rebus occulte furatis. Et illi qui portant litteras ad collum contra dolorem dentium. vel etiam oculorum. et sic de alijs.

Blasphemi qui iurant ꝑ membra xp̄i ⁊ vulnera ⁊ sanguinem xp̄i ⁊ non sunt confessi nec intendunt dimittere.

Qui iurãt falsu; testimoniũ in iudicio. Et etiã ille q̄ scienter recipit iuramẽtũ ab illo quẽ scit falsum iurare. Silr illi q̄ quottidie iurant in v̄bis suis mendacia ꝑ deũ ⁊ sup omnes sanctos. ⁊ q̄n talis quottidiana iuramenta sint pctm̄ mortale. hoc q̄re ser. xlij. C.

Maledici q̄ maledicũt suis vxorib⁹ pueris ⁊ famulis ⁊ etiã alijs hoib⁹ nisi sint ɔtriti ⁊ ɔfessi ⁊ velint se emendare.

Qui in illicito amore stãt ad viros vel ad mulieres. Similiter ⁊ q̄ nitunt̃ facere amorẽ illicitũ vel etiã odiũ inter hoies ⁊ etiã mediatrices q̄ portãt litteras vel dona taliũ personar ⁊ iuuant eas v̄bis vel factis vt simul cõueniant in illicito opere.

Qui ɔtra ɔtẽptu festa non celebrant s; laborant seu vecturam exercent ꝓ pecunia.

Silr q̄ vadũt ad nũdinas ⁊ emũt cũ lucri i diebus festiuis ⁊ ꝓpter hoc subtrahunt se a diuinis. ⁊ de hoc quere ser. xvij. D.

Qui ex ɔtẽptu soluũt ieiunia ab eccl'a instituta ⁊ q̄ sine cã comedũt in q̄dragesima lacticinia. ⁊ q̄n tales peccẽt mortalit̃. hoc q̄re ser. xxxix. K. L. M.

Qui ɔtẽnunt dñicis dieb⁹ audire vnã integrã missam sine causa ⁊ necessitate. sicut illi q̄ stant i cemiterio vel circueunt eccl'as. vl' stãt in foro ⁊ sic negligũt missam vel sermonem. vñ dr̃ i dec. Dñica die missa ds audiri ab omnib⁹ de ɔse. dist. i. Missas. Itẽ dr̃ in decret. Die dñico ꝑpl's de misse egredi nõ ds an̄ b̄ndictionem. de cõse. dist. i. Missas.

Bibuli q̄ se scienter inebriant ⁊ in ebrietate sua deum blasphemant nisi sint confessi ⁊ velint desistere.

Fistulatorib⁹ ⁊ figellatorib⁹ q̄ ad choreas publicas fistullãt. ⁊ illi q̄ in dieb⁹ festiuis chorizãt. ⁊ q̄n tales peccent mortalr̃. hoc q̄re ser. xxxvij. S. Oẽs fornicatores qui vadũt ad publicas meretrices. silr ⁊ illi q̄ tenẽt ɔcubinas secũ i domib⁹ suis nisi sint ɔfessi ⁊ velint desistere. Defloratores v̄ginũ.

Oñs adulteri ⁊ adultere. Qui scienter res furtiuas possidẽt ⁊ retinẽt. Et hoc etiã intelligitur de paruis rebus sicut q̄ intulerunt dãna p̄ximis i pratis in graminib⁹ i segetib⁹ agror in vineis in fructib⁹ sicut in pomis i pirus ⁊ sic de alijs quõ aũt restitutio debeat fieri de rebus occultis ⁊ de debitis et etiam de paruis rebus. hoc quere sermone. xliiij. X.

Qui res inuẽtas habẽt. Quõ ⁊ q̄bus res inuẽte sũt restituẽde. hoc q̄re ser. xliij. R.

Qui non dant plene decimas ⁊ redditus ⁊ offertoria ⁊ alia iura parrochialia.

Usurarij q̄ de decẽ florenis annuatim recipiunt ⁊ vnũ p vsura. Similiter q̄ ɔcedũt pecuniã sup ciuitates vel castra vel sup villas ⁊ recipiũt fructus vsq; dũ alius restituat ipsis pe

cuniã. Et etiã illi q̄ chari⁹ vendunt ꝓpter di-latõnē: vel etiã q̄ ꝓ prōpta pecunia emunt ⁊ immediate multo chari⁹ vendunt ꝓpter di-lationem: et sic de alijs. De hoc quere sermo-ne. cxiiij. L.

Lusores qui et auaricia ludunt ⁊ pecuniã lucratã in ludo retinent: ⁊ qui in sacris nocti-bus ⁊ diebus luserunt. Et q̄ cōmittūt in ciui-tatib⁹ talibus lusorib⁹ officia. videlicet appo-nendi taxillos vel cartas. Unde dicit̄ in de-cretis. Pari pena puniēdi sunt agentes ⁊ cō-sentiētes. xviij. q. iiij. Offis. Simili͛ q̄ hospi-cio recipiunt lusores ⁊ permittunt eos in do-mibus suis ludere: ⁊ hoc faciunt propter lu-crum temporale.

Mechanici q̄ falsificant sua artificia scien-ter ⁊ dolose: ⁊ q̄ nō laborāt sua artificia sicut ꝓmiserunt vel iurauerūt cōsilio ciuitatis. ta-les coram deo sunt periuri.

Raptores: fures: ⁊ q̄ sciēter emerūt rē rap-taꝫ: vel etiã scienter comederūt de rapina vel furto; quia tales tenentur ad restitutionem.

Qui damnū intulit ꝓximo sciēter et ex in-uidia. s. cū suo malo cōsilio. vel etiã cum suo falso testimonio. Similiter q̄ ipediūt ex inui-dia aliq̄d munus ꝓximi qd̄ sibi licite fuisset datū ⁊ hmōi. Un̄ d͛r in decre. Interēs dam-nū nō est absoluēdus nisi damno scd̄m arbi-triuꝫ lesi restituto. xxiij. q. viij. Pessimã. xiiij. q. vi. Si res.

Qui dilatant agros suos et agros vicino-rū diminuunt cū aratro: vel etiã q̄ lapides ia-ciūt de agris suis ⁊ ꝓijciūt eos sup agros vi-cinoꝝ. simil͛r et illi q̄ cū aratro suo diminuūt planiciē aliqu⁹ cōmunitatis: vel ciuitatis.

Mercatores q̄ iurando ⁊ mētiendo sciē-ter decipiunt ꝓximos vēdendo malū ꝓ bo-no: siue sint rustici: siue ciues: siue ista decep-tio fiat in re parua siue in re magna. De hoc quere sermone. cvi. A.

Pincerne q̄ nō dāt iustã mēsurã nec plenã mēsurã: ⁊ etiã q̄ vinū ꝑparāt cū nociuis pre-paramētis. vel etiã q̄ aquã fundunt in vinū et sic vendunt aquã ꝓ vino. Sil͛r pincerne q̄ in domib⁹ suis ꝑmittūt hoīes deū blasphe-mare: ludēre: chorizāre: fornicari: ⁊ sic d̄ alijs. Qui in hospicio retinēt illos sciēter q̄ nō sūt ꝯfessi i q̄dragesima nec tpe pasche cōicauert. Sil͛r q̄ i dom. b⁹ suis retinēt suspectas ꝑso-nas ad q̄s alij accedunt ⁊ cū ip̄is fornicāt. Uel etiã q̄ hospicio recipiūt histriones q̄ secū ducūt concubinas ⁊ sic ꝑmittūt eos sil͛ peccare.

Carnifices q̄ sciēt carnes ĩnuiculosas ꝓ bonis carnib⁹ vēdūt. Uiri ⁊ mlieres q̄ i actu mrīmonij auertūt ordinē. qꝛ h⁹ ē pessimū pec-catū. vñ d͛r i decre. Hoc viciū mai⁹ ē q̄ si ma-trē suã q̄s cognosceret. xxxij. q. vij. Adulteri. Et de hoc pessimo vicio quere ser. xxxv. R.

Uxor q̄ furat̄ marito ꝓpo ⁊ male expēdit. scꝫ ludēdo: spōsando: vel etiã supbas vestes emēdo: vel crapulose viuēdo: ⁊ se inebriādo: et sic de alijs. Et q̄n vxor sic furando peccat mortaliter. Hoc quere sermone. xxv. K.

Mariti ⁊ vxores q̄ se mutuo odiūt: ⁊ sil͛ di-scordāt. sic isti mali ⁊ iracūdi viri q̄ ex rācore et sine cā pcutiūt vxores suas. et etiã iracūde mlieres q̄ cōtēnūt viros suos: ⁊ maledicunt ip̄is. nisi sint ꝯfessi ⁊ amodo sil͛ pacifice velit viuere. De hoc quere sermone. xxv. E.

Qui i nocte natiuitatis xp̄i ꝓ offertorio lu-serūt. ⁊ etiã q̄ feria tertia i carnispriuio vl͛ me-diã noctē carnes comederūt. Uiri ⁊ mu-lieres ⁊ etiã v͛gines q̄ ꝑ ornatū vestiū ⁊ ꝑ pul-critudinē corpis. s. faciei vel criniū alios sciē-ter iduxerūt i malas cōcupiscētias. Sil͛r q̄ ꝑ vi-suꝫ vl͛ ꝑ tact⁹ ⁊ amplex⁹ vel ꝑ v͛ba illicita ir-ritauerūt seipos vl͛ alias ꝑsonas ad cōcupi-scētias malas nisi sint ꝯfessi ⁊ vel in desistē.

Mulieres q̄ destruūt ptū cū herbis ⁊ pcu-rant sterilitatē ne mulier possit concipere.

Parentes quoꝝ negligētia pueri ãn bap-tismū decedunt. sicut quando in vtero mrīs suffocantur.

Similiter parentes qui ex negligentia per-mittunt pueros cadere in ignē: vel in aquã: vel etiam qui locant pueros suos secū in le-cto: quos dormiendo opprimunt.

Parentes q̄ ꝑmittūt pueros suos blasphe-mare deū: et etiã maledicere hoīb⁹. ⁊ etiã q̄ ꝑ-mittūt eos ludere cū taxillis. fornicari. chori-zare. ⁊ etiã hoīb⁹ dãna inferre in graminib⁹ ⁊ segetib⁹. in pratis. pomis. in hortis. ⁊ sic de alijs: ⁊ eos nō corrigunt. qꝛ talia peccata ca-dunt in parentes nisi sint confessi.

Percussores parentum: et etiam filij pro-terui ⁊ rebelles qui maledicunt parentibus: et ip̄sis ptinaciter inobediētes sunt: nisi sint confessi et velint se emendare.

Que cōtraxit mrīmoniū p⁹ votū castitatis.

Similiter q̄ cōtraxit mrīmoniū post spon-salia facta cū alia ꝑsona etiaꝫ q̄ clandestine contraxit: vel contra interdictum ecclesie.

Inhibitões

Mulieres que vestes virorum induerūt in carnisprivio: vel ecōverso. similiter qui vestes monachorum induerunt et in ipsis chorizauerunt.

Qui mendaciter abstulerunt famā proximi nisi sint confessi et velint revocare. Unde Nero. Nō facilis venia p̄us dixisse de rectis.

Servi ꝛ ancille qui bona dn̄oꝝ suoꝝ furtive subtrahunt ꝛ nō servant eis fidelitatē quam eis promiserunt. Similiter ꝛ officiales ꝛ servitores nobilium qui infideles sunt in recipiendo et expendendo bona dominiorum suorum.

Domini ꝛ domine qui famulis et famulabus ꝛ alijs mercennarijs suis nō plene persoluunt mercedem: sed protrahunt ꝛ defraudant eos in precio suo quod meruerunt fideliter serviendo ipsis.

Qui rancorē ꝛ inimicicias retinent in cordibus suis ꝛ nolunt indulgere offensoribus suis.

Quomodo autem quilibet tenetur indulgere inimicis. hoc quere sermone. xxx. V.

Prelati ꝛ superiores qui aggravant contra deum ꝛ contra iusticiam census ꝛ redditus.

Similiter ꝛ illi qui faciunt exactiones indebitas in suos subditos. Nam tales dn̄i et p̄lati tenent̄ ad restitutionē oīm p̄dictoꝝ. Et de hoc quere sermone. lix. I.

Sacrilegi q̄ furant̄ in ecclesijs vel in alijs sacris locis. Similiter ꝛ illi qui furantur bona sacerdotum ꝛ religiosarum personarum.

Incendiarij ecclesiarum ꝛ monasterioꝝ: et etiam aliarum domoꝝ.

Violatores ecclesiarum cū effusione sanguinis vel etiam seminis.

Qui pedagium recipiunt a clericis: et personis religiosis.

Qui faciunt statutā contra libertatem clericoꝝ: sicut qui interdicunt subditis ne oblationes ad altaria offerāt et anniversaria peragant: et ne presbyteris molant vendant: ꝛ panes pinsant.

Qui iudicem spiritualem impediūt in suo iudicio: et nuncios ipsius qui portāt litteras capiunt spoliant et eis aures abscindunt.

Qui falsificant monetas: litteras: sigilla: et qui falsum instrumentum conficiunt.

Falsi iudices ꝛ falsi causidici ꝛ falsi testes.

Qui sententiant super usuram soluendam iudeis sive xp̄ianis usurarijs.

Qui recipiunt bona et propria a iudeis quia tales tenentur illis a quibus ipsi iudei per usuram extorserunt vel heredibus ipsoꝝ: sed si nō sciunt heredes tunc debēt dare pauperibus.

Famuli ancille et nutrices puerorum que iudeis serviunt et morantur cum ipsis in domibus. similiter ꝛ xp̄iani qui locant domos suas iudeis ad inhabitandum.

Qui filios vel filias suas cū pacto tradunt ad monasteria: quia tales committunt symoniam.

Qui participant cum publicis excommunicatis in loquendo: comendo: hospitando contra prohibitionē ecclesie. Nam tales nō debent ad eucharistiam accedere nisi sint prius absoluti a minori excōmunicatione quā incurrunt in participando cum excommunicatis.

Qui vota deo et sanctis promissa non servant.

Qui non sunt integraliter et plene omnia peccata sua confessi que habent in memoria sed scienter propter verecundiam aliqd̄ peccatum obticuerunt: vel etiam qui stant in proposito iterum peccandi mortaliter.

Qui penitentiam eis in confessione iniunctam non perfecerunt: nec intendunt perficere: sed obliti sunt penitentiaꝫ eis prius in cōfessione iniunctā: quia tales oportet confessionem prius factā reiterare. de hoc quere sermone. xliij. N.

Sciendū q̄ quilibet plebanus potest pro quolibet peccato mortali suo subdito inhibere excommunicationem. Unde quilibet plebanus potest addere vel diminuere istis articulis scd̄m q̄ sibi videbitur populo suo expedire. Et utile est istos articulos populo pronunciare. scilicet in principio quadragesime et in medio: ꝛ in fine quadragesime: ut ipsi simplices homines addiscāt sua peccata cognoscere et ea confiteri.

Expliciunt inhibitiones a communione tempore pasche.

Sermones discipuli de tempore per circulum anni incipiunt. Dominica prima aduentus domini. Sermo primus de aduentu xpi in carnem.

Ecce rex tuus venit ti

bi mansuetus &c. Zach. ix. Math. xxi. Marci xi. Luce. xix. Joh. xij. Egregius doctor noster sanctus Tho. de aquino dicit q nulla actio sit pfecta siue meritoria nisi fuerit p gratiaz dei illuminata. Quoniam sicut sol est ca omnium generabiliu & corruptibiliu. sicut dicit Aristo. in .ij. libro phisicor. vbi dicit sic. Homo generat hoiem & sol. sic scz q homo generet a patre & matre sol cooperatur. sic verus sol iusticie xps ihesus est ca oim gratuitaru actionum. Ideo dicit Isidorus. O homo in omni ope tuo auxiliu dei posce, qm sine ipo nulla bona opa possumus pficere. Ipsa veritate attestante que dicit Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Pro gra igitur impetranda matrem gratie salutemus &c. Ecce rex tuus vt supra. Hodie mater ecclesia incipit tepus aduentus xpi sicut incarnatus e & descedit de celis pp ter nostra salutem. Unde Bern. Uenit medicus ad egrotos. redemptor ad venditos. ad erraties via. ad mortuos vita. venit qui sanat oes infirmitates. Ergo dicitur. Ecce rex tuus venit. qa de aduentu dni dies festiuat hodierna. Ideo est sciendu q est quadruplex aduentus dni. A Primus est in mundu: per carnis assumptoem. Unde Joh. i. Uerbum caro factum est. Et de illa agitur in pma dominica. Secundus est ad iudicium. p meritor discussiones. De quo Esaie. iij. Dominus ad iudiciu veniet cum senioribus populi sui & principibus eius. nunc vt habetur Luce. xxi. Uidebunt filium hominis venientes cu potestate magna & maiestate. qm scdm ps. xcv. Judicabit orbez terrarum in iusticia: & populos in equitate. De quo agitur in secuda dominica. Tercius e in anima: p gratie infusionem. Sap. vij. In animas sanctas se transfert. Joha. xiiij. Si quis diligit me vsq ad eum veniem & mansionez apud eu faciemus. De quo agitur in tercia dominica. Quartus est aduentus christi ad mortem hominis. Unde Luce. xij. Estote parati. qz qua hora non putatis filius hominis veniet. De quo agitur in quarta dominica. Ad primu domini aduentuz redeo de ipo non subtilia sed simplicia vt discipulus pscribendo. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de illo tpe aduentus. & quare institutum sit ab ecclesia. Secundo quomodo incarnatio xpi facta sit: et quare natura nostra mundior sit seruanda pp incarnationem. Tercio exemplum. B Quatum ad primu sciendum. q pns tepus medio modo se tenet ad tpa totius anni. quia partim leticia cotinet & partim tristiciam. Deponit eni sancta mater ecclesia cantica leticie. s. Te deuz laudamus: in matutinis. Gloria in excelsis: in missa. sed alleluya no deponitur. In quadragesima oma ista deponit ecclesia. Item in aduentu ieiunatur cum lacticiniis: sed i quadragesima cu oleo Et hoc ex pcepto vt habet in decretis. In quadragesima est ieiunandu a lacticiniis. dist. iiij. Deniq. Sed quare hoc tempus aduentus domini institutu sit ab ecclesia: Respondetur. Primo ad memorandu beneficiu qd dominus contulit humano generi in incarnatione sua. Nam in hoc honorauit nos super angelos. Noluit eni xps parentela contrahere cu angelica natura: sed cu humana. Heb. ij. Nusq apphedit angelos sz seme abrahe. Ex quo habetur q inter deuz et hoies e maior fraternitas q inter deum & angelos Et fraternitas quidem que tantu causatur ex altero parentum firma est. sed que causat ex vtroq: firmissima est. Angelus est frater xpi tm ex pte patris eterni qui etia est pater xpi p eternam generatonem. & angelor per creatonem. Homo vo est frater christi ex pte patris eterni qui est pater christi p eterna generatonem. & hominis per creatioem. Ex

parte matris. qr virgo beata est mater christi et nostra. Unde xps nuq vocat angelos suos fres sicut hoies dicens illud ps. Narrabo nomen tuu fratribus meis. Ergo de misericordia saluatoris multu confidam attendentes qr caro et frater noster est. Gen. Pnto me iam spernere no poterit xps os de ossib meis et caro de carne mea. Et exquo xps dicsus est frater noster tuc vult nobiscu pie et misericorditer agere. ac amicabiliter et vt frater cu fratre nobiscu conuersari. Qui eni oli erat leo seuerus: modo factus est vt homo mansuetus. Legitur eni q vnicornis nulla violentia capi pot: sed in sinu virginis reqescit et masuescat. Sic et deus fortissimus in sinu virginis reqescens factus e agnus masuet. Ite legit Gen. xliii. q Joseph in suo conuiuio maiorem dedit ptez Beniamin qui frater suus erat ex vtroq parente: q ceteris qui tm fratres eius erant ex altero parente. Sic xps duplice refectioez dabit hoi. s. in sua diuinitate et in sua huanitate. Angelos autez in sua diuinitate solu reficiet. Secundo io hoc tps institutum e vt de tato beneficio gaudentes vana mudi gaudia respuam. Un ia de illo tepe sacro non debemus vane gaudere. In signu huius canonici cappas sicut in quadragesima induunt. Aug. Hec gaudia velut venenu dyaboli repudiare debemus. qa no solu corpus: sed etiam aiam necare festinant. Qr gaudia ista necat hoiem et gaudija celi priuant ostendit Greg. in quadaz omelia dicens. Nemo pot hic gaudere cum hoc seculo et illic regnare cu deo. Idez. Presentia gaudia sequutur ppetua lamenta. Ergo gaudere debemus in deo et no in hoc seculo. Un aplus ad Philip. iiij. Gaudete in dno semp iterp dico gaudete. Un Zach. ix. ante illud. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: dicit. Exulta captiua filia syon iubila filia ierlm. Nonne gaudere debemus cu ille venit nobis pntialiter illo tpe que antiqui expectabat et desiderabant logo tpe. Un Esa. lxiiij. dixit. Utinam dirumperes celos et descenderes. Aggei. ij. dixit. Ueniat desideratus cunctis gentibus. Moyses Exo. iiij. dixit. Mitte dne que missurus est. Dau. d ps. cxliij. dixit. Inclina dne celos et descede. In signu huius xps dixit discipulis suis Lu. x. Dico vobis q multi pphete et reges voluerunt videre que vos videtis et no viderunt. audire que vos auditis et no audierut. ¶ Tertio institutu est vt preparemus nos ipsi digne in die natiuitatis suscipiendo. Unde secudu Guil. lugd. Temp hoc deputatu preparationi solennitatis natal. scz aduent breuius est. qr vix est medietas temporis deputati preparatoni solenitat pasce. Ideo nec dilationi nec negligentie locus debetur. Unde in epistola hodierna legit. Dies appropinquabit, id e in pxio erit dies natalis scz que fecit verus sol nasces in mudo isto. Abijciamus ergo opera tenebraru et induamur arma lucis. Un quibet peccator iam illo sacro tempore debet a peccato cessare: et pterita peccata deplagere et pure confiten. Un Ambrosius in libro de paradiso. Non eni quisq a peccato iustificari poterit nisi pctu ati cofessus fuerit. Unde si supbus fuisti per integru annu tunc abijcere debes modo opera tenebraru id est supbiam: et induere arma lucis. i. humilitatem. Si luxuriosus fuisti: tunc castus esse debes. Si auarus fuisti et res iniuste acquisisti, tunc iam res iniustas debes restituere: et de iustis elemosinas dare. Si gulosus fuisti et ebriosus: tunc iaz abstinere et ieiunare debes isto sacro tempore. Si iracundus et maledicus: iam pius et benignus. Si piger et accidiosus: iam ad queq opa bona promptus et paratus sis. Un scdm Guil. Lugd. Illi qui in hoc sacro tempe a peccato no cauent: saluatorem aduenteté quasi manibus a se repellunt dum immudicia operum suorum aduetum illius ad se impediunt. Murum etiam faciut inter se et saluatorem dum peccata peccatis addut. Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum vestru. Tales multum dolere possent et deberent. Nam ille qui aliorum est saluator: eorum erit damnator. Alij etiaz possent dicere. Saluatorem expectamus et c. vt habet Philip. iij. Ipi vo dicere habent damnatorem expectamus. Si duo sunt in vno carcere quorum alter probabiliter sperat se liberandum cu dominus carceris venerit. Reliquus vo credat q condemnabitur: et dicatur vtriq. Cras dominus carceris veniet. Sicut vnus habet materia gaudij: sic alter doloris. In vitaspatru dixit abbas Amon cuida fratri interrogati sermone aliquem. Uade et fac tales cogitatonem tua quale faciunt isti qui sunt in carcere. Isti eni interrogant hoies vbi est

iudex ⁊ quãdo veniet: ⁊ in expectatõe pena rum suarũ plorãt. Sic precipue facere debẽt qui in peccato mortali sunt cum adventum dei audiunt. Item alia materia doloris est ꝙ cum boni facturi sunt festũ nativitatis in leticia magna. Tunc ipsi pueri facturi sũt festum nativitatis horribile in amaritudie cõscientie sicut isti cum quibus dyabolus erit. Job .xx. Vadẽt ⁊ venient sup eos horribiles Item alia materia doloris est cum considerent quid facturi sunt in secũdo adventu quo xp̃s iudicare venturus est vivos ⁊ mortuos. vbi vindicet contumelias suas sibi ab iudeis illatas. Esa. x. Quid facietis in die visitationis vestre ⁊ calamitatis desuper venientis? Et hoc quãtum ad primam partem huius sermonis. D Quãtum ad secundam partem istius sermonis queritur quomodo incarnatio xp̃i facta sit. Respondetur ꝙ postquã Gabriel archangelus fuit missus ad beatã virginem vt habetur Luce .i. ⁊ Maria credidit ⁊ consensit. tunc spiritussanctus supervenit in eam ⁊ eam sanctificavit ⁊ fecũdavit: formavitque in instanti de purissimo sanguine virginis Marie: vel vt alij dicunt de purissimis eius humoribus corpus christi. et in eodem instanti in quo formatum est corpus creata est anima de nihilo. et hec anima in eodem instanti cõiuncta est corpori organizato. ⁊ illa duo corpus ⁊ anima simul mox erant deitati vnita in dei filij persona. Unde duo notantur hic secundum Holgot super lib. sapien. Primũ ꝙ nunquã fuit aliquis ita parvus puer sicut xp̃s fuit. quia embrio in matrice prius vivit vita animali quã vita hominis secundum Aristot. ix. de animalibus. Augustinus aũt dicit. Formatio corporis xp̃i fuit perfecta in principio sue conceptionis quãtum ad omnia liniteamenta membrorum. sed quãtum ad debitam corporis quãtitatem perficiebatur successive sicut corpora puerorũ augmentãtur a tempore figurationis vsque ad perfectam nativitatem. Secundo ꝙ nunquã fuit aliquis puer ita diu in vtero matris sicut xp̃us fuit. nisi esset monstruose natus: vel violenter impeditus. Igitur corpus xp̃i in quadraginta sex diebus attigit quantitatem talem in qua alijs embrionibus fit figuratio. E Itẽ sciendum secundum Henricũ de Urimaria ꝙ tota trinitas illam incarnatõnem opata ẽ. quia opera trinitatis ab extra sunt indivisa. Nam ibi fuit potentia patris qui statim corp⁹ formavit et animam creavit: et illa duo divinitati vnivit in illo momento cum beata virgo dixit. Ecce ancilla domini. Hec non potest facere potentia alicuius creature. quia omnis creatura in sua opatõne requirit tp̃s. sicut firmamentũ requirit diem vt moveatur ab oriẽte in occidẽs. Luna ad cõplemẽtũ sui cursus requirit mensem. Sol integrum annũ. Homo in determinato tempore formatur in vtero matris In conceptõne autẽ xp̃i opata est potentia patris. quia in instanti conceptõnis cõpleta fuit Itẽ opata ẽ ibi sapientia filij. quia corp⁹ optime disposuit ⁊ oĩa membra decenter ordinavit. ps. Speciosus forma pre filijs hominum. Item opata est ibi gratia spiritussancti q̃ conceptione illam mũdam ab omni peccatõ reddidit: quod nunquã factum est in aliquo puro homine: licet enim aliqui nati sunt sine peccato ⁊ sãctificati in vtero matris: sicut beata virgo maria. Johannes baptista. Jeremias. in vtero tamen in peccatõ originali sunt cõcepti: ⁊ secundum rationem seminalem descenderũt ab adam. xp̃s autẽ non solum natus sed etiã fuit sine peccato conceptus. Augustinus. Solius redẽptoris est esse sine peccato. Hec Henricus de Urimaria sup symbolum. F Queritur an conceptio xp̃i potius attribuitur spiritui sancto? Respondeo secundum Henricum de Urimaria ꝙ intentio denominat opatiõem. xp̃us aũt hac intentione ⁊ operatione carnem assumpsit vt miseris ⁊ afflictis subveniret. Et quia bonitas ⁊ misericordia attribuitur spiritui sancto. ideo de spiritusancto concept⁹ est vt p hanc excludantur carnales commixtiões Unde cantatur. Non ex virili semine sed mistico spiramine verbum ⁊c. Item sciendũ ꝙ quãvis tota trinitas operata sit in incarnatione. solus tamen filius est incarnatus. Unde dicit Augustinus in libro de fide ad Petrum. Et ipse augustinus ponit tale exemplum. Si tres puelle tenerent vnam tunicam: ⁊ vna ex illis indueretur: ⁊ tunc illa indutio fieret a tribus puellis: ⁊ vna illarum sola indueretur. Item alius doctor ponit tale exemplum. Si tres scilicet Petrus. Andreas ⁊ Johãnes simul agerent rubricando Andream: rubricatio Andree fieret ab hijs tribus: attamen solus andreas rubricaretur. G Item sciendum secundum Bul. lugdõ. ꝙ magis debemus esse solliciti naturã

humanā mūdā a peccō seruare p⁹ incarnatio nem filij dei ꝙ ante. qꝛ añ incarnatiōē erat causa vna quare hūana natura munda erat seruāda. s. dignitas ipius. qꝛ ymago dei est in ꝙtum deus ipam creauit. Unde Gen. i. Faciam⁹ hoiem ad ymaginē ꝛ silitudinē nostrā. Uñ si imago hec ꝟginis munda seruat quā pictor siue artifex fecit: valde mūda seruāda ē ymago dei quā ipemet ipsi ꝑficit ꝛ fecit. Ista cā innuit Ecc. x. Fili in māsuetudie serua aīam tuā ꝛ da ei honorē scḋm meritū suum. i. scḋm dignitatē suā. Alie ȯ ꝟo sunt due alie cāe. Una ē. qꝛ ꝯiūcta ē hūanitas ī vna ꝑsona diuinitati. ꝛ q̄si inseparabilr. Si igitur cruci xp̄i in qua pependit defert honor. sꝫ ꝙ munde ꝛ honorifice seruetur. qꝛ ei ꝑuo tēpore ꝯiuncta fuit diuinitas multū deferēdū ē hūane nature. Alia cā est. qꝛ mūdicia hūane nature sanguine xp̄i compata ē. Apoc. i. Qui dilexit nos ꝛ lauit nos a pctīs nr̄is in sanguine suo. multū seruanda est mundicia illa quā xp̄s ita care emit. Et hec ꝙtum ad secūdam ptem istius sermonis. Ꝟ Quātū ꝟo ad terciā ptem ē sciendū ꝙ illi scḋm apostolū rursum xp̄m crucifigūt q̄ ad peccā redeunt. Unde legiē ꝙ tpe beati Frācisci cū diuina pietas pmū ordinis minoꝝ taceret fūdamenta: q̄dam de fratribus redire ad seculū temptabat. Tandē accedens ad btm̄ Frāciscum rogare cepit vt a religiōis vinculo absolueret. eo ꝙ nulla rōne poterat in ordine ꝑmanere. Cui cum beatus Frāncisc⁹ nec posse nec velle se facere rñderet: ad dn̄m hostiensem accessit ꝛ ab eo silr rñsum accepit. videns ꝙ sup hoc dispēsatōnem obtinere nequiret spū temptatōis impulsus dedit in cōmotionē pedes suos. Cūqꝫ paululū discessisset: q̄dam sibi obuiauit ꝛ ab eo quo tēderet requisiuit. Cui cū furiosa voce diceret: quid ad te de facto meo? ille statim latus exhibuit. man⁹ extendit ꝛ pedes in quibus quinqꝫ vulnera recentia cruoꝛis nō modicū effundebāt. Et adiecit. tu vulnera mea renouas. tu me iterum crucifigis. Quo viso ꝓstrat⁹ ad pedes ei⁹ lectū lacrimis procit: sibiqꝫ vt ignosceret rogauit. statimqꝫ xp̄s qui visus fuerat ab oculis eius ē elapsus. Tunc ille ad btm̄ Frāciscum rediens visa ꝑ ordinem retulit. ꝛ vsqꝫ ad finē vite deuotius in religione ꝑmansit.

De eadem dominica sermo secūdus ꝙ nunc est surgendum ꝛ diuinitus vocandum.

Hora est iam nos de somno surgere. Ro. xiij. Boetius in de consolatōne phie dicit. Unicuiqꝫ viro bono inserta est naturalis cupiditas boni. Uerū autē bonū in quo solū q̄etatur animi appetitus est deus. Iuxta dictū Aug. io li. ꝯfessio. Fecisti nos dn̄e ad te ꝛ inq̄etum est cor nostrū donec q̄escat in te. Et illud bonū acq̄ritur cum bonis exercitijs ꝛ opibus virtuosis: ꝛ non cū somnolētia et pigricia. Uñ Leo papa in quodā sermone. Nō dormientibus ꝓuenit regnum celoꝝ. nec ocio nec desidia torpentibus beatitudo eternitatis repromittitur. Uñ in verbis ꝓmissis hortatur nos apl̄s surgere a pigricia ꝛ inchoare bōa opa dicēs. Hora est iā nos de somno surgere. i. a pigricia ꝛ inchoare bōa opa ꝛc̄. Uñ in p̄nti sermone tria sunt dicēda. Primo quō antiqui olim in peccatis dormierut. Scḋo quō surgere debem⁹ a somno corpali ꝛ spūali. Tertio exemplum. I. Quātum ad primū sciendum ꝙ olim fere homines in peccatis dormierunt ꝛ a bono ope torpebant. nec mirū. qꝛ in nocte erant. In nocte q̄dem tria sunt que dormire faciunt ꝛ somnū inducunt. s. obscuritas. frigiditas. ꝛ humiditas. Nox q̄dem naturaliter est obscura. frigida ꝛ humida. Obscuritas q̄dem somnū inducit. Uñ hoies q̄dem dormire volentes loca obscura q̄runt. Frigiditas etiā inducit somnum. Uñ in hyeme ꝛ in frigida complexiōe somnus ꝓfundus laudabilis est. in ꝯtrario ꝟo suspectus. Humiditas etiā inducit somnum. Nam scḋm p̄hm. Uapor humidus a cibis resolutus dū in cerebrū ascendit somnum inducit. Hinc est ꝙ pueri magis dormiunt ꝙ senes. qꝛ plus abundāt in humiditate. Non fuit igitur mirū si antiqui sic dormierunt. qꝛ erant in obscuritate ignorātie. in frigiditate dilectionis diuine. ꝛ in humiditate carnalis ꝯcupiscentie. Sed illa nox iam recessit. dies aūt appropinquauit. et iō iam non est dormiendū: sꝫ vigilandum. Aduenit enī vera lux que obscuritatē ignorātie expulit ꝛ splēdorē sapie adduxit. Esa. ix. Popul⁹ qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Aduenit diuinus ignis qui frigiditatem fugauit: ꝛ totū mundū dei amore accēdit. Luce xij. Ignē veni mittere in terram et quid volo nisi vt ardeat. Aduenit ꝟo

sol qui oēm nebulam carnalis ɔcupiscentie exsiccauit. Eccl. xliij. Aperti sunt thesauri .i. solares radij ꝛ euolauerunt nebule sicut aues ꝛc̄. ℞ Quātum ad secūdam ptem huiꝰ sermonis dicenduꝫ scđm mgr̄m Hūber. sup regulam Augu. De mane libenter debemus surgere a corpali somno: ꝛ deū laudare. In signū huius aues incipiunt valde mane cātare. quod est ɔtra inuerecundiā hoīs pigritantis in lecto. Ambro. de offi. Quis xp̄ianus non erubescat sine psalmoꝝ modulatione diem trāsire cum minutissime aues solenni deuotōne ortum diei ꝓueniunt. August. Indecens ē ꝙ sol inueniat xp̄ianum iacentem in lecto. Bern. dicit. ꝙ homo somno deditꝰ ē quasi ymago mortis. Uñ nimia somnolentia nocet corpi ꝛ anime. sed mane surgere non solū est ꝓ salute aīe: sed etiā pro sanitate mētis ꝛ corpis. Uñ phs. Surgere đ nocte ad sanitatē ꝛ bonam dispositiōem est vtile. Itē quia vigilie matutinales faciunt orōnes citius ꝛ leuius exaudiri. Unđ psal. Qm̄ ad te orabo dn̄e mane exaudies vocem meam. Insuper dulcedinē diuine consolationis frequētius de mane surgētes recipiūt. Unde manna qđ xp̄m signat de mane colligebatur vt habet Exo. xvi. O quot dulcedines negligūt ꝙ̄ plures accidiosi. quas illi de mane surgētes accipiunt. Unde Basilius. O dulcedo meliflua. dulcedo miranda. ꝙ̄ dulcis es in meditatōne: sed dulcior in oratione: dulcissima in contemplatione: sed superdulcissima in beatitudine. Item quia đ mane deus citius inuenitur. Nam sicut ꝗs de mane citius inuenitur in domo sua. sic et deus in corde hoīs. Nam tūc aīa hꝫ maiorē limpiditatem: ꝛ ɔsequēter aptior ē ad cōtemplandū. Etiā illa hora aptior ē ad erigendū cor ad deū anteꝙ̄ aīa distrahatur ad diuersa ꝑ occupationes. vel impediatur a fantasmatibus collectis. Propter qđ dicitur đ iusto Eccl. xxxix. Tradidit cor suū ad vigilandum diluculo ad deum q̇ fecit illū. Notandum ꝙ scđm eundem Hūbert. libenter ē orandū de mane ꝛ de sero. L Primo qꝛ ꝓdicta tp̄a apta sunt orōnibꝰ. qꝛ matutinū ꝓcedit occupatōnes diurnas. vesptinū vero seq̄tur. Et scđm Bern. sup cant. Aptius est ad orandum. ꝛ iō non sunt ꝑtermittēda illa tempa quin semp in illis oremus. Sic etiā faciebat xp̄s: nos suo exemplo ꝓuocās orabat mane. Marc. i. Diluculo valde consurgens egressus abijt in desertum locū: ibiq̄ꝫ orabat. Itē Mat. xiiij. Ascendit in montem solus orare. vespere autem facto solus erat ibi. Sic exemplo xp̄i orandū ē nobis de mane ꝓpter futura: ꝛ de sero propter preterita. Hiero. contra Iouinianū li. pmo. Precepta sūt hec duoꝝ. s. tempoꝝ maxime habendaꝫ curam. s. mane ꝛ vespi secꝫ eoꝝ que acturi sumus ꝛ que gessimus. Et iō orandū ē de mane vt futura bene fiant. ꝛ orandū est de sero vt preterita mala facta remittātur. Item orandum est specialiter mane ꝛ sero vt primordia ꝛ vltima actionū nostraꝝ offeremus illi qui est alpha ꝛ o principium ꝛ finis debitas primicias inchoatōnis ꝛ decimas cōsummatōnis persoluamus eidē. Uñ Humber. Quotidie mane surgētes cūcta deo que facturi estis offeratis ꝛ finito die cōuocatis cogitatōnibus. locutōnibus ꝛ opatōnibꝰ illa die commissis ipsi capitulū teneatꝰ. Unđ etiam Chryso. in sermo. Quādo occupaueris sup stratum tuū ꝛ neminē infestū patiens anteꝙ̄ veniat tibi somnus ꝓfer in medium codicem consciam tuā. reminiscere peccata tua si quid in verbo. ī facto. siue cogitatōne peccasti. Uñ etiam Gre. in li. mora. Iusti viri cū districtiōem venturi iudicis contēplantur: peccata sua ad memoriā inducunt. deflentesq̄ꝫ quod cōmiserunt. districte se iudicant ne iudicētur. M Item sciendū ꝙ non solum surgenduꝫ est a somno corporali: sed etiam spūali. i. a peccato. Nam ꝑ somnum intelligitur peccatuꝫ scđm Guil. lugđ.

Primo quia sicut se ad dormiendū quis voluntarie deponit. sic homo ad peccatum. Unde Augusti. Omne peccatū est voluntarium: ꝛ adeo volūtarium. qꝛ si nō volūtariū non esset peccatum. Unde etiā habet in decreto. Nemo efficit seruus dyaboli nisi propria volūtate. xv. q. i. Non ē. Secūdo ꝗa homo dormiens est semimortuus. Sic peccator mortuus ē vita spūali: sꝫ viuit adhuc vita corpali. immo nisi esset spes resuscitatōnis spūalis melius esset sibi si mortuꝰ esset: immo bonū esset ei ꝙ nūꝙ̄ natꝰ fuissꝫ. Bernar. Uita sine fructu grauior est morte. Deniq̄ꝫ duo parātur arbori infructuose. s. securis ꝛ ignis. Unde Ambrosius super Lucam Melius est peccatoribus male agentibus mori ꝙ̄ ꝙ in peccatis diu vescentur Ter

tio quia si quis tenet gladiū euaginatū sup dormientē non timet: sed si sompniat aliqua terribilia: timebit corā illis. Sic etiā peccatores nō timent iusticiā dei. nec pdicatores scripturarum futura mala annūciantes. sz presentem tribulatōem timent. Nā mortē tpalez timent que est transitoria: sed mortē eternā nō timent que ē perpetua. Augustinus. Uera mors quam hoīes nō timent ē separatio anime a deo que ē vita aiarum. Unū Grego. in li. mora. Mortē carnis omnis homo timet. mortē anime pauci. Item paupertatez tpalē timent: et paupertatem inferni non timet. vbi vna gutta aque haberi non pōt. Ibi enī p defectu bonorum mors desiderabit: sed mors fugiet ab eis. Unde Augustī. in quodā ser. Quare mors queritur et nō inuenitur? Quia quibus in hoc seculo vita offertur et nolunt recipe in inferno tūc querent mortem: et non possunt inuenire. Quarto sicut sompnia sompniantibus debent p oppositū exponi. Sic q habent hic honores mūdanos. diuitias temporales. et delitias corporis. et gaudia mūdi. ista omnia sunt quasi quedaz sompnia. et vertuntur p oppositum in tribulatōem et paupertatem et amaritudinem maximā. Unde Grego. Unde caro ad tempus suauiter viuit: inde spūs in eternū torquebitur et ingemiscet. Unde Hiero. in quadā epistola. Difficile imo impossibile ē vt pñtibus qs et futuris fruatur bonis. vt hic ventrem et ibi mētem impleat. et de delitijs trāseat ad delitias. et in vtroqz seculo primus sit: vt in terra et in celo appareat gloriosus. Quinto sicut sompniās habet sensus ligatos. sicut ipi nō meritorie operātur existētes in peccato mortali. Unde dicitur in decre. Opa bona extra charitatem facta nō valent ad salutē. xxiiij. q. i. Omi. Unde quilibet homo hoc sacro tēpore debet a sompno peccati surgere ad reuerentiam dei et pp̄ter gaudium angelorum et omniū electorum in celo existentiū. Unde Luc. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agēte. ¶ Quātum ad secundā ptem istius sermonis tunc quilibet homo debet de deo cōfidere: et se in hoc sacro tempore ad deuz conuertere. quia ipe est paratus vnicuiqz petenti omnia peccata etiam quātumcūqz grauia indulgere. Unde exemplum in vitaspatrum libro tercio. Frater quidam impugnabatur a fornicatōne et videns sacerdotis paganorum in egypto filiā adamauit eā et dixit pri eius. Da mihi filiam tuā i vxorē. Ille vero dixit ei. Nō possum tibi dare eā nisi prius introgauero deum meum. et surgēs abijt ad demonē et dixit ei. Monachus qdam vult accipe filiā meā i vxorē: dabo eā illi vel nō? Rñdit ei demō dicēs. Si negat deū suū baptisma et ppositum monachi: da eā illi. Ueniēs aute sacerdos locutus ē eadē verba ad monachū. q statim consensit et mox quasi columba exijt de ore eius spūs et volauit ad celū. Pergēs aūt sacerdos ad demonē dixit. Ecce pmisit se monachus illa tria que pcepas factuz. Et rñdens dyabolus dixit. Non des illi filiā tuaz. qz deus eius non discessit ab eo: sed adhuc adiuuat eū. Quod cū audisset monachus ille: ingemiscens dixit in semetipo. Si tantā bonitatē ostendit in me deus meus: cum ego infelix negauerim eū. et baptismū et ppositum monachi: et adhuc adiuuat me. cur recedā ab eo? et recepit monitis cū celeritate venit ad heremum ad quēdam magnū senē: et narrauit ei oīa. Cui senex dixit. Jeiunia tres ebdomadas continuas: et ego deprecabor deū p te. Et cū completa fuisset ebdomada prima introgauit fratrem illū senex dicens. Uidisti aliqd? Respōdit. Uidi columbā in altitudine celi sup caput meū stantez. Et dixit ei senex. Attende tibimetipsi et depcare deū. Secūda vero ebdomada impleta iterum venit senex et dixit ei. Uidisti aliqd? Et rñdens frater dixit illi. Uidi colūbam venientē iuxta caput meū. Iterum copleta tertia ebdomada venit ad eū pat et interrogauit eū si aliqd plus vidisset. Et rñdit ille. Uidi colūbā q venit et stetit sup caput meū: et dum vellem tenere eam intrauit i os meū. Tūc senex grās egit deo et dixit fri. Ecce deus iam suscepit pniam tuā. de cetero attēde temetipm et esto sollicitus. Et rñdens frater dixit. Ex hoc te iam nō derelinquā: sz tecū ero donec moriar. Adduc de eodē. Abiiciamus ergo opa tenebrarum. i. petā mortalia. Unū hic ē dicendū de septem peccatis mortalibus. Istuz sermonē quere infra sermōe. cxli.

Dñica secūda in aduentu Sermo. iij. De reddenda rōne in iudicio.

Erunt signa in sole et luna et stellis etc. Luc. xxi. Mar.

xiii. Math. xxiiii. Aristo. iii. thopice. Ju est deo iusticiã facere. Si ergo corpora q̃ hic castigãtur diversis plagis vt exerceant̃ i bonis opibus nisi et bona que hic perfecerunt in corpore manẽtes remunerarentur in futuro: et multi qui ñrque agũt nisi punirentur i futuro nõ esset deus iustus. Cõñ quod dic ps. Justus dñs in oĩbus vijs suis. ergo resurrectio mortuoꝝ erit tã bonoꝝ q̃ maloꝝ. Tunc eni manifestabũtur oĩa abscõdita. q̃a scd'm dictũ xp̄i. nihil opertum qd̃ non reuelet Tunc reddi. turi sumus rõem vnusq̃sq; ꝑut gessit in corpe suo siue bonũ siue malum: et pe illo erunt signa in sole et luna. In pcedẽti dominica actum ẽ de adnẽtu xp̄i in carnem q̃ est aduentus amoris. In hac aũt dominica agitur de aduentu xp̄i ad iudiciũ: q̃ ẽ aduẽtus timoris. vt amor nos ad bonũ inuitet: et timor nos a malo reuocet. Uñ in p̄nti ser mone tria sunt dicenda. Primo de loco et tẽpore generalis iudicij. Secũdo de q̃b' nos oportet reddere rõnem. Tertio exemplum.

Q Uantũ ad primũ sciendũ q̃ iudiciũ est duplex. s. particulare et generale. Particulare contingit in morte hoĩs. Ecclẽ. xii. Hoc iudiciũ a deo oĩsu erunt. Unde Inno. de vilitate humane conditiõis li. iij. dicit q̃ tã bonus q̃ malus anteq̃ aĩa egrediatur de corpore videt xp̄m quasi in cruce positũ. Malus ad confusionem vt erubescat se non esse redemptũ: et sua culpa sanguinẽ xp̄i fructuȝ redemptionis nõ habere. Unde de malis dicit̃. Uiderũt in quem pupugerunt. Qð intelligit̃ de xp̄i aduentu ad iudiciũ et aduẽtu ad diẽ mortis. Hec ille. Uñ Luce. xij. Estote parati q: qua hora nõ putatis filius hoĩs veniet. Generale iudiciũ est in quo oẽs homines simul iudicabunt̃. ij. Chor. v. Oĩs nos manifestari oꝫ ante tribunal xp̄i vt referat vnusq̃sq; ꝓpria ꝑut gessit in corpe suo: siue bonũ siue malũ. Locus aũt extremi iudicij erit vallis Josaphat in aere sup locuȝ in quo xp̄s ascendit in celum. Uñ Johelis. iij. Congregabo oẽs gentes et adducã eas i vallem Josaphat: et ibi sedebo vt iudicem oẽs gentes. Tempus extremi iudicij erit in fine seculi. De die autẽ et hora incertũ ẽ. Mat. xxiiij. De die autẽ illa nemo scit. Unde sciendum q̃ certam et determinatam horã nemo scire põt: nisi cui solus deus vult reuelare. Quidam tamen dicunt extremũ iudiciuȝ in media nocte fieri scd'm illud Mathei. xxv. Media nocte clamor factus est. ecce spõsus venit exite obuiam ei. Quidam dicunt extremum iudicium fieri de mane. s. in aurora: allegãtes illud dictum psal. In matutino interficiebam oẽs peccatores terre. Sed beatus Augusti. dicit. q: veniet quãdo nõ sperabitur. Unde xp̄s dicit Mat. xxiiij. Uigilate ergo q: nescitis diem neq; horã.

P Sed q̃tum ad scd'am ptem istius sermõis ẽ sciendum q̃ extremũ iudiciũ valde ẽ timẽdum ꝓpter rõnem districtã quã in eo reddituri sumus. Nam pmo reddituri sum' rõnẽ de cogitatõibus. Unde Sap. i. In cogitationibus impij interrogatio erit. Unde gregori'. Sic deus vias nostras ꝯsiderat et cũctos gressus dinumerat vt nec minutissime cogitatõnes que apud nos ex vsu viluerũt: eius iudicio indiscusse remaneãt. O qui tot vindicatõnes et luxuriosas et alias p̄uas cogitationes in corde cũ delibratõne et ꝓposito tenuerunt quõ respõdebũt? Ergo q̃libet debet custodire cor suũ a p̄uis cogitatõnibus: sp cogitans deo se esse de eis redditurũ rõnem. Hiero. in ep̄la. Quicq̃d pudet dicere pudeat et cogitare. Nã sicut q̃s verecundat̃ in factis corã hoĩbus: sic in cogitatõibus verecundari debet corã deo. Unde. i. Reg. xvi. Homo videt ea que parent: deus aũt intuetur cor. Unde dicit etiam Salomõ ꝓuer. iiij. Cor tuũ omni custodia serua: q: ex ipso vita ꝓcedit. Secundo reddituri sumus rationem de verbis. Mathei. xij. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint hoĩes super terrã reddent rationem in die iudicij. Sed si diceres. Quid est verbum ociosum? Respondeo scd'm Hiero. Uerbum ociosum est quod sine vtilitate loquentis vel audientis profertur. Unde etiam Gregorius in moralibus. Ociosum quippe verbum est quod aut ratione iuste necessitatis: aut intentiõe pie vtilitatis caret. O quid tunc dicturi sunt homines iracundi: qui ex ira et vindicta maledixerunt proximis. De quibus apostolus. Neq; maledici neq; raptores regnum dei possidebunt. Similiter detractores qui famam proximi denigrauerunt. De quibus dicitur Prouerbiorum xxiiij. capitulo. Cum detractoribus ne commiscearis: quia repente consurget perditio eorum. Item quid dicturi sunt homines mendaces qui ꝓximos suos

decepernt pp̄s. Perdes oēs qui loquūt mē-
dacium. Itē blasphemi q̄ p vulnera et san-
guinem xp̄i iurauerūt. Sic ⁊ illi qui per no
men dei vane ⁊ quicq̄ mendaciter iurauerūt
Contra quos dicitur Eccle.xxiij. Iurationi
non assuescat os tuū. multi enī casus in illa
Ergo dicit xp̄s Mathi.v. Sit sermo vester
est: est. non: non. Unde memoria extremi iu-
dicij debet esse custos lingue. Nam quilibet
debet cogitare q̄ oportet eū de verbis suis
deo rōnem reddere. Q Tertio redditu-
ri sumus rōnem de operibus ipsius corporis.
Uñ Eccle. vlti. Cūcta que fiūt adducet deus
ad iudiciū p̄ oī errato siue bonū siue malū
sit. Uñ de cunctis gressib⁹ pedū ⁊ saltibus
redditurī erimus rōem. Job.xxxi. Nonne vi
as meas ipse considerat ⁊ cūctos gressus me-
os ipse dinumerat? Hoc nō attēdunt chori-
santes ⁊ sup̄be incedētes. Similiter d̄ tacti
bus illicitis manuū ⁊ illicito visu oculoꝝ et
auditu auriū. Hoc illi nō attēdunt q̄ illicite
se ⁊ alios tāgunt osculādo ⁊ amplexando.
Similiter redditurī sumus rōnem de dono
corporis. s. de fortitudine: iuuētute: sanitate ⁊
pulchritudine. Sicut de actibus ipsius corporis
scz quotiens inebriatus fuisti: quotiēs actū
luxurie extra matrimoniū p̄petrasti. quot cho
reas chorizasti. quotiēs vxorem p̄priam: vel
alios homies ex ira vel vindicta percussisti vel
lesisti ⁊c. R Quarto redditurī sum⁹ ra-
tionē de rebus t̄palibus tripliciť. P̄rio quō
q̄libet lucratus sit oīa t̄palia q̄ in hac vita
possedit vsq̄ ad vnū denariū: vtrū iuste vel
iniuste. O sicut iam cursus mūdi ē ad t̄palia
lucrandū tunc iam vix sine peccato mortali
lucrantur. Unde ap̄ls. Qui volūt diuites fi
eri incidunt in laqueū dyaboli. Scdō reddi
turus ē vnusq̄sq̄ rōez de t̄palibus: quomō
ista expēdit vsq̄ ad minimū denariū. Hoc
illi gulosi ⁊ ebriosi attēdere deberēt: qui tot
denarios immo grossos ⁊ florenos sup̄flue
expendūt q̄ q̄nq̄ a mane vsq̄ ad vesperam
i no q̄nq̄ p integrā noctē in tabernis sedēt
⁊ se cū vino sup̄flue replent ⁊ inebriant. De
q̄bus oibus denarijs stricte redditurī sūt rō
nem. Ergo quilibet xp̄ianus timens deum:
nūq̄ sine causa ⁊ necessitate ⁊ vtilitate debe
ret bibere vnū haustū: sed sp̄ in comedendo
⁊ bibēdo deberet querere sustentatōnem et
confortatōnem nature. Uñ Aug. de verbis
dñi. Si quid māducas ⁊ bibis ad refectio-
nem ⁊ recuperatōnem membroꝝ ⁊ deo gra
tias agis: tunc tuus cibus ⁊ potus laudat
deum. Similiť superbi. q̄ in sup̄bia ⁊ super
fluitate vestiū expendūt bona sua. scissuras
⁊ caudas faciendo. ⁊ multa paria vestiū p̄-
curando. Similiť ⁊ lusores q̄ p̄ludūt bona
sua cū peccato ⁊ c̄ deū. de q̄bus oibus reddi
turi sunt rōem. Nā q̄libet xp̄ianus sic male
expendēs bona sua p̄pter ea pōt damnari.
etiam si nulla t̄palia iniuste acquisiuit. Exē-
plum de epulone. vt habeť Luce.xvi. vbi di
citur q̄ erat q̄dam diues q̄ epulabať quoti-
die splendide: ⁊ induebať purpura et bysso
⁊c. Ibi nō fit mētio q̄ erat vsurari⁹ vel raptor
s3 q̄ bona sua male expēdit: ⁊ q̄ paupi La-
zaro non subuenit. iō sepultus ē in inferno.
Chrysos. sup Mat. Diuitias accepisti nō vt
lasciuie consumas: sed vt in elemosynis expen
das. Que etsi habeo pauperū sunt: s3 tibi cre
dita sunt etiā si ex laboribus iustis ⁊ heredi
tate paterna possesses coꝝ factus es. Uñ ha-
betur in decre. Non est minus petiti auferre
hñti q̄ denegare indigētibus. dis.xlvij. Sic h3
Uñ etiam Ambro. in quodā sermone. No
minoris ē criminis habēti tollere q̄ cū possees
indigentibus denegare. Uñ etiā Basilius.
Nonne inq̄t spoliator est q̄ dispensanda susce
pisti p̄p̄ria reputādo? Est enī cibus famelici
quē tu tenes. nudi tunica quā tu conseruas
seruas: discalceati calcei q̄ penes te marce-
scunt. indigentis argentū qd̄ possides huma-
tum. S Tertio redditurus es rationez
quō heredibus dimisisti bona tua. q2 ex eis
p̄uenire p̄nt lites que p̄nt esse p⁹ mortē tu
am inter heredes p̄pter bona tua. q2 meli⁹
esset nullū denariū post mortē relinquere q̄
cām litis heredibus ministrare. q2 ille q̄ non
facit posse suū ordināndo bona sua quecūq̄
mala ⁊ peccata siue lites siue piuria siue ini-
micitie ex talibus bonis inter heredes fiūt q̄
mala p̄uenire potuit ⁊ noluit: sibi in aīa sua
nocebut. q2 priuabiť suffragijs consanguineo
rū suoꝝ. ⁊ etiam iō punieť q̄ ex paruitate et
auaritia sua noluit ea ante disponere. Ergo
quilibet hō t̄palia sua bona possides debet
aduertere dictū Esa. p̄phete qui dixit ad re-
gem ezechiam. Dispone domui tue. q2 mo-
rieris tu ⁊ non viues. T Quinto reddi
turi sumus rationem de tempore quo viui-
mus in presenti mundo. Bernardus. Omne
tēpus nobis impēsum a nobis exigeť qua-

liter sit expensum. Unde quilibet redditurus est rationem de omnibus membris: annis: septimanis: diebus. horis: ⁊ minutis: quibus vixit. Sed forsitan. xxx. annis vixisti ⁊ nunquam deo per tres annos fideliter seruiuisti. quid faciendum est: Respondeo quod debes de preterito tempore dolere ⁊ confiteri quod tempus tuum sic vane expendisti. ⁊ sic est dicendum ad singula puncta vbi quis se reum inuenerit. Item sciendum quod quilibet debet tempus suum vtiliter expendere. Bern. Nil preciosius tempore ⁊ heu nil hodie eo vilius inuenitur. transeunt dies salutis ⁊ nemo recogitat. Unde legitur exemplum quod quidam deuotus homo quando audiuit horologium sonare: semper cogitauit ⁊ dixit ad deum. O deus iam iterum vnam horam temporis vite mee consumpsi de qua tibi redditurus sum rationem quomodo eandem expendi. Sic quilibet homo deberet se ipsum attendere ⁊ semper de sero cogitare quomodo diem transactum expenderit. nam damnati in inferno de hoc signanter conqueruntur quod tempus gratiam inutiliter expenderunt. Unde Huber. in tractatu de septuplici timore dicit quod quidam deuotus homo existens in deuotionibus ⁊ orationibus suis audiuit quandam vocem lugubrem. ⁊ quesiuit quid esset: Respondit: ego sum vna anima damnata. Cui ille cur tam amare fles: Respondit illa. Ego ⁊ ceteris anime damnate de nulla re tantum dolemus: sicut de tempore gratie quod inutiliter expendimus ⁊ peccando consumpsimus. vbi in vna hora potuissemus de peccatis nostris penituisse ⁊ eternam penam quam nunc patimur euasisse.

Continuatio precedentis sermonis. sermo .iiii.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna ⁊ maiestate. Luc. xxi. Johannes de sancto geminiano dicit quod sicut equus duobus calcaribus tangit latere et melius ⁊ fortius viam currat. ita anima hominis duabus affectionibus sollicitatur: videlicet amore ⁊ timore. Siquidem amore premiorum ad bonum prouocatur: ⁊ timore suppliciorum a malo reuocatur. Unde Bern. Nulla res ita nos conseruat ab omni peccato immunes sicut terror suppliciorum siue iudicii: ⁊ amor dei. Unde euangelium hodiernum legitur de aduentu christi ad iudicium. vt nobis incutiatur timor propter districtam rationem quam redditur sumus in districto iudicio extremo. Unde in presenti sermone prosequar illa quinque de quibus est reddenda ratio que in precedenti sermone dimisi propter prolixitatem.

Tertio Maria cibavit filium suum. Unde canitur. Parvoque lacte pastus est. Sic debemus pascere iesum. et hoc facimus cum opera misericordie pauperibus exhibemus. Unde dicitur in evangelio. Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Item in iudicio dicturus est. Esurivi et non dedistis mihi manducare. sitivi et cetera. Quotiens ergo opus misericordie exerces. s. elemosynam dando. sitientem potando: totiens puerum iesum pascis.

Quarto Maria balneavit iesum puerum suum. Sic et nos debemus sibi balneum preparare. L

Sed diceres. ubi aquam recipiam? Videto quod in figura huius balnei legitur Gen. ii. quod in medio paradisi est fons qui dividitur in quatuor partes: et irrigat omnem terram. sic aqua in qua christus balneandus est haurienda est ex quatuor. Primo ex memoria propriorum peccatorum cum contrito corde. Sic Maria magdalena hausit aquam lachrimarum cum qua christo pedes lavit. Sic beatus Petrus post trinam negationem exivit et flevit amare. Sic David qui dixit. Lavabo per singulas noctes lectum meum. Secundo haurienda est ex compassione de malis proximorum. Sic christus flevit super civitatem ierusalem dicens. Si cognovisses et tu. Tertio ex ferventi desiderio videndi deum in celo. ps. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur mihi ubi est deus tuus. Unde etiam Paulus. Cupio dissolvi et esse cum christo. Quarto haurienda est ex devota memoria passionis christi. Unde Albertus magnus. Simplex recordatio seu meditatio passionis christi plus valet quam si integrum annum ieiunaret quis in pane et aqua. vel si quotidie virgis et flagellis cederetur usque ad effusionem sanguinis. vel si quotidie legeret unum psalterium. Quinto Maria involvit iesum. unde Luc. ii. Pannis involvit eum et reclinavit eum in presepio. Maria involvit eum pannis. et hoc significat humilitatem. et Ioseph ab arimathia quando mortuus est iesus tunc involvit eum in syndone munda. et hoc significat castitatem sive munditiam. In signum quod qui volunt accedere ad sacramentum eucharistie: debent iesum cum mundo et humili corde suscipere. Item sciendum quod quando illi qui sunt in matrimonio constituti veraciter se humiliant: tunc iesum cum maria involvunt panniculis. et virgines et vidue que in pura castitate vivunt et deo serviunt: iesum cum ioseph in syndone munda involvunt. Sexto debemus iesum cum maria calefacere. nam oportet recentem puerum calefieri. et iste ignis est charitas dei et proximi. et quomodo ille ignis debeat incendi in corde hominis: quere infra ser. xxx. Septimo Maria locavit puerum ad dormiendum. Sic et nos facere debemus. hoc fit quando pacem diligimus. ps. In pace factus est locus eius. Quidam enim sunt qui nullam quietem christo puero tribuunt. ut avari qui die noctuque se occupant et pro divitiis acquirendis laborant. Similiter et superbi qui totis conatibus nituntur quomodo exaltentur. Similiter etiam luxuriosi. qui quotidie laborant quomodo suam libidinem expleant. Unde Esa. lvii. Cor impii quasi mare fervens quod quiescere non potest. Item alii perturbant iesum in lecto sibi preparato ab aliis. ut iracundi. litigiosi. luxuriosi. et sic de aliis qui ad iram alios provocant: et sic iesum in illis inquietant. et quandoque eum a se repellunt. scilicet quando aliquis homo bonus nimis impatiens efficitur et nititur se vindicare verbis et factis. Item alii preparant sibi lectum et eum recipiunt: sed non diu eum apud se quiescere permittunt: sicut recidivantes qui iam isto sacratissimo tempore se preparaverunt et eucharistiam sumpserunt. sed finito festo et ante carnisprivium econverso dant se ad vanitates huius mundi. s. superbiendo. choreizando. gulose vivendo et comedendo. luxuriando. et seipsos inebriando. et sic iesum expellunt. Et tunc tales peius faciunt quam ante fecerunt iesum sic expellendo. Sicut qui pauperes hospitio reciperet: et eos postmodum contumeliter expelleret. Item alii preparant sibi lectum et eum recipiunt. simul et quiescere permittunt: sicut illi qui penitentiam egerunt et eucharistiam sumpserunt et in pura usque ad finem perseverabunt. De illis dicit ps. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Octavo maria po-

tauit iesum in brachijs suis. sic et nos. Non enim ihesus semper dormit: sed oportet eum aliquando tolli de lecto et portari. Hoc fit quando homo aduersitates et infirmitates que deus mittit super eum patienter sustinet. Item quando homo propter christum corpus suum castigat. similiter quando quis exercet corpus et membra in bonis operibus. Nam cum quo membro deo seruis vel patienter dolores sustines vel corpus affligis cum eodem christum portas. Apostolus. Glorificate et portate deum in corpore vestro. Sed sciendum quod aliqui portant christum solum in dextera manu. sicut illi qui regratiantur deo et laudant deum quando ipsis prospere succedit. ps. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Alij in sinistra manu. qui patientes sunt in grauis aduersitatibus. sed boni debent portare puerum vtraque manu et ad pectus suum eum applicare. Hoc fit quando quis equo animo suffert bonum et malum siue sanus siue infirmus siue diues siue pauper tristis siue letus. Unde Boe. de consola. philo. Beatus est homo ille qui equo animo patitur bonum et malum. M Nono debemus puero ihesu cantare. sicut matres pueris suis faciunt. Et hoc fit quando deuote oras vel aliquid bonum legis. Unde Aug. super ps. lxxxv. Oratio tua locutio est ad deum. quando legis deus tibi loquitur. quando oras cum deo loqueris. similiter quando deum laudas et ei regratiaris. et hoc est opus angelorum et sanctorum in celo existentium. ps. Qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Bernar. Discamus in terris quas facturi sumus laudes in celis. Nihil ita proprie in terris celestis habitationis statum representat sicut alacritas laudantium deum. Aug. in li. de ci. Uere felix esset qui posset diuine laudi semper insistere. Quantum ad tertium sciendum est vnum exemplum quod gratie agende sunt deo de omnibus que videntur. Cum quidam frater dixisset nihil se conspicere quo non edificaretur. alius ait. Quid tibi nunc confert edificationis visio bufonis. Ait ille. certe multum: quia nihil merui quare me deus fecit hominem et non bufonem et quotiens bufonem video totiens hoc beneficium ad mentem reuoco et gratias ago ei qui me non necomiento ad tam execrabile formam non effigiauit. sed speciem pulcerrimam et imaginem regalem mihi tribuit.

De eadem dominica. Ser. xxiij. quod impedimenta profectus sunt septem.

Puer autem crescebat etc. Sicut puer ihesus creuit corporaliter. Ita et nos crescere debemus spiritualiter. Unde Aug. de verbis apostoli. Semper ambula. semper proficere. noli in via deficere. noli retroire. noli deuiare. remanet qui non proficit. retrocedit qui ad ea reuoluitur. Unde iam recesserat deuiat qui apostatat. Unde etiam Bern. Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse. nunquam dicit satis est. quia semper esurit et sitit iusticiam. ita vt si semper viueret semper quantum in se est iustior esse contenderet. et semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. ergo sicut puer ihesus crescebat corporaliter sic et nos spiritualiter. N Unde in presenti sermone dicenda sunt septem impedimenta que impediunt hominem a profectu spirituali. sic quod nunquam proficiat spiritualiter homo nec vnquam profectus erit. Primum impedimentum est defectus desiderij proficiendi. Nam qui habet verum desiderium proficiendi vtique in aliquo de die in diem se emendaret. sed qui non habet verum desiderium proficiendi non proficit. quamuis etiam confiteatur. tamen quia non habet feruens desiderium proficiendi ideo in nullo se emendat. hodie enim facit sicut heri. cras sicut hodie. Sed diceret aliquis vnde prouenit hoc quod homo non habet feruens desiderium proficiendi. Dicendum quod hoc causatur ex presumptione sciencie et probitatis. vt cum homo reputat se aliquid esse cum nihil sit. Unde Sene. Ideo meliores fieri nolumus. quia optimos nos esse putamus. Augusti. Oportet tibi displicere quod es si vis peruenire ad illud quod non es. Ergo qui vult proficere habet feruens desiderium proficiendi habere. et estimare quasi nunc adhuc inceperit deo seruire. ps. Dixi nunc cepi. Bern. Minime profecto bonus est qui melior esse non vult. et vbi incipis nolle fieri melior desinis esse bonus. ergo vt habeatur Matth. v. Beati qui esu. et siti. iustit. Unde Aug. Tota vita christiana desiderium est. O Secundum impedimentum est nimia diuisio animi circa exteriora et mundana. Osee. glix. Effusus es vt aqua ne crescas. Modo sicut aqua fluit hincinde et dispergitur. sic animus nimis dispersus non proficit. Oportet enim habere quietem cordis secum et cum alijs vt caueat sibi a varijs perturbationibus. a superfluis et non necessarijs occupationibus. Primo a varijs perturbationibus. quia sunt nonnulli quibus cura est de omnibus qui omnia volunt arguere que vident: si secundum suum affectum non fiunt etiam si bona sunt ad singula mouentur garriunt. contendunt. nil pati equanimiter volunt

Secũe a superfluis occupationibus. q2 sũt nõ
nulli q2bus non sufficit de pluribus esse sol
licitos. sed etiã sibi et suis velũt p lõgis tpi
bus futuris puidere. quasi de⁹ de cetero bo
minibus curã se eximere vellet. et terra cessaret
fructus necessarios gignere. Isti enĩ homines
deũ a se elongãt pter cordis inquietudinẽ
q2 deus quietũ cor desiderat vbi quiescat. si
cut deus pater q̃rit dicẽs. Sup quẽ quiescet
spũs meus nisi sup humilẽ et quietũ. Beñ.
Colũba cũ non inueniret vbi quiesceret pes
eius reuersa est in archã ad noe. Sic spũs san
ctus vbi nõ inuenit cor quietũ reuertit̃ ad cõ
gregatõem sctõꝝ in celũ vbi est pax cõtinua
Vñ Aug. Nõ põt aia nisi in eo qui diligit q̃
escere. Eterna aũt requies nõ datur ei nisi in
dilectione et delectatõe dei qui solus etern⁹
est. Vñ etiã dani. li. iiij. Quid enĩ pciosi⁹ q̃
in manu dei esse? Vita enĩ est deus et lux. q̃ i
manu dei sunt in vita et luce existũt. P
Tertiũ impedimentũ est defectus sapie et di
scretiõis. Discretio enĩ est mater virtutũ. In
discretũ feruorẽ virtutib⁹ diabolus q̃nq3 sug
gerit artiorem vitã vt eos deficiãt. Tales qui
q3 in infamiã incidunt. et inutiles fiũt sibi deo
et pximo. Et postmodũ qñ debilitãtur tũc q̃
runt recreatões et eciã de dissolutões exinit.
Vñ cassia. in colla. patrũ scribit q̃ antiq̃ pa
tres ad anthoniũ adeũtes q̃rebant q̃ nã vir
tus hoiem ad pfectõem recto tramite veheret
diaboli nisi dyas euitaret? Quisq3 dixit. Pri
mus inq̃t docui vigiliarũ et ieiuniorũ attenu
atione cõsistere q2 his corpus attenuatũ fa
cilius spiritui obedireẽt. Alius in paupertate eo
q̃ familiarius tales deo inherere possent. a
lij in opibus mie. q2 sola talia xpus in iudi
cio dixit remunerari. Demũ beat⁹ anthonius
dixit. Hec oia bona et necessaria sunt. s3 his
specialẽ pfectõem attribuere casus multorũ
nõ sinunt. Sola ergo discretio virtus pncipa
lis est q̃ oim virtutũ generatrix custoditrix et
cõsumatio existit. Q Et narrauit eis exẽ
plũ de quodã antiquo patre hero noie qui. l.
an. in heremo cõmoratus magne abstinẽtie
fuit. qui tandẽ angelũ sathane p angelo lucis
suscipiens. et suis suasionibus acquiescens
se in puteũ pfundum piecit ex iussu sathane
quẽ angelũ dei credebat. et ipse antiqu⁹ pat
credebat se illesum exire de puteo. put diabo
lus ei pmiserat. Extractus itaq3 a fratrib⁹ iu
cet semimanus: credere tñ noluit se esse dece
ptum. sicq3 mortuus est. et a presbitero sepul

turam difficillime et rogatu fratrũ obtinuit.
Vñ Bern. Discretio omnibus virtutib⁹ or
dinem ponit. tolle hanc et virtus viciũ erit.
Queritur quõ discretio acquirit. Rñdit Cas
sia. q̃ sola humilitate cuius pmũ indiciũ est
omnes cogitatões spũali patri reuelare a q̃
posset informari. R Item sciendũ q̃ qli
bet deuotus oia cũ consilio discretorũ virorũ
debet facere in quibus est dubius et alijs di
scretis viris plus credere debet quãm q̃ si
bi ipsi et debet ea sequi q̃ iubent et vitare q̃ p
hibent fieri. Vñ Eccl. xxxij. Fili mi sine con
silio nihil facias. et post factũ non penitebis
nullus enĩ sibi ipsi sufficit. vult enĩ deus igno
rantes doceri ab alijs. Vñ dñs misit paulũ
ad ananiam vt eũ instrueret. Item sciendũ
q̃ sanctitas vite non cõsistit in ieiunijs et vi
gilijs et exercitijs. sed cõsistit in virtutib⁹. s. in
humilitate. paciencia. castitate. mia. et obe
diencia. s. q̃ hõ frangat ppriam volũtatem.
et hoc pz in diabolo qui sp ieiunat et duram
vitam hz. et tñ non est sanctus. q2 caret vir
tutibus. s. humilitate. et charitate. z sic de alijs
Vnde ista exteriora exercitia michi sunt lau
dabilia inq̃tũ hoiem disponũt ad virtutes.
S Quartum impedimentũ est verbositas
que impedit pfectũ spũalem ipius hominis
Job. Nũq̃ verbosus iustificabitur. Vñ Gre
go. Multiloquio quisq3 seruus rectitudi
nem iusticie tenere non põt pẽ. Vir linguo
sus nõ diriget in terra. Vñ sciendũ q̃ qlibet
religiosus et hõ deuotus qui vult in bono p
ficere dz studere ad refrenandũ linguam suam
p silẽcio et inutilibus vbis. Hõ humo. q2 p vi
ciũ loquacitatis nimie pdit hõ deuotõem et
religiositatem. Vñ Ja. i. Si quis putat se
religiosum esse et nõ refrenans linguã suam
huius vana est religio. ergo verbosus hõ nũ
q̃ veraciter pficit in sanctitate et virtutibus
Unde arsenio dictũ est. fuge. tace. quiesce.
Vñ Jaco. i. Sit omnis homo velox ad au
diẽdũ. tard⁹ ad loquẽdũ. modicũ loq est si
gnũ sanctitatis et pbitatis. Vñ Esa. In silẽ
tio et spe erit fortitudo vestra. Jaco. iij. Si
quis in vbo nõ offendit hic pfectus ẽ vir. vn
de religiosi qui tenentur tẽdere ad pfectõem
hñt ex cõstitutõibus suis in quibus locis et
tpibus debeant seruare silẽtiũ. vt si linguã
suam refrenat vt eo melius et fortius in de
uotione interiori pficiant. T. Vñ legit
in vitaspatrũ q̃ quidam heremita tribus an
nis lapidẽ gestabat in ore vt sic addisceret si

lentiū seruare. Quintū impedimentū ē mu
tabilitas q̄ hō iam vult vnū et postmodum
aliud. iam incepit illud bonū agere. et p⁹ duo
os dies incipit aliud bonū agere. et sic nō cō
tinuat bonū inceptū. sed de die in diem mu
tatur de vno in aliud et ppter istam mutabi
litatem nō pficit. Bern. Qui alicubi tēdit si
vnā et rectā tenuerit viam cito puenit quo tē
dit et itineris et laboris aliqn̄ facit finē. Si ve
ro multas aggreditur vias errat. nec labo
rū aliqn̄ facit finē. quia error nō hz finē. Se
xtū impedimentū est cū quis nō curat venia
lia peccata dimittere. Vñ puer. Qui minima
negligit paulatim defluit. Vñ etiā Greg. in
pasto. Qui minima peccata flere ac deuitare
neglexerit a statu iusticie nō quidē repēte sed
partim cadit. Sed diceres quō venialia impe
diūt pfectū hois? Rñdeo q̄ pfectus hominis
cōsistit in feruore charitatis. Sz venialia fer
uorē charitatis diminuūt sicut aq̄ feruorem
ignis. Sed mortale peccatū extinguit totaz
charitatē, vñ aliq̄ pdūt deuotōnem et tepe
scūt notabiliter. Et rō huius est. q̄z nō curāt
dimittere venialia. ergo qui vult veraciter p
ficere curam diligenter dz apponere vt nō so
lum vitet peccata mortalia. sed etiam parua
peccata et venialia inq̄tum potest, q̄uis ex
toto non possit quis omnia peccata venia
lia vitare q̄z scḋm Salo. puer. xxiiij. Septi
es in die cadit iustus et resurgit. Tñ hō de
bet se moderare et venialia q̄tum pōt cauer̄
et curare. Vñ Iero. in epla. Mens xp̄o de
dicata sic cauere debet minora quō etiā maio
ra. q̄z venialia multa plicita grauāt. Vñ Au
gusti. sup Ioh. Minuta sūt peccata ad mo
dū arene grauia. sed si multa arena ponat p̄
munt et opprimunt. Vñ etiā Greg. Vitasti grā
dia vide ne obruaris arena. ¶ Septi
mū impedimētū est amor inordinatus ad p
priū corpus. et inde fit hō pusillanimis. et pu
sillanimitas assimilat hyemi non pmittenti ex
ire gramen vel flores ab arboribus. sic multi
non audent facere bona opa q̄z intm̄ timent
sustinere aliquid aduersitatis et asperitatis. p
uerb. xviij. Pigrū deijcit timor. Pro quo
sciēdū q̄ caro ppria non est inordinate dili
genda. sed potius odienda tripliciter. Pri
mo q̄z est inimica aīe. et qui corpus suū amat
inimicū aīe sue diligit. Vñ Gal. v. Caro con
cupiscit aduersus spm̄. Scḋo q̄z caro est cor
ruptio aīe. Sap. ix. Corpus qḋ corrumpitur

aggrauat animam. Surgeret em̄ sepius aīa
ad orandū et vigilandum. sed corp⁹ grauat
et impedit eam. Tertio q̄z amor sui est radix
oim maloz. Unde aplus. Erunt homines se
ipsos amantes. Nam de inordinato amore
quem homo habet ad ppriū corpus orit' gu
la. accidia. luxuria zc̄. Nam q̄ talis nō ieiu
nat ieiunia pcepta ab ecclesia cum bene pos
set hoc venit et inordinato amore. q̄z timet
corpus nimium grauari. Similiter q̄ de ma
ne non surgit sed diu dormit. et q̄ nūq̄ non
vult asperam vestem induere. nec dure iacere
nec orare. nec genuflectere. nec corpus discipli
nare. nec sibi in cōmedendo. vel bibendo aliq̄
qua delectabilia subtrahere. totum causatur
ex nimio amore quem hō habet ad pprium
corpus. Sic et q̄ homo satisfaciat suis carna
libus cōcupiscētijs. s. crapulose viuendo. lu
xuriando. sepius inebriando. causatur ex inor
dinato amore corpis. et talia omnia impedi
unt pfectum hominis et influxum diuine gra
cie. quia tales non sentiunt dulcedinem diui
ne consolationis. Unde Aug. li. v. de cōfes.
Gaudiū diuine consolationis non degustas
si carnali delectatione cor maculas. ¶ R
Ultimo queritur vtrū amor sui sit pctm̄ mor
tale? Rñdeo scḋm Vermanū de sebilditz q̄
non etiam si plus quis se amet q̄ expedit. sz
tamen si amor sui crescat in cōtemptum dei
tunc erit peccatum mortale. Verbi grā. Ut
si quis nollet ieiunare et tenet ex precepto ec
clesie et bene posset sed nō vult corpus suum
aggrauare. Similiter nec vult surgere domi
nica die ad missam audiendam pur quilibz
hō tenetur ex pcepto ecclesie vt habetur in de
cre. Dñica em̄ die debet missa audiri ab om
nibus. de conse. dis. i. Missas. Et breuit' qñ
cunq̄ quis paratus est transgredi pceptū dei
et ecclesie ppter illicitum sui amorem tunc e
rit peccatum mortale. Idipsum dicendū etiā
si amor inordinatus sui huius vergat in iniu
riam proximi sui q̄ tunc est mortale secūduz
mensuram iniurie nisi iniuria esset minima.
tunc em̄ esset veniale zc̄.

In circūcisione domini. Ser. xix.

Postquam consu
mati sunt dies octo vt circumcidere
tur puer. vocatum est nomē ei⁹ ihūs
et cetera. Luce secundo. Infans octo dierum
circūcidetur. Gen. xvij. Solent homines in no

no anno sibi innicē munuscula dare. Seneca in li. de clementia ad neronē. Bñficiū acce-pit qui digne dedit. Macrobius. Indign⁹ est olio dādis. qui de bñficio dato est ingra-tus. Varro in sententiis. Bñficiū qui dare ne-scit iniuste petit. Tullius ꝯ salustiū. Bñficiū nihil ē aliud q̄ beniuola actio. Sic saluator nr̄ in carne nat⁹ hodie fidelib⁹ suis tribuit ac-ceptabile et gratuitū donū. s. sanguinē suū pro-fusū quē hodie fudit in circūcisiōe vt euāgelius testat̄ vbi dr̄. Postq̄ ꝯsūmati sunt dies octo Unde et hodierno euāgelio colligit̄ q̄ ille q̄ ē interminabilis et eternus hodie in euange-lio octo dierū scribitur. Et ille qui est impassi-bilis et indiuisibilis. q̄ est patri cōsbāl hodie pati⁹ ꝯ diminuit̄ et circūcidit̄. Et ille qui ē ineffabilis et a cuius narratione deficiūt lin-gue. hodie noiat̄ et nomē ei imponit̄. Hec tria tāguntur in euangelio hodierno. Unde in p̄nti sermone tria sunt dicēda. Primo q̄re hodierna dies ē multū celebris. Scdo quo-modo xp̄s sanguinē suū fudit. Tertio de spi-rituali circūcisione. A Quantū ad p̄mū sciendum q̄ hodierna dies est multum cele-bris. Primo et eo q̄ est octaua dies natiui-tatis xp̄i. Si eñi aliorum sanctorum octaue solēnes sunt. q̄to magis octaua dies sancti-ficatorum a quo oēs h̄nt q̄ sancti sunt debet solenniter celebrari. Scdo ꝑpter impositio-nem nominis noui. q̄ vocatum est nomen eius ihesus. De quo nomine dicit apostolus q̄ tota salus nostra consistit in hoc noīe ihe Ihesus eñi interpretatur saluator. Xp̄s inter-p̄tatur vnctus latine. B Circa q̄d queri-tur cum ihesus est ꝓpriū nomē eius: q̄re nos non nominamur a ihū saluati. sicut a xp̄o noia-mur xp̄iani. Videtur q̄ illa duo noīa ihesus xp̄us sibi conueniunt. Primū scʒ ihs ratione ꝑsone scdm deitatem. Scdm scʒ xp̄us ē no-men dignitatis scdm humanitatem. Ideo au-tem a noīe xp̄i q̄d est nomen dignitatis scdꝫ dum humanitatem nos nominamur christia-ni in p̄senti. q̄ debemus esse reges regentes nosmetipsos et sacerdotes spirituales hosti-as offerentes. Apoc. i. Fecit eñi nos deo no-stro regnū et sacerdotes. Sed ve illis qui so-lam habent nomen q̄ xp̄iani sunt et op̄a nō habent. q̄ ex hoc grauius damnant̄. Unde Aug. in li. de vita xp̄iana. Nō in hoc nob̄ tm̄ q̄ xp̄iani dicamur blandimur. sed ꝑpter hoc etiam nos iudicandos esse credamus si nomē frustra vendicemus alienū. Unde etiā Iñ. in li. ethimol. Non se glorietur xp̄ianū q̄ no-men habet et facta non habet. Certissime il-le est xp̄ianus qui factis se xp̄ianum⁹ ostēdit et ambulat sicut ille ambulauit a quo nomē contraxit. sed in futuro nominamur a nomie ihesu saluati q̄d amplius nunq̄ possum⁹ a-mittere. Unde Esa. li. Salus mea in sempi-ternum erit. C Item sciendum q̄ h⁹ no-men ihesus multiplicem confert bonum gra-tiam. Primo quicq̄d homo petierit in nomi-ne ihesu hoc obtinebit. Joh. xv. Quicq̄d pe-tieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Uñ omnes misse et oēs orōnes et hore canonice concludūtur hoc nomine ihesu. Videm⁹ eñi q̄ pauperes petunt in nomine sancti Nico-lai. vel alicuius sancti. et q̄nq̄ obtinent q̄d petūt. Unde hodie in nouo anno petere de-bemus in hoc nomine ihesu remissionē om-nium peccatorꝫ nostrorꝫ. Unde Actu. x. Hu-ic omnes ꝓphete testimonium ꝑhibēt remis-sionem peccatorum accipere per nomen eius. Ergo p̄o-phetis crede. nec despera in omnibus tuis peccatis. etiam si tot essent quot sunt capil-li capitis tui. p̄s. Multiplicati sunt super ca-pillos capitis mei. vel si tot essent q̄ numerꝫ arene maris excederent. ij. Paralip. vlt. dicit Manasses. Peccaui sup numerū arene ma-ris. Si ergo multum et grauiter peccasti nō despera. sed dic cum p̄s. Propter nomen tuū domine ꝓpiciaberis peccato meo: multū est enim. Unde Versi. Omnia peccata venialia originalia. criminalia. ab origine mundi vs-q̄ ad finem commissa diuine misericordie cō-parata sunt quasi sola gutta contra pelagus totius maris. Nam omnia peccata sunt fini-ta. sed misericordia dei est infinita. Uñ Aris-to. viij. ethi. finiti ad infinitū nulla ē ꝓpor-tio. Secundo in hoc nomine ihesu vincimus diabolū. Lu. x. Demonia etiam domine sub-ijciuntur nobis in nomine tuo. Uñ xp̄s dicit Marci. xvi. In nomine meo eijcient demōia Hoc figuratū est in dauid et golia. vt habet i. Reg. xvij. vbi dicit dauid. Tu venis ad me cum gladio: ego autem venio ad te in nomi-ne dñi exercituū. Dauid eñi audaciam suam in nomine dei israel posuit. Unde valerius. in li. viij. Mos erat rhomanorꝫ vt nullus ad imperiale solium extolleretur nisi ꝑ animositate et audacia et ceteris innueretur virtutib⁹ precellere. Golias autem in virtute et

fortitudinis sue p̄sumptione. Vñ Orige. lu
de decalogi preceptis. Vere q̄ diaboli p̄sum
ptio tā audax sic deū offēdere. Sz prorsus
nil eo detestabili⁹ q̄ si in peccatis suis quis eu
sus fuerit p̄manere. Golias diabolū signi
ficat cuius gladius est carnalis temptatio.
Clypeus quo se abscondit est simulatio bo
ni. Nam sub specie boni occultat malum ⁊
sic decipit illos quos cum manifestis pecca
tis non pōt decipere. Dauid significat fide
lem xp̄ianū qui in inuocatione nois dñi in
orōne ⁊ baculo crucis. ⁊ cū quinq̄ lapid. h⁹
id est cū recordatōne quinq̄ vulnerū xp̄i vi
cit goliā. i. diabolū. ps. In noīe tuo sper
nemꝰ īsurgētes in nobis. Tertio in noīe ih̄u cō
sequimur vitā eternā. nō eñ est aliud nomē
sub celo i quo saluemur. ps. In noīe dei no
stri magnificabimur. Ergo ob reuerentiam
eiusdē nois omne genu flectatur. celestium
terrestriū ⁊ infernoꝝ. Ergo quādocunq̄ ali
quis xp̄ianorum audit hoc in missa nomen
ibus notare debet deuote genua sua flectere
⁊ dicere. O dñe saluū me fac ꝓpter nomē san
ctum tuū. Tertio dico ista celebratur ꝓpter
effusionem sanguinis ih̄u xp̄i. Hodie eñ ince
pit ꝓ nobis effundere sanguinē suum. quem
tñ postea crescēte etate ꝓ nobis largius effū
debat. D Modo quātū ad secundū scīē
dū q̄ xp̄s sanguinē suū septies fudit. vt nos
a septē peccatis mortalibus mundaret. Pri
mo in circumcisione contra peccatū luxurie que
in ōmo hoīe in illo mēbro pullulauit. Ergo
si offendisti deū cū peccato luxurie noli despa
re sed cū ꝯtrito corde inuoca miām dei. vt ꝓ
pter suā amarā mortē ⁊ passionē ⁊ sanguinē
quē in circumcisione fudit tibi ignoscat. Et sic
de aliis punctis infra positis dicendū est. Se
cundo in sudore fudit sanguinē suū quādo
in mōte oliueti orauit ⁊ hoc cōtra peccatum
gule. Nā ex gula nascūtur mali humores qui
exiccantur ꝑ xp̄i amorē. Tercio in flagellatio
ne cōtra peccatū inuidie. Inuidi eñ sut. i. ca
nes mordētes. Si eñ leo timet quando ca
nis flagellatur corā eo: multo fortius isti ca
nes timere debēt quādo vident leonē. i. xp̄m
flagellatū esse. Quarto in manuū ꝑforatiōe
contra peccatū auaricie. Ostēdit eñ se libera
lē esse in manuū extēsione: aptione ⁊ ꝑfora
tione. Nam manus habuit in cruce extēsas:
vt daret vniuersis. habuit aptas vt daret li
beraliter. habuit ꝑforatas vt daret totaliter

Nota de auaricia sicut spina in sua punctura
sanguinē non elicit nec effundit. ⁊ ideo vul
dius ipsum vuln⁹ intumescere facit. Similimo
do auaricia dū mentē pungit sanguinē scele
ris ⁊ peccati nō effundi sinit ꝑ penitentiam
satisfactoriā: sed vulnus magis intumescere
facit. q2 auarus q̄to plus habet: tanto plus
cupit. Quinto in pedū affictōne: contra pec
catum accidie. Pedes eñ aie sunt intelligen
tie ⁊ affectus qui sepe sunt pigri ad bonū. sz
quādo in xp̄i sanguine intinguntur tunc velo
citer currunt ad deū et ad omne bonū. ps. In
tingat pes tuus in sanguine. Sexto in capi
te cōtra peccatū supbie. Nam sicut dicit Au
gu. Sub spinoso capite non decet membrū
fieri delicatum. sicut non debet caput esse hu
mile ⁊ membrū supbū. Vñ iterū Aug. in ser.
Erubesce hō esse supbus vbi humilis factus
est deus. Septimo in corde cōtra peccatum
ire. Nam scd̄m aristo. i. de aia. Ira est accen
sio sanguinis circa cor. Quantum ad tertiū
sciendū q̄ circumcisio olim fiebat cōtra pec
catū originale. sicut iam fit baptismus. In
peccato eñ originali quattuor sunt. sz cul
pa. fomes. priuatio gratie. et carentia visio
nis dei. In circumcisione aūt auferebatur cul
pa. debilitabatur cōcupiscētia. ⁊ ꝯferebatur gra
tia. tollebaturq̄ diuine visionis carētia. Sz
quia ianua nondū erat aperta: et sic nō pote
rant frui diuina visione. Xp̄us autem nō in
digebat circumcisione: quia in ipso nulla fuit
originalis culpa. nec in carne sua aliquis fo
mes: aut cōcupiscentia. nec habuit priuatio
nem gratie: sed plenitudinē gratie. et in ter
ra degens fruebatur diuina visione. E
Voluit tñ circumcidi triplici ratione. Primo
ratione sui vt verā carne humanā se assump
sisse demonstraret. Secūdo ratōne iudeorū:
vt inexcusabiles essent. Si enim circumcisus
non fuisset potuissent se iudei excusare et di
cere. ideo eum non recepimus: quia legē nō
seruauit. Unde ipse xp̄us dicit Mathei. v.
Non enim veni soluere legē aut prophetas:
sed implere. Tertio ratione nostri: vt nos sal
uaret quemadmodum enim fit cauterius in
vno membro vt totum corpus sanetur. Pa
pias dicit cauterius esse ferrum quo infirmi
vtuntur siue malefica: sic xp̄s voluit portare
cauterium circumcisionis vt sic totū corpus. i.
genus humanū saluaret. Etiā ideo circumci
di voluit: vt nos spūaliter circumcidi debere

mōstraret. ¶ Quō aūt spūaliter circūci
di debeam⁹. sciendū q̄ sex modis nos spūa-
liter circūcidere debem⁹. Primo circūcidere
debem⁹ cor a maliciosis inuidiosis vindica-
tiuis cogitationibus. Iere. iiij. Laua a mali
cia cor tuū vt salu⁹ fias. vsq̄ quo morabun
tur in te cogitationes noxie. Itē a cogitatio
nibus luxurio sis ⁊ immūdis: q2 null⁹ req̄e
scet in mōte sancto dei: nisi qui sine macula
cordis ingredit. Vñ ps. xxiij. Quis ascēdet
in montē dñi: aut q̄s stabit in loco scō ei⁹.
Innocēs manib⁹ ⁊ mūdo corde. Vñ Cesa-
ri⁹. Inceptam⁹ cogitationes bonas diligere
et statim ab illis q̄ male sūt nos dignabatur
dñs liberare. Secūdo debem⁹ oculos circū-
cidere ab illicito visu. Iere. ix. Ascēdit mors
p fenestras nr̃as. Corp⁹ nostrū est dom⁹. fe-
nestre oculi sūt. inhabitator aia est. qn̄ nō cu
stodim⁹ oculos: tūc mors intrat ⁊ aias occi-
dit. Vñ Math. vi. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit neq̄
totum corpus tuū tenebrosum erit. Augu.
Impudicus ocul⁹ impudici cordis est nun-
ci⁹. Tertio aures a detractiōe. Prouer. xxiiij.
Cū detractorib⁹ ne cōmiscearis: q2 repēte
consurget pditio eoꝝ. Vñ Bern. Detrahere
aut detrahentē audire. qđ horū dānabilius
sit nō facile dixerim. Item aures auertere de
bes ab auditu turpiū verborū ⁊ cantuū lasci
uorum. Eccl. xxviij. Sepi aures tuas spinis
et noli audire linguā neq̄. Quarto linguā
circūcidere debem⁹ a turpi locutiōe. Eph. v.
Omnis immūdicia nec nominetur in vobis:
sicut decet sanctos. aut turpitudo aut stul-
tiloquiū aut scurrilitas. Itē a mēdacio. Eph.
iiij. Deponētes omne mēdaciū loq̄mini veri
tatē vnusquisq̄ cū proximo suo. Itē ab irrisio
nib⁹ bonorū hoim. Vñ ps. Qui habitat in
celis irridebit eos: et dñs subsannabit eos.
Imo boni honorādi sunt sicut filij dei. Nam
qui filiū honorat: honorat et patrē ei⁹. Sic
et qui honorat bonum hominē: honorat et
deū. Itē a verbis maledictis. Apostol⁹ Ro
ma. xij. Bñdicite ⁊ nolite maledicere. q2 cū
maledicant prima incurrūt istā maledictio
ne dei quā dictur⁹ est in iudicio. De q̄ habet
Math. xxv. Ite maledicti in ignē eternum.
Itē a verbis iuratorijs. Eccl. xxiij. Vir mul
tū iurās implebitur iniquitate. Unde dicit
xp̄s in euāgelio Math. v. Sit sermo vester
est est: nō nō. Quādo autē iurare per deū sit
mortale vel veniale peccatū. quere infra ser.
cxliij. L. Quarto manus circumcidere debe

mus ab illicito tactu. Nā tact⁹ et amplexus
q̄ fiūt ad irritādū se ⁊ alios sunt peccā morta-
lia. sic man⁹ circūcidende sunt a rapina. fur
tis. a ceci. b⁹ ⁊ turpitudo: ⁊ ad sola dei opera
pagēda aptāde. Sexto circūcidere debem⁹
pedes ab illicitis gressib⁹ qui fiunt in chorizā
sādo. supbe icedēdo. ⁊ ad loca illicita eūdo.
Vñ Job. xxxi. Cūctos gressus meos ipse di-
numerat. ¶ Ultimo nota exemplū de
illo noie ihū. Legit q̄ dū morat⁹ fuit quidā
homo cū vxore sua in magna pace ⁊ sanctita
te ⁊ illa similiter cū eo. immisit aūt diabolus
tēptatiōnes i eos vt suspēderēt se: vt sic eua
derēt pñtes miserias. Cū ergo vterq̄ ex hac
improba ⁊ īportuna tēptatione tristes effi-
cerentur vt nec somnū caperent: nec comede
rent: quesiuit alter de altero causas tante tri
stic. Rñdit vir q̄ sup oīa haberet volūtatē
magnā suspēdēdi se. Mulier rñdit illud cō-
simile esse desideriū suū. consentientes autē
ambo in idipm laqueos parāt vt se suspen-
derēt. Tūc mulier dixit viro suo. O dñe con
sulerē q̄ pri⁹ biberem⁹ amores iobis mutuo
de illo optimo vino nostro qđ preciosum se
uauim⁹ de illa vinea nostra de qua nondum
gustauim⁹: nec sani⁹ q̄ē adhuc sit vt potan
tes mortiamur. placuit viro. vinū affert qđ
cū vellet bibere sicut cōsueuerat signauit vi
nū cū signo crucis dicēs. In noie ihū xp̄i bi
bamus. ⁊ bibit. dedit q̄ mulieri. Cū autē bi
bissent vinū cruce signatū: ita fugit dyabol⁹
q̄ oīa tēptatio de tota mente eoꝝ tolleretur
vt h⁹ qđ facere cogitauerāt noluerīt postea
adimplere: sed contriti ad cōfessionē cō fuge
rūt: ⁊ vitā in bono finierūt. ¶ Itē exē-
plū aliud de noie ihū. Fuit quidā hō pri⁹ q̄
hanc cōsuetudinē habuit q̄ quotiēscunq̄ si
bi dyabol⁹ ingerebat aliquā tēptatiōnē ius
ad locū oratiōnis ⁊ inuocauit deū dicens. O
ihū dulcis miserere mei ⁊ adiuua me: ⁊ cō-
tinuo dyabol⁹ recessit ab eo. Et semel audiui
vn⁹ sctūs pater q̄ demon dicebat q̄ ipsi dia
boli maxime expellerētur ab hoc noie ihū.

In eodem festo sermo. xx. Qđ iuuenes de
bent a iuuentute deo seruire.

Ostquā cōsum

mati sūt dies octo ⁊c. Lu. ij. ¶
Sciendū q̄ xp̄s die octaua circūcisus est ⁊
sanguinē suū fudit. ⁊ hoc ad nr̃aꝫ instructiōē
vt in pueritia ei seruire mcbocem⁹. Qđ facere
debem⁹ principaliter sex de causis sine prop

ſex fruct⁹ q̄ inde ꝓueniūt illis q̄ a iuuentute
deo ſeruire incip iūt. Prim⁹ eſt qꝛ bonitas
ꝓfundi⁹ infigit̄ ſibi iuuentute eo ꝙ̄ inuenit ſubie
ctū magis tenerū. Vñ Ariſto. iij. de aīa. Aīa
pueri eſt ſicͣ tabula raſa in q̄ nihil ē depictū.
et hoc in ꝑncipio ſue infuſionis. Itē aīa pue
ri eſt ſicͣ pergamenū bñ preparatū: et q̄cq̄d in
eo ſcribit̄ vix deletur. ⁊ ſi deletur adhuc ma-
nēt ibi aliq̄ veſtigia. Sic eſt de iuuene q̄cq̄d
ſibi ꝑmit⁹ imprimit̄ ad hoc ſemꝑ inclinatꝰ ſiue
ſit bonū ſiue malū. Itē puer eſt ſicͣ virgula q̄
faciliter flecti pōt ad dexterā ſiue ad ſiniſtrā:
et quocū flectit̄ illuc et creſcit. Sed trabs
iā deſiccata ſi curua ē impoſſibile eſt eā ad recti
tudinē duci. Vñ Volgetꝰ ſuꝑ li. Sap. Omne
pctm̄ incurabili⁹ eſt in ſene ꝙ̄ in iuuene. vñ
Eccl. vij. Filij ſi tibi ſint erudi illos a pueri-
cia ſua. Secūd⁹ fruct⁹ qꝛ iocūdū eſt vincere
homini tali q̄ in ꝑncipio deo ſeruire ſtuduit.
Sap. Optima forma viuēdi eligēda eſt quā
iocūda reddet ꝯſuetudo. R Querit̄ hic
q̄b⁹ in hac vita meli⁹ ſit. Rñdeo ꝙ̄ illis q̄ pu
ro corde ⁊ pura ꝯſcīa deo ſeruiunt. Prouer.
xv. Mēs ſecura quaſi iuge ꝯuiuiū. Hoc ſic
patet. Nā ſi ſupra vides ⁊c. quere ſup: ſer. ix.
R. ibi. Quinta eſt ꝯſcīa. Itē ſciendū ꝙ̄ ali
qui mali infernū maiori labore ſibi acquirūt
ꝙ̄ aliq̄ boni regnū celeſte. Qđ duob⁹ modis
intelligit̄. Primo q̄ntū ad interiorē remorſū
ꝯſcīe. Unde Ambro. in li. de offi. Que pe-
na grauior eſt ꝙ̄ interioris vulu⁹ ꝯſcientie.
nōne hoc magis fugiēdū ē ꝙ̄ mors: ꝙ̄ diſpē-
diū: ꝙ̄ exiliū: ꝙ̄ debilitatis dolor. Vñ Isid.
de ſum. bo. Oīa fugere poteſt hō preter cor
ſuū. Nō eñ pōt a ſe quiſꝙ̄ recedere. vbicū
eñ abierit reat⁹ ſui ꝯſcīa illū nō derelinquit.
Secūdo mō intelligit̄ quo ad exteriora exer
cicia. vñ Volgot. Via pctōꝝ eſt mlto magis
laborioſa ꝙ̄ via ſanctoꝝ. Famul⁹ eñ quāto
plurib⁹ dñis habet ſeruire: tāto cū maiori la
bore. Sed pctōꝛ vult ſeruire mundo: dyabo
lo: ⁊ carni ſue. ⁊ ideo neceſſe ē eū multiplicit̄
laborare. Iere. ix. Vt iniq̄ agerent laboraue
rūt. Nā durioꝛa ſeruicia q̄ñ hñt ſerui dya
boli ꝙ̄ ſerui dei. ſicut patet in haſtiludijs et
choreis ⁊ actib⁹ luxurioſis: in diuitijs ꝯgre
gād' ⁊ ſuꝑbis veſtib⁹ portādis: et in prelatu
ris acquirēdis. Vñ Volgot. Multo forti⁹
laborāt hoīes circa mūdana et trāſitoria: ꝙ̄
circa eterna. ⁊ magis circa voluptates ꝙ̄ cir
ca virtutes. L Terti⁹ fruct⁹ eſt ꝙ̄ grati⁹

eſt ſeruiciū eoꝝ deo q̄ cito ad deū conuertun
tur. Illi eñ de puro ⁊ optimo vite ſue qua-
ſi de flore ⁊ vigore deo offerūt. Qui aūt tar
de volūt ꝯuerti quaſi feces deo reſeruāt re-
ſpectu iuuenū qui in iuuētute deo ſeruire in-
cipiūt. Illi eñ antiqui de vita ſua primo id
qđ pulcri⁹ ⁊ meli⁹ eſt offerūt mūdo ⁊ diabo
lo. reliq̄as vero volūt offerre deo. illud. ſ. de
quo mund⁹ nō curat. i. ſeniū. cū tñ ſcđm ſcri
pturā. bona ⁊ optima deo offerēda ſūt. Nu-
meri. v. Omnia q̄ offertis deo optima ⁊ electa
erūt. Itē illi q̄ expectant vſ ad ſeniū ⁊ alios
ꝯſumut iuuētute ⁊ fortitudine corporis in ſer
uicio mūdi ⁊ diaboli. Et cū iā ſeneſcūt tunc
ceſſant ab aliquib⁹ pctīs: cum eadē peccata
iam ampli⁹ ꝑpetrare nō poſſunt. Vñ Aug.
Si vis facere penitētiā cum iam peccare nō
potes. pctā te dimiſerūt: nō tu illa. Sed cū
hō aptus eſt ad peccandū ⁊ poſſet ⁊ habet
occaſionē. ſ. pulcritudinē. diuicias. ⁊ iuuen-
tutē. ⁊ dimittit ꝑpter deū hoc eſt deo valde ac
ceptū. Nam ſubtrahere ſibi delectabilia car-
nis cū oportunitatē habet perficiendi quaſi
ſpūale martiriū eſt corā deo. Vñ ſcriptū eſt.
Qui potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſſ⁹: face
re mala ⁊ nō fecit: q̄s ē hic ⁊ laudabim⁹ eū.
Vñ Aug. Dico tibi qꝛ ſecur⁹ es ſi penitētiā
egiſti eo tempore quo peccare potuiſti. Item
ſciendū ꝙ̄ ſūme placet deo ſeruiciū iuuenū
innocentū. Nunꝙ̄ pr̄ de filio tñ gaudiū ha-
buit ſiue rex ſiue epūs ſiue papa elect⁹ fuerit
ſicut de⁹ gaudiū habet de bono ope qđ q̄s
deo offert in ſua innocētia. In ſignū hui⁹ di
cit xp̄s in euāgelio. vt habet̄ Math. xix. Si
nite paruulos venire ad me et nolite ꝓhibe
re eos: taliū eñ ē regnū celoꝝ. Itē cū pueri
clamarēt in templo ⁊ ꝓpterea pharifei indi
gnarent̄. dixit eis ihs vt habet̄ Math. xxi.
Nunꝙ̄ legiſtis: Ex ore infantū ⁊ lactentiū
perfeciſti laudē. M Qꝛ multū valeat
oratio innocentū puerorꝝ ſiue ꝓ viuis ſiue ꝓ
mortuis patet per tale exemplū qđ legit̄ tur.
Quidā epūs deuot⁹ vidit in ſomnis puerū
piſcantē de puteo cum hamo aureo ⁊ linea
argentea: ⁊ inde extrahebat vnam pulcram
mulierē. Et euigilans vidit eundē puerum
in cimiterio ſuper vnam tumbā orantem. ⁊
queſiuit ab eo quid hic faceret. Reſpōdit ꝓ
anima mřis dico Pater nr̄ et Miſerere. Et
intellexit vir ſanctus ꝙ̄ anima illi⁹ mulieris
liberata eſſet a purgatorio ꝑcibus illi⁹ pue-

ri. Et pater noster est hamus aure⁹: et misere re est linea argentea. N Quartus fruct⁹ q: bō certius meretur in certitudine spei sue salutis. Unde Aug. de disciplina xpiana. Non pōt male mori q bene vixit. Sic econtra q male vivunt et tardant converti usq ad finē vite vix bene moriunt. Unde Aug. Vix bene moritur q male vixit. Unde Aristo. iii. ethicorum. Qualis unusquisq est talis videt sibi finis. Unde etiā Aug. Si quis positus in ultima necessitate sue egritudinis voluerit accipere penitētiā et accipit: mox reconciliabitur et hinc vadit. fateor vobis nō illi negamus qd petit. sz nō presumimus q hinc bene exeat: si securus hinc exit ego nescio. penias dare possumus: securitatē aut nō. nunquid dico dānabit: sed nec dico liberabit. Vis ergo a dubio liberari. tene certū et dimitte incertū. Age penitētiā dum sanus es. si sic agis dico tibi securus es. Qui enim nō volunt in sanitate querere deū. sed scienter et pertinaciter contra deū facere: graviter peccant. Sepius contingit q in infirmitate constituti nō possunt se veraciter ad deū cōvertere et penitere. Unde dicit in decre. Qui cū potuerunt cōverti et noluerunt: in fine nō facile acquirunt quod volunt. de pen. dis. vii ti. c. Nullus expectet. Ergo illi boni qui a iuuētute deo servierūt magis feliciter moriuntur. ps. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. O Unde exemplū legitur q quidam pauper vir degebat in quadā villa: qui cū exigeret stipendia quotidiana p labore et mediatatē sibi acquirebat: et tñ sanctā dei genitricē mariā put poterat honorabat: et quicq de elemosinis q ei dabantur p amore dei genitricis aliis pauperibus cōdividebat. Hic cū moreretur cepit sanctā dei genitricē rogare ut ei⁹ misereri dignaretur: et heibus suis etiam civitatē paradisi largiretur. tunc ipsa sancta maria mater mue ei assistēs dixit. Veni et sicut petisti possidebis regnū paradisi. Hanc vero vocē audierunt plures qui in illa domo erāt qd et mors effect⁹ ostēdit. Cūq eius aīa esset a corpe egressa statim pducta est ab angelis in paradisum. et sic pmiserat beata virgo letatur cū iustis sine fine. Quintus fruct⁹ qui seqtur ex hoc qm quis a iuventute servit deo est q purgatorium eius minuetur. Nā si tales intrabunt purgatoriū tunc ibi parvo tpe puniuntur respectu illorū q hic multa pctā cōmiserūt et tarde penituerunt nec cōdignā penias exerunt. Unde scribitur ab greg. in dialo. q quedā aīa in umbra una punita fuit pter mediatatē pene quā habuit exolvere. Nā si quis haberet solū unū peccatū veniale cū illo nō posset deū videre. nisi p eo satisfaceret vel hic in mūdo vel in purgatorio. Unde Huber. Nunq enim a quoq dei facies videbit. donec p penā venialiū pctōr quadrāns minimus persolvat. De pena purgatorii quere infra ser. cvi. D. Exemplū ibidē. P Sext⁹ fruct⁹ q premiū mai⁹ in celo habebūt q a iuvētute servierūt deo. Habet enim de⁹ unde remuneret illos q tarde ad ipsm cōvertunt et illos q a iuvētute sibi serviunt. Unde Joh. xiiii. In domo patris mei multe mansiones sunt. Nā valde dissimiles sūt in remuneratione ille q uno āno ante mortē suā solū servit deo et ille q a iuvētute servivit ei. Apls. Reddet unicuiq iuxta opa sua. Nā si quis cognosceret distantiā glorie q est inter primū et secūdū choros angelorū. ille libenter deberet centū annis durā vitā ducere. imo qd plus est centum martiria et centum mortes pati: ut de primo choro angelorū ad secundū posset pervenire: et iterū tm pati ut de secūdo in tertium. et sic de aliis. Minus enim adhuc dixi. Unde apls. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ tpis ad futurā gloriā q revelabit in nobis. Unde reprehendit dē dia nra: q: uno āno possumus mereri ut usq ad quartū vel quintū vel ad sextū chorū angelorū possem⁹ pervenire: sz hoc negligim⁹ pter nostrā pigritiā et cecitatē. Unde Hiero. Nul⁹ labor dur⁹ nullū tpus lōgū videri debet quo gloria eternitatis acquirit. Similiter et libēter debem⁹ carere oib⁹ delectationib⁹ et gaudiis et honorib⁹ hui⁹ mūdi: ut ad tale gaudiū pvenire possem⁹. Unde Aug. Tāta est pulcritudo iustitie tanta est iocūditas lucis eterne: ut etiā si nō liceret in ea amplius manere q uni⁹ die horā pp hoc solū innumerabiles ānī hui⁹ vite plenis delitiis et oi affluētia tpaliū bonorū recte meritoq contēnerent. Q Ultimo notandū est exemplū de quodā puero innocenti q innocētiā baptismalē servavit. Et legitur in li. de ap.b⁹ q quidā puer annorū qnq de honestis valde parentib⁹ fuit ort⁹. q primo visis fratrib⁹ ordinis minorū a parētib⁹ suis petivit ut ipsorū habitu vestiret. Sed cū illi quasi puerile dictū estimarent postmodū advertērut cum diligentia. q: puer cepit cōsuetudines ordinis minorū servare. incidere

nudis pedib⁹ et dura corda precingi argentū et aurū summopere vitabat attingere. Et in hoc articulo casus accidit rarus et mi⁹ valde. Duo negociatores quidā ad hospiciū patris eius venerūt. Qui videntes in tali puero habitum talem mirati sunt. Et cū intellexissent puerum omnē vitare pecuniā vnū nummū in profundum vasis quo bibebant latēter iniecerūt. et cū modico vino puero poculum porrexerunt Qui vt exhausto vino nummum vidit exclamans horrifice vas piecit tentisq; in celū oculis et manib⁹ dixit. Tu nosti deus omnipotēs q; inscius meum ordinem violaui. Hinc tremebundus expalluit et quasi ad mortē tēdēs nigredo faciem eius occupauit. Quod vidēs eius pater expauit. et currēs pro sacerdote adduxit eum. Qui puero absoluto manū imponēs cū a dolore et pena mitigauit. in platea puer sedens pueros vicinoꝝ diebus solemnibus cōuocabat vt eos si distorti essent in moribus. si superbi. si ornatis vestibus incederent argueret. bonis vero pueris celorum gloriam promittebat. interdū eos docebat orationē dominicā. s. pater noster. et q̄ bonū esset matri xp̄i in angelica salutatione et genuflexionibus seruire. ad has pueri cōuocatōnes et exhortatōnes senes xp̄i cum minorib⁹ cōcurrebant et miro modo delectabātur in prudentia et responsis eius. Patrē propriū iurantes vel leues in gestibus vel ebriosum si qn̄ videbat ei cōpaciendo et quasi cū lachrimis arguebat dicēs. Pater charissime: nunqd p̄sbiter noster in ecclesia dicit q; qui talia agūt regnū dei non possidebunt. Matrē quoq; que cū in solennitate quadam optimis scarlatis et rubicundis vestibus vteretur cum graui merore corripuit in ecclesia coram cōsedentibus dicēs. digitoq; demonstrans imaginē crucifixi. Intuere mater intuere. et vide dn̄m nr̄m Ihm xp̄m nudū in cruce pendētem sanguine rubricatum. et tu te in cōtumeliā ipius vestibus scarlatis adornasti. Caue mater caue charissima ne p̄ rubore vestiū penas eternales incurras. Nec mora mr̄ verba filij nō mōi cum abhorrescens vestes tales deposuit et talibus amplius. vti penitus denegauit. Mores vero et gestus ipsius pueri perfectionem virtutum et gratiam dei in eo ostendebant. Nondum puer etatem septennem impleuerat et mortuus est. Appropinquās ergo morti cōfessus sacerdoti et sacramentum corporis xp̄i postulauit. sed sacerdos propter puerilē etatē sibi denegauit. Puer autē cū mira orōis gr̄a extensis manibus in celū dixit. Tu nosti dn̄e Ihu q; summū desideriū meū est te habere. petiui te: feciq; quod debui. et spero cōfidenter q; tua p̄n̄tia non frustrabor. His dictis parentes circūsedentes et flētes consolatus est eos puer ille. et ad meliora puocās inter verba exhortatōnis orōnis et laudis sp̄m deo reddidit impolutū et statim habitus ordinis fratrū minoꝝ tunica cū assuto caputio q̄ sup cū extēsa iacebat repēte disparuit. et nū q; postmodū visa fuit. Igitur post mortem eius cū ad sepulcrū illi⁹ vbi sepeliendus erat stantes quidā ex fratribus minoribus psalmū scz De profundis dicere voluissent nullo conatu et nulla reiteratione hūc psalmū dicere potuerūt. vn̄ per hoc dabatur intelligi. illā sanctā aiam nullis oratōnibus indigere. Parentes vero post mortē pueri: intantū exemplo tilij. p̄fecerunt vt oīa oblectamenta seculi deserentes pater ordinē predicatorū. mater autē cistercienium ordinē. eisdē temporibus intrauerunt. et deo feliciter seruierunt.

In epiphania dn̄i. Sermo. xxi.

Ecce magi venerūt ab oriēte hierosolimā dicētes Ubi ē q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ. Mat. ij. Hodierne diei festiuitas magna ē. Unū merito dicit̄ appariio. Un̄ canit̄. Dies santificatus illuxit nobis venite gētes et adorate deū Et in signū hui⁹ dīr in tribus p̄missio. Ecce magi ab oriente venerūt ꝛc. Consuetudo est q; qn̄ aliq̄s rex vadit sibi accipe regnū tūc veniūt milites curie sue vt de sua solēnitate ipsi regi cōgaudeant et grās deo referāt. Ueniūt etiā populares vt eoꝝ dn̄m recognoscāt. Ueniūt tandē principes et barones vt ei munera deferant et fidelitatē faciant. Xp̄us habet duo regna. s. celeste et terrestre. regnū celeste pacifice obtinebat. Regnū autē terrestre diabolus vsurpauerat. Et iō xp̄s venit in mundū vt diabolum de regno suo eiceret. et ipse regnum suū recuperaret. Un̄ Joh. xij. dicit̄ Nunc iudicium est mundi. Uenerūt igitur p̄mo ipsū visitantes milites sue curie celestis de sua sublimatōne in regnum: grās deo referentes et dicentes. Gl'ia in altissimis deo. Uenerūt populares. s. pastores. et ipm dominum recognoscētes visitauerunt. et multi de

sua sublimitate grãs deo egerunt. Uñ dicit. Reuersi sunt pastores glorificãtes deuz. Ho die venerunt pñcipes τ barones vt fidelitatē sibi facerent. τ ideo pcidentes adorauerũt eum. τ apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Uñ in pñti sermone tria sunt dicē da. Primo de sapientia illoꝝ triũ regũ. Secundo de eoꝝ inquisitõne τ oblatõne. Tertio qre paupes reuerentius côuet se habere ad deuz ꝙ̃ diuites. R Quantum ad primum notanduz ꝙ isti tres reges cõmendantur in sapie magnitudine. ergo dicunt magi i. sapiētes. qz in sydere xp̃m cognouerũt quē iudei a lege τ pphetis edocti agnoscere contēpserunt. Nam ex hoc ɔfundit pigritia τ infidelitas τ malicia iudeoꝝ. Nam illi agi vni pphete crediderũt. iudei vero pluribus credere noluerũt. Illi q̃sierũt regē alienũ: isti vero nõ quesierũt propriũ. Illi venerut ex longinquo. Isti vero nõ venerunt ex ppinquo. Hec Remigius. Uñ scḋm Greg͂ in omel. hodierna. Oĩa elemēta auctorē suũ venisse testata sunt vt de his quodamodo usu humano loquar. Celi hunc cognouerunt. qz ptin⁹ stellã miserũt. Mare cognouit. qz se calcabile sub plantis eius prebuit. Terra cognouit. qz eo moriente cõtremuit. Sol cognouit. quia lucis sue rad. in morte ipsius abscondit. Saxa cognouerũt: qz tpe mort⁹ sue scissa sũt. Infernus cognouit qz quos captiuos tenebat reddidit. Iudeoꝝ vero corda saxis duriora eũ cõfiteri nolũt quē elementa testantur. Sciendũ ꝙ nos xp̃iani exẽplo illoꝝ triũ regũ debem⁹ deũ in vera fide veraciter cognoscere. Uñ Hiero. Absqz notitia creatoris sui oĩs bõ pec⁹ est. S Pro quo sciendum ꝙ illi xp̃iani nõ in vera fide cognoscunt deum qui fatũ tenēt qui fundãt se sup constellationes planetaꝝ quos beat⁹ Greg͂. in omel. hodierna reprobat τ pbat esse hereticos τ pusillanimes qui dicunt fatuz seu cõstellatões sub quibus nascuntur hoĩes regere τ dirigere quelibet ad officia peragenda q̃ eis influũt vt pote qui sub libra cãpsores efficiũtur sub aquario piscatores. τ sic de alijs. Et ibi beat⁹ Grego. ponit reprobatõis huius cuidens exemplum. ꝙ multe sunt terre q̃ cãpsores nõ habẽt. Aque q̃ piscatores nesciunt et getulia: τ tamen ibi sunt τ oriunt cõstellatões recte. sicut alijs loc⁹. Et subdit hec. Greg͂. Absit inquit a fidelib⁹. vt esse aliquid fatũ dicãt. vt tñ dñi hoĩm sol⁹ hũc cõditor qui creauit administrat. nõ eñi pper stellas hõ sed stelle pper hoĩes facte sunt. hec ille. Si quis eñi non furaret nõ suspēderetur. Et sic est etiam de alijs. Cõtra tales qui dicunt suavitia aut virtutes se habere a cõstellatõibus. Christ. super Math. arguit τ improbat hoc mõ. Primo si aliquis adulter vel homicida fieret per stellas magna esset iniquitas stellarũ. nã cũ pscius futuroꝝ sit deus ex quo tanta iniqtas p stellas fit si noluerit emendare nõ esset bonus. si aũt voluerit τ nõ potest nõ esset oĩpotens sed impotēs. que ãbo manifeste sunt cõtra fidē xp̃ianam. Primo ex eo qz deus est summe bonus p̃s. Cõfitemini dñio qm̃ bonus. Uñ etiã Aristo. xi metha. Deus est optimũ τ sempiternũ. Itez scḋo ex fide τ sacra scriptura habem⁹ ꝙ deus est oĩp̃s. p̃s. Cũ que cũqz voluit deus fecit in celo τ in terra. Uñ dicim⁹ in symbolo fidei catholice. Credo in deũ patrē oĩpotētez. Secũdo sic iprobat. si stelle hoc faciũt: ꝙ sum⁹ boni aut mali nec bonũ nostrũ laudandũ est: qz in nobis nõ est voluntari⁹ actus. Uñ Hugo de sancto vic. Nemo unqz bene agit etiã si bonũ ē qḋ agit. Uñ dr̃ in decre. Nullũ bonũ nisi voluntariũ xv. q. iii. Presentia τ xxiij q. v. Ad fidem τ q vi. c. i. Uñ etiã Arist. v. ethi. Sine voluntate nõ põt quis bonũ opari. Item nec malũ nostrũ vituperandũ est. qz in nobis nõ est voluntarius actus. vt quid eñi mali mei penã sustinerē: qḋ nõ voluntate sed necessitate cõmisi. Uñ Bern. cõtra hoc loquit in quodã sermone dicēs. Quid odit aut qḋ punit de⁹ preter ppriã voluntatē? Cessat eñi ppria voluntas τ infernus non erit. In qḋ eñi ille ignis deseuiet. nisi in ppriam voluntatē. Tertio hunc insipientiam τ errorem destruũt mãdata dei que data sunt hoĩb⁹ ne peccẽt. Itez sermones pp. τ sacre scripture que exhortantur hoĩes vt faciãt bonũ. hãc insipiẽtiã τ hunc errorẽ destruunt. Quis eñi phiberet aliquẽ ne faceret malũ. qḋ non posset declinare: aut qḋ faceret bonu ad qḋ non posset peruenire. modo in preceptis papitur. Non mechaberis. Non furtuz facies. Non assumes nomen dei in vanũ. Nec iurando nec blasphemando et sic de alijs preceptis. Modo si dicas ꝙ de⁹ precepit tibi qḋ nõ potes implere: timere ẽ tibi τ incurris maledictionem dei. Hiero. Maledictus qui dicit deum precepisse im

possibile. Item xp̄us dicit Math. xi. Jugum
enim meū suaue est: et onus meū leue. Quarto
iprobat qr p hoc tolleref liberū arbitriū: qḋ
tn necessariu est in nobis cū quo nos de⁹ priui
legiauit. qr ante hoīem sunt ignis et aqua: et
ad quodcuq̄ voluerit porriget manus. Scie
dum q̄ aug. dicit q̄ bene nra aīalis sensuali
tas inclinatur plus ad vnum viciū in vna cō
et alijs q̄ ppter abstinētiā diuti⁹ viuūt q̄ isti diuites seculares q̄ sp sunt in delicijs et voluptatib⁹. Nā tales gulosi occidūt seipsos. Nā plures diuti⁹ viuerēt si in abstinētia viuerent Itē plures incurrūt diuersas īfirmitates. s. q̄ aliq̄ efficiunt̄ ptracti. aliq̄ ydropici. aliq̄ paralitici. et sic de alijs. et hoc ppter voluptatē carnis Un̄ Hiero. i epla. Mater sanitatꝭ abstinētia mater egritudis voluptas Quarta cā secūdū Vaincu de bassia ē. qꝛ antiq̄ morari solebāt i aere puro. Non enī tot ciuitates et castella cōpacta fuerūt. hoc iā ptꝫ etiā in q̄busdā ciuitatib⁹ vbi in plateis est magnus fetor. de q° fetore plures infirmātur et eo citi⁹ moriuntur Et ergo ciuitates mūde seruande sūt q̄d valꝫ p sanitate et plongatiōe vite. Quita causa ē qꝛ antiq̄ magis casti fuerūt hoc ptꝫ qꝛ cū fuerunt octuaginta vel nonaginta ānoꝝ. tūc p̄mo matrimoniū ptraxerunt. Sed in nostris tpibus pauci caste viuūt ideo citius moriuntur. Un̄ Arist. de regimine prin. Coitus ē destructio corpis et abbreuiatio vite. Itē cōmētator de breuitate et lōgitud. ne vite dicit. Qui multū coiūt parū viuunt. vn̄ etiā Greg. i moral. Per luxuriā natura corrūpitur: senectus inducit̄. vita minuitur morti appropinquatur Sexta causa est infectio et corruptio elementoꝝ ex peccato iā augmētato et in futuro augmētando. qꝛ iniq̄tas quottidie supabūdat i mundo. vnde homo cōpositus ē ex quattuor elementis. Nam elementū aque manifestatur in ipsis humoribus. elementū ignis in calore naturali et in luce visiua. elementū aeris in respiratiōe flatus. elemētū vero terre i carne et ossibus. Et qn̄ pugna fit in hoie inter quatuor elementa ex qb⁹ ho ē piunct⁹: tūc homo distemperat̄ et infirmatur et morit̄. Septia cā est forte ex infectiōe malaꝝ influētia planetarū Et et eadē causa olim pestilētie nō tā crebre fuerūt vt mō sūt. Nā scd̄m Vencu de bassia. Astra diuersimode ī terris influunt scd̄z q̄ homines bene vel male se hūt ad deū. Octaua cā pōt esse qꝛ vnus puer generat aliū. qꝛ iam adolescētes in matrimoniū cōueniunt. siue cū mascul⁹ ē decē et octo annoꝝ. et puella. xv. tunc possunt contrahere scd̄m scripturā matrimoniū etiā sine pctō. Sed olim diu expectauerūt. sicut Seth qui fuit centū et q̄nq; annoꝝ qn̄ genuit suū pmogenitū. s. Enos Sed Enoch qui adhuc viuit et raptus est in paradisum fuit sexaginta et quinq; annoꝝ. qn̄ genuit suū primogenitū. s. Mathusalē. Sed qꝛ iā nostris tpibus parētes q̄si in adolescētia peruениunt. et adhuc debiles et defectuosi sunt sic et pueri erunt. Ergo primogeniti talium raro supuiuūt nec antiqui efficiunt̄. Quarto ostenditur breuitas vite nr̄e pparando eā ad eternitatē. Minus enī est vita nostra respectu eternitatis q̄ gutta respectu maris. vel etas momentū oculi. Un̄ Remigi⁹ sup eplaꝝ ad phil. Tps nostrū in cōparatione eternitatis aut nihil est aut hora breuissima. ¶ Queritur quare tūc diligitur p̄sens vita tam momētanea. Rn̄detur q̄ carnales hoīs breuitatē ipsius non ppendunt. vn̄ Greg. in moral. Carnales mētes idcirco p̄sentia diligūt qꝛ vita carnis q̄ fugitiua sit minime attēdunt. Nā si velocitatē trāsitus eius aspicerēt hāc etiā pspe ritatē minime amarēt. Et hec est etiā causa q̄re mali hoīes sine omni timore ppetrāt multa mala. Grego. li. xiij. moral. Reprobi idcirco multa nequiter agunt: qꝛ se diutius viuere arbitrantur. sed diceret quis. Iuuenis sum lōgo tpe viuere valeo. et in senectute vitā emēdabo. Rn̄detur scd̄m Isid. q̄ in rebus hūanis nihil certius morte est. et hora mort' nihil incertius inuenit̄. q̄d si scire desideras: vade ad scām o iuuenis in extremis iā laborātem et queras an pposuit mori in tali statu. Rn̄debit non pposui. sed in senio. et sic decipiunt̄ plures. Exemplū habemus in iuuencula q̄ i chorea cecidit et mortua est. que non pposuit mori qn̄ ad chorea accessit. sꝫ chorizare pposuit. Aliud exemplū de bibulo. qui cyphuꝫ in manu tenens et globū rotās dixit: tres soluat: et post ludi interdictionē subitanea morte mortuus est. Et alius dixit. Certe tibi ludum dimitto.

De eadē dn̄ica Ser. lx. de ptu mulierum

Mulier cum parit tristitiā hꝫ. Joh. xvi. Ex quo i hic pmissis fit mētio de ptu mulieꝝ. Tūc in presenti sermone tria sunt dicēda. Primo de gestib⁹ quos mulieres hnt in ptu. Scd̄o de dolore ptuientū et de his q̄ moriunt̄ in ptu. Tercio de labore quē habent parentes cū pueris. ¶ Quantum ad primū sciendū q̄ inuenio quinq; gestus quos mulieres habent tpe partus quos xp̄s etiā habuit in cruce parturiens et redimens nos p passionem suā. Primo vestes denudans pre dolore

partus. Sic xp̄s expoliatus et mundat⁹ ē i cru
ce vt nobis stolā glorie mereret. Et talia cogi
tare debēt mulieres s. quō xp̄s extēsis venis
ꝛ expāsis brachijs plus⁹ vulnerib⁹ et sāguino
lent⁹ et denudat⁹ pepēdit i cruce ꝛ sic offerre
dolores suos ipi xp̄o. Secūdo mulieres extē
dūt man⁹ supra capita ꝑ dolore pt⁹. Sic i cru
ce brachia xp̄i extracta sūt sup caput ei⁹ qz ex
pāsis brachijs pepēdit i cruce. Et hoc ī scd̄ʒ
qd̄ mulier ꝑturiēs dʒ cogitare vt i paciā ma
neat. Tercio mulieres ꝑturiētes naturalr sitiū
unt. Sic xp̄s sitim habuit. qñ obtulerūt ei ace
tū ad bibēdū cū felle mixtū. Hoc mulier ꝑtu
riēs cogitare debʒ quō xp̄s i cruce sitiuit. nec
haustū aque habere potuit et cū quāto deside
rio desiderauit ꝛ sitiuit nr̄am salutē. Et sic dʒ
esse patiēs et offerre deo dolorē suū. Quarto
qz mulier ꝑgnās et ꝑturiēs plena ē dolorib⁹
et pre angustia doloris clamat. Sic xp̄s ꝑtu
riēs nos in cruce clamauit pre dolore ob cui⁹
clamorē et dolorem petre scisse sunt. terra mo
ta est: et sol obscuratus. Quare xp̄s clamauit
Rn̄deo vt nos ꝑ clamorem suum ad ꝑpacun
dū sibi excitaret. Treñ. i. O vos omēs q̄ tran
sitis ꝑ viam attendite et videte ꝛc. Quinto ꝙ
mulier parturiens caput inclinat et amare flet
sic xp̄s inclinato capite pependit in cruce. et
lacrimosis oculis fleuit. vt nobis insinuaret
suam amarā passionē et dolorē. ꝛ vt nob osn̄
deret ꝙ ꝑ tristiciam et fletū intraturi erimus
in celum. Math. v. Bti q̄ lugēt ꝛc. S
Quātū ad scd̄am ptē ser. tūc p̄mo q̄rit. vtrum
dolor ꝑturientiū sit vehemēs? Rn̄detur ꝙ sic
ꝛ ꝑbatur ꝑ dauid q̄ dicit de penis iferni. Ibi
dolores vt ꝑturiētis. nō ꝙ sit nō maior pena
gehenne ignis: sʒ talis pena cōparat dolori
ꝑturientiū ꝑpter vehementiā doloris qr̄ in vit
ita vehemens dolor inuenitur in ꝑsēti et do
lor ꝑturientiu. vñ Arist. ix. aial. um. Mulieri
bus tpe partus accidit fortissim⁹ dolor. Tñ
talis dolor non est equalis oibus mulierib⁹.
qz vna maiore dolorē sētit ꝙ alia. Itē q̄ritur
vñ originē habet ille dolor. Rn̄detur a super
bia prime matris nostre eue. que occasionalr
eiecit Adam de ꝑadiso. et vitaʒ abstulit mū
do. et totum genus humanū obligauit ad in
fernum. Et hoc totū ꝑcessit ex supbia. qz eua
credidit serpenti. et appetijt similitudine dei.
sed adam non credidit sed experiri voluit: ꝛ
complacere mulieri. et ideo recepit ꝛ comedit
Secūdu ꝙ adā i in duob⁹ peccauit. s. in come

dendo contra preceptū dei de fructu vetito: ꝛ
sic inobediens fuit deo. Scd̄o excusando se ꝛ
inculpando deum et mulierem dicēs. Muli
er quam dedisti mihi sociam ꝛc. Eua autem
in quattuor peccauit. Primo deitatem rape
re voluit: secundo fructum ꝑhibitū comedit.
tercio virū ad peccandū ꝑuocauit. quarto cul
pam suā defendit. et se excusauit: et serpentē
inculpauit dicens. Serpens decepit me. Itē
q̄rit q̄re date sunt tales erūne mulierib⁹ i ꝑtu
cāꝫ. Rn̄r ꝙ he pene date sūt mulierib⁹ et sic eis
admonitiōes ne de cetero supbiāt Vñ sciēdū
ꝙ valde deus detestatur supbiā mulierū: et
econuerso valde diligit humilitatem earum:
qd̄ sic ꝑbatur. qz nanꝙ aliqued peccatū ita
punitum est in mundo vt peccati eue. qd̄ ante
sex milia annoꝝ perpetrauit. et adhuc hodie
vsqꝫ in finem mundi in filiabus eue ista sup
bia punietur. sic ꝙ nec mulieres iudicia secula
ria exercent. nec testimoniū ꝑferre possūt. nec
sacros ord. nes suscipere nec predicare: nec au
dire confessionē. Itē ꝙ viris suis subdite sūt
et pueros suos cum pondere portant. et cum
dolore ꝑturiūt. ꝛ sic de alijs. Hec penalitates
date sunt mulierib⁹ ꝑ q̄dā ammonitiōe. ne a
liqua femina de cetero ꝯtra deū supbiat. Vñ
que mulier amplius ꝯtra deū supbit talē mu
lierem deus punire vult post hec tormentis i
fernali. Vñ Ber. dicit ꝙ scītilla gehēne ignis
plus ledit peccatorē ꝙ si vna dn̄a in labore
et in ꝑtu prolis ꝑseuerando duraret mille an
nis. Item sciēdū ꝙ humilitas mulierū valde
placet deo. vñ pre omibus ꝟtutibus oim sā
ctoꝝ humilitatē vnius femine plus remune
rauit. s. humilitatē beate Marie ꝟginis. imo
etiam oib⁹ virtutib⁹ ipius Marie virgis hu
militatem quodammodo pretulit sicut ipsa
de se testatur dicens. Respexit huil. ancil. sue
qz ꝑ hac humilitate i matrem eam elegit ꝛ ꝑ
hac virtute eam sup omnes angelos et scōs
in celo exaltauit. Item pro hac ꝟtute lauda
tur ab angelis et sanctis in celo et ab homini
bus in terris. Luce. i. Fecit mihi magna qui
potens est. Et sequitur post. Ecce enī ex hoc
btām me dicent oēs generationes. Et q̄ mu
lier est magis humilis. beate Marie virgini
i celo viciniōr erit. et que mulier est superbior
erit a remotior. et lucifero in inferno ꝑpinqui
or. T Item queritur qñ mulier in partu
moritur vel immediate post partu. vtrū deo
cedat in salutē a.c. Rn̄detur ꝙ q̄tū ad hoc q̄ ē

in puerperio nihil ei obest si alias bñ disposi ta est: uno ei melius est cõiter loquẽdo: quia oẽs se pparãt per ptritionẽ: pfessionẽ: ⁊ sacramenti pceptõem ante partu. Ergo illi errant q dicunt q mulier in puerpio decedens per vdaniem dei faciẽ videt. Et est cõtra apsm q dic. Nos deũ videbim' in celo facie ad facie Quid eni in celo haberet si facie dei careret. Vñ Aug. Dãnati potius vellent esse in inferno ⁊ videre faciẽ dei. q in celo ⁊ eius visione carere. Joh. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cognoscant te solũ verũ deũ. Item aliqui antiq vetule dicunt. Si mulier in puerperio moritur ⁊ cadauer ante sepulturã in ecclesiam nõ introducitur. q noceat ei in aia qd est falsissimum ⁊ supsticiosum. Sciendũ tñ q si mulier i partu moriens adhibuisset fidẽ supstitionib' q contingũt circa mulieres parientes hoc ei pculdubio noceret in aia. Verbi grã. Sicut q mulierẽ difficultatẽ hñtẽ in pariendo cucingunt cũ cingulo viri vt eo levius pariat Itẽ q cũ gladio euaginato bñdicunt mulieres in puerpio: ⁊ etiam lu it cãdelas accendas: in faciẽ eius: qd est supsticiosum Itẽ q ponũt puerũ infra scãpnũ ⁊ ponũt scobam infra lectum mulieris que oĩa sũt supsticiosa. Sz si thus ibi adoletur: siue accenditur lumen cosecratũ: vel aqua benedicta ibi aspargitur: vl signũ crucis ibi habetur: talia licẽt ⁊ simulia Queritur qñ mulier aborsum patitur an noceat ei. Rñdetur q si ipa non est rea ⁊ fecit diligentiam suam custodiendo se, ppterea nõ dãnabitur. tñ ppter cautelam ptẽri: ⁊ psiteri debet si põt: ne ex negligentia eius ptigerit: vel ne occasionẽ sibi ipi dederit: sz latos cingulos portando: vel tunicas strictis seipsam stringendo: vel chorizando: vel eqtãdo: ⁊ sic de aliis. Vñ Albert' magn' sup Lucã dicit. q motus mulieris duobus tẽporibus nociuus est. sz postq noviter cõcepit: tũc est valde mollis materia ⁊ faciliter ledit. Secũdo qñ est vicina partui. tũc posset seipam p motũ ledere. ⁊ sic fetum occidere. sed si vir reus erit de puero q ante baptismũ morit sz verberãdo vel trudẽdo: vel verbis vel factis perturbando vxorẽ suam grauiter peccat. Et etiam mulieres non debent se sup hoc remittere re q sint impgnate: ⁊ ppterea viros suos ad iracundiã, puocare: sed viros suos debẽt honorare ⁊ eis spõte obedire. Vñ dixit dñs ad Euam. Geñ. iij. Sub potestate viri eris ⁊c.

Et mulier existens pertinaciter inobediẽs viro suo in licitis contemnens preceptum eius in his in quibus tenetur sibi obedire peccat mortaliter ⁊ offendit deum grauiter. Ergo debent simul pacifice viuere tunc deus moratur cum eis. ps. In pace factus est locus ei'. Sic econuerso cum simul litigant: tunc diabolus habitat cum eis. Item ille grauit peccant q occidunt pueros in vtero matris sicut ter: sicut ille meretrices q gerunt se, p virginibus cum impregnate fuerint ⁊ tunc fetum in vtero occidunt. Ve eis ⁊ illis antiquis vetulis que talibus dant auxilium vel consilium ad occidendum tales pueros in vtero matris quod est maximum peccatum: quia quo ad aliquid excepat homicidium cuiuscunq, pximi baptizati. Et ratio ẽ: quia in puero illo occiditur anima cum corpore. sed in homine baptizato occiditur solum corpus. Vñ Mathei. x. Nolite timere eos qui occidunt corp' ⁊c. Et vna anima preciosior ẽ q mille corpora. Augu. Maius damnũ est in amissione vnius anime q mille corporum. Item vir ⁊ mulier tempore puerperij abstinere debent ab actu matrimoniali: ⁊ etiam ante partum quando vxor est vicina partui: ⁊ etiam tempe menstrui: ⁊ sacris diebus ⁊ noctibus quia vt dicit Piero. Tũc cõcipiuntur pueri membris condemnati ⁊ leprosi: ⁊ sic tunc patebunt peccata parentum. Vñ etiam Aug. Si qs mulieri in puerperio cõmiscetur peccatum valde magnũ perpetrat. quia mulieres qñq non pariunt tunc amplius quia semen viri commiscetur cum sanguine mortuo.

Ultimo queritur vtrum meritoriũ sit mulieribus q cũ tanto grauamine ⁊ sollicitudine pueros portant: ⁊ cum dolore pariunt: ⁊ cuz labore nutriunt. Respondeo q quis talis dolor mulierũ parturientiũ sit naturalis. tamen si mater ordinat hunc dolorez in deũ ⁊ cum patientia, cordis offert pressuras doloris deo omnipotenti: ⁊ libenter suffert talem dolorẽ propter deum. sperãdum est q per talẽ dolorem meretur augmentũ meriti ⁊ diminutionem pene purgatorij. Vñ exemplum. Matrona quedã nobilis instabat pcib' vt deus daret sibi hanc gratiã q eadem die ⁊ eadem hora qua xpũs pro salute nostra mori dignatus est ⁊ ipa moreretur tantaq penam sustineret quantam post eum vnq aliquis hoinum sustinuisset: quia ipa specialem gratiam

τ deuotionē habuit ad passionē xpi: q2 qin-tis feriis absente marito suo nō iacuit in plu-mis. Et sextis ferijs cū nō audebat nudis pe-dibus incedere ob reuerentiā nobilitatis sue paruos lapillos ad calceos posuit: vt sic trā-seundo seipsam lederet: τ in hoc passionē xpi honoraret. Contigit aūt eadē hora τ eadem die qua xps in cruce mortuus est ipa pgnās pturiendo puerū tantā penā passa est vt iudi-cio spectantiū sua penas alap pgnantiū ex-cederet τ fiepre nimio dolore defuncta ē: sed puer quem genuit supuixit. Frater aūt ordis predicatorū q pfessor eius extiterat in sabba-to sancto pasche: missam sibi pro defunctis dicere pponebat. Cū aūt ast altare pnolutus τ ad missā se prepararet fatigat⁹ vigilijs ob-dormiuit: cui apparuit matrona supradicta: dicens ei. Nō cantabis mihi missam p defū-ctis. sed gloria in excelsis: q2 iam sum in reqe beatorū. Euigilās frater fidē noluit sōno ad-hibere volēs missam p defunctis celebrare. Misit aūt prior ad ipm vt p se missam diei i cōuentu diceret. q2 ipse esset extiturus. Qui dū instanter peteret: vt illam missam alij iniun-geret nolujt prior: dicens. vt missam diei illo in cōuentu diceret. Qđ cū faceret scdm verbū matrone q sibi in somnis apparuerat conti-git. Non em p defunctis cātabat: sed gloria in excelsis deo. ¶ Tertio et vltimo que-ritur vtrum labores quos habent parentes: in educādo τ nutriēdo pueros sint eis meri-torij. Rñdeo q parētes q filios suos educāt tali intētiōe vt efficiantur boni xpiani τ famuli dei quicqđ tūc erga illos faciūt totum erit eis meritoriū: si tamen in grā sunt τ sine peccato mor-tali. Ergo mater quotiens lactat puerū suū τ quotiens inquietatur a puero: τ quotiens portat vel balneat: vel q̄cūq3 puero adminis-strat sp meretur. Vñ apls. Scimus qm dili-gentibus deū oia coopant in bonū. Ex qbus pz q parētes pñt mereri in suis filijs gloriam sempiternā vel etiā eternā dānationem. Ergo pueri a parentibus informandi sunt in bis q spectant ad salutē. scz Pr̄ nr̄. Aue maria τ sim-bolo τ decē pceptis τ q ecclias visitēt: τ dili-genter missas τ verbū dei audiāt: τ sic de a-lijs. Et si pueri excedunt tunc a parentib⁹ cor-rigendi sunt. q2 oia pctā q pueri pmittūt i pa-rentes redūdabūt si eos nō corrigūt. vñ apls Ro. i. Digni sūt morte nō solū q faciūt. sz etiā qui psentiūt facientibus. Et signāter matres debent lactare pprios filios exēplo marie q beā dicta est. vt habetur. Luce. xj. Btūs vēter q te portauit τc. Itē pter meritū. q2 quoti-ens mater puerū lactat. toties meret eternā gliā. Et si mr̄ ex i firmitate nō pōt lactare pu-erū suū: tunc debet honestā τ pudicā nutricē q̄rere. q2 pueri vt cōiter imitātur naturā nutri-cis. Exēplū legit q q̄dā nobilis mulier pepe-rit simul τ semel duos filios: vnū p se nutri-uit τ aliū nutrici pmisit. q2 nō poterat ābos nutrire. Et nutrix nō habuit sufficiens lac de la-cte q puerū posset bn̄ nutrire nec etiam libē-ter resignauit puerū pter nutrimentū qđ ipa a parētib⁹ habuit τ posuit puerū ad por-cum vt eū nutriret. Qui puer nutritus a por-co creuit vsq3 dū ablactatus fuerat Et cū am-bo fratres creuissent: τ ad pfectā etatē puenis-sent. tūc ad curiā regis sunt pmoti: Et primus erat valde curialis. sz secundus erat valde ru-sticalis τ grossus: τ q2 in mēsa vasa effunde-bat τ sine coclearib⁹ ex scutellis bibebat. τ qn pambulabat viā lutosam equitando cū alijs tunc descendit de equo τ intrauit lutū: τ ibi supra modū delectabat. Qđ rex admirans cū essent duo germani similiter τ parentes q hoc cognouerunt quesierunt a nutrice τ nu-trix fatebatur veritatem. Et tūc cognouerūt causam hui⁹ rei. q2 de porco fuit nutritus.

De eadem dominica.

Os aūt cōtristabimini. Hic est dicē-dū q̄re de⁹ pmittit aliquos bonos hoies ita acerbissime tribulari in pñti. Istū sermonē quere ante sermone. xxix. D. τ. E.

De eadem dominica.

Undus aūt gaudebit. Hic est dicē-dū quare gaudium mūdi est fugiē-dū: τ quando est mortale. Et istum sermonē quere ante sermone. xxxvi. D. τ. I.

Dominica tertia post octauas pasche. de credentibus in deum. Sermo. lxij.

Rguet mundum de pctō. q2 nō credūt in me⁹ Joh. xvi. Sciedū q plura sūt gñra hoim q dicūt se vbis credere i deū τ sctorum q̄ vole-cut⁹ ē p se τ scōs suos: τ tn̄ fact̄ oppositū cū dūt. q merito arguēdi sūt. apls. Cōfitent ex se nosse deū. fact̄ aūt negāt. ¶ Primi sūt q nimia sollicitudie tpalia q̄rūt τ sp timēt sibi deficere τ q̄si adhuc fame pire deberēt q2 nō credūt vbis xpi ptz Mat. vi. vbi dic. No-lite ē solliciti eē dicentes: qđ manducabimus aut qđ bibem⁹: aut q° operiemur. Qui dicū

enim̄ curā et solicitudinē habēt sup̄ tp̄alia
cōtinue cogitando quō tp̄alia ɔgreget. Et ta
lis solicitudo facit xp̄ianu simile pagano. vñ
dicit xp̄s. Hec enim oīa gētes requirunt. Sed
xp̄ian⁹ p̄mo deꝫ requirere regnū dei scḋm dictū
xp̄i. Sꝫ multi sūt q raro missas audiunt nisi
forte ī dieb⁹ festiuis. cū tñ q̄libꝫ dies natura
lis habeat. xxiiij horas. et cū expēdit. xxiij. p
corpe. minimā vnā horā in die deberet expēde
re p salute aie sue. scꝫ audiēdo missā. et tūc p
speraretur sibi ī cib⁹ faciēdis et omittendis.
Est ergo laudabilis ɔsuetudo q̄ q̄libet siue
sit in via siue in peregrinatōe vel in ciuitate. vel
vbicūqꝫ locoꝝ. q̄ omi die si aliquo modo po
test vnam missam integram audiat. et se deo
cum omnib⁹ suis negotijs recōmendet. vt sit
ipse adiutor et protector eius. Scit enim pater
noster celestis quibus indigemus. et potest
subuenire nobis et vult subuenire. q2 bonus
et fidelis pater est omn nostrū. Et hec ꝑpendi
potest in sarracenis ꝛ iudeis qui a lege natu
rali edocti filijs suis ꝑuident et etiā bruta a
nimalia fetibus suis ꝑuident. Quō ergo pat
nr filijs suis non ꝑuideret. Ergo q̄ filios
israhel pauit in deserto cum manna qđ pluit
de celo. Et qui pauit helyā p coruum ferentē
ei panes. vt hetur iij. Regū. xvij. Ille etiam
te pascet si sibi confidis. ps. Iacta cogitatū
tuū in dn̄o. et ipse te enutriet. j. Petri. v. Oēm
solicitudinem vestrā ꝓijcientes in eū ipsi enim
cura est de vobis. Nostrū enī est deo fideliter
seruire: et ad deū spectat nobis de necessarijs
ꝑuidere. Rabanus. Serui est solicitū eē quō
dn̄o suo seruiat. dn̄i vero est cogitare vt seru⁹
suus necessaria habeat. Sꝫ si seruus de seip
so cogitat et non de dn̄o non est mirū si dn̄s
ei non ꝑuideat. Sic et nobis continget si vo
lumus dn̄m deum nostrū deserere nosipos
querere. Secundi sunt qđ peius est qui iniu
stas res scienter possident. vñ xp̄s dicit ī euā
gelio. Facilius est camelū p foramē acus trā
sire q̄ diuitem regnū celoꝝ intrare. qui .s. iniu
stas res possidet. Aug. Peccatū non dimitti
tur: nisi ablatū restituat. Si tales veraciter cre
derent vtiqꝫ crederent q̄ q̄diu iniustas res
possident priuati sunt oīm bonoꝝ q̄ in prelēs
ti ab omnibus fidelib⁹ in ecclesia fiunt: ꝛ q̄ ī
futuro carebunt deo et societate oīm sāctoꝝ
et insuper post hanc vitā eternā paupertatē
incurrent. Quis sane mētis pro tp̄e velit hic
esse diues; et in futuro seculo paup̄ fieri eter
naliter. Et nullo modo remediari sibi potest
nec p cōtritōem nec p ɔfessionē nec p aliquā
penitentiam. nec etiā p quecūqꝫ bona opa ni
si iniustas res restituat. Licet tales se verbis
dicāt credere q̄ cū iniustis reb⁹ nullus salua
tur. tñ factis oppositū ostendūt cum iniustas
res restituere nolunt et tamē saluari intēdūt.
Tercij sunt gulosi et ebriosi qui in delicijs coꝛ
poris viuunt q̄uis dicant q̄ credunt verbis
xp̄i et sacre scripture. tamen factis oppositū
ostendunt: cum in crapulis et ebrietatib⁹ vi
uunt. Hoc patet q2 xp̄s dicit Luce. vi. Ve vo
bis qui saturati estis. Item dicit p ꝓphām.
Ve vobis qui potentes estis ad bibendū vi
num vsqꝫ ad ebrietatē. Si tales crederent q̄
gulosi ꝛ ebriosi sunt a deo maledicti. quō au
derent amplius viuere in crapulis et ebrietati
bus. Job. Quis gustare pōt qđ gustatū con
fert mortē. q. d. Nullus qui hoc sciret ꝛ firmi
ter crederet. q̄ ex hoc cibo vel potu incurreret
mortē. Item Salomō dicit. Per que homo
peccat per hec et punietur. Sed tales qui pec
cant cum crapula et ebrietate punient cūꝫ fa
ma et siti perpetua. vñ ps. Famē patient vt
canes. Esaie lxv. Serui mei comedent ꝛ vos
esurietis. Imo talem esuriem sustinebunt q̄
scḋm dictū ꝓphete. vnusquisqꝫ carnē brachij
sui comedet. Item ebriosi sustinebunt etiā
sitim. Patet Luce xvi. De diuite qui guttā a
que petiuit dicens. Pater abraham miserere
mei et mitte lazarū. vt extremū digiti sui itin
gat in aquam vt refrigeret linguam meā. Et
iam vltra mille annos p vna gutta aque pe
tiuit nec tamē vnq̄ obtinebit. Quis aūt pot⁹
coꝝ erit qui hic in ebrietatib⁹ viuūt ostendit
dauid dicens. Ignis sulphur spūs ꝓcellarum
pars calicis eoꝝ. ¶ Vñ etiā legit q̄ q̄dā
noie Udo quasi quottidie inebriabatur et in
voluptatibus carnis sue vixit. scꝫ in bene cō
ditis dapibus et preciosis potibus. attamen
aliq̄n aliq̄ bona opa fecit ꝓpt̄ que bona opa
deus misit angelū ad eū. qui admonuit eū se
mel et bis de emendatione vite quia sic nul
lo modo saluari posset. Et tercio admonuit eū
angelus et supaddidit. Si te non emēdaue
ris in breui malā mortem sustinebis. Et sic
angelus disparuit. Qui tñ se nihil emendauit
sꝫ ī peccatis suis vt prius ꝑseuerauit ꝛ vna no
cte ebrius dormitū iuit. ꝛ famulus suus q̄ bo
nus hō fuit. vidit de nocte aiaꝫ dn̄i sui a demo
nib⁹ de corpe extrahi. ꝛ ad penas iferni deduci

Et princeps demonū surrexit et obuiā illi ru-
it et eū fecit collocare sup sedē ignitā. ꝛ iussit
ferre potū cū sulphure ꝛ igne mixtū ꝛ dedit ei
bibere dicēs. Qz in ebrietate vixisti h pot⁹ tu
us erit. Et cogerūt eū bibere et tm̄ potū ebibe
re nō potuit qz vas illud imediate econuerso
repletū fuit. Post pnceps demonū fecit ei p-
parare balneū de igne pice et sulphure mixtū
in quo ille miser balneatus est. Et dixit ei pn
ceps demonū. Hoc balneū tuū erit qz creato
rē tuū balneando et in delicijs viuendo sepi
us offendisti. Tercio fecit sibi preparare lectū
et tunc fuit piectus in pfundā foueā que fuit
plena igne fumo et sulphure et fetore. Et pri
ceps dēonū dixit ei. Nūqd legisti ꝛ audisti ꝙ
dn̄s p pphā amos dic̄. Ue q̄ dormit[is] i lect[is]
eburneis et lasciuitis in stratis vestris. Sed
qz tu talis fuisti hec erit requies tua. s. illa fo
uea in seculum seculi. A Quarti q̄ arguē
di sunt ꝙ non credūt v̄bis xp̄i q̄uis ore pfi-
teant̄. tm̄ factis oppositū ostēdunt sunt supbi
qui hic honores et exaltatōem querūt. Nam
xp̄s dicit i eu̅gelio. Luce xviij. Ois qui se ex
altat hūilia. ꝛc. Itē dicit p pphām. Gloriā
eoꝝ in ignominiā cōmutabo. Itē dicit contra
supbiam vestium cōminādo eisdē. vt habetur
Sophe. i. Uisitabo sup oēs pueros regis et
super oēs qui induti sūt veste pegrina. Itē
scd̄m dictū xp̄i vt hētur Math. vi. Nēo pōt
duob⁹ dn̄is seruire. s. deo et mūdo. qz nemo
pōt huic mundo placere et xp̄o. vn̄ aplūs. Si
adhuc huic mundo placerē seru⁹ xp̄i nō essē
Imo scd̄m btm̄ Jacobū. Amicicia hui⁹ mū-
di inimica est deo. vn̄ Criso. sup Matheum
O ꝙ miserrimus ē mūd⁹ ꝛ miseri q̄ eū sequū
tur. Item de supbis dicit Aug. in ep̄la. Quē
supbum videris filiam esse dyaboli nō dubi-
tes. Item de illis qui querūt ꝛ desiderāt prīa
tam et ptātem sup alios habere. dicit Cris. su
per Matheū. Quicūqz desiderauerit prima-
tum in terra inueniet cōfusionē in celo. nec iter
seruos xp̄i cōputabitur qui de primatu tracta
uerit qm̄ non qui maior fuerit in honore ille
iustior est. sed qui iustior fuerit ille maior est.
Et qui iam predicta firmiter et v̄aciter crede-
ret. quō auderet āplius supbire vel honores
querere Quinti qui arguendi sūt ꝙ nō credūt
v̄bis xp̄i q̄uis ore pfitentur se credere tm̄ in
opibus oppositum ostendūt. vt qui nō refre
nant linguā suā. Hoc ptz qz xp̄s dicit i euāge
lio vt hēar Math. xij. De omni v̄bo ocio
so qd̄ locuti fuerint hoīes reddent rationē in
die iudicij. et qui hoc firmiter crederet vtiqz
a multiloquio et inutilibus v̄bis sibi caueret
imo non solū ab inutilib⁹ sed multomagis a
nociuis et a scādalosis v̄bis sibi caueret. Quō
aūt blasphemi et maledici q̄ primus suis ma
ledicūt et iuratores qui sine causa iurāt. et mē
daces qui cum magnis mēdacijs proximos
suos decipiunt. et eis damna inferunt qui⁹
tenentur restituere et etiam luxuriosi qui v̄
ba scurrilia et luxuriosa proferunt cū qui⁹ se
et alios ad malū prouocāt. Item irrisores q̄
pximos derident seu despiciūt et subsannāt
Item detractores qui famā pximi denigrāt
et sic de alijs Si isti iam predicta firmit crede
rent et attente aduerterēt dictū xp̄i. ꝙ de om
ni v̄bo ocioso reddituri sunt ratōes. vtiqz sibi
a talibus v̄bis nociuis cauerēt. Sexti qui ar
guendi sunt ꝙ non credunt v̄bis xp̄i. sūt gau
dentes in hoc seculo. similiter choreizantes ꝛ
saltantes. et sic de alijs Quāuis tales dicant
ꝙ credunt v̄bis xp̄i et v̄bis sacre scripture. tm̄
oppositum ostendūt in factis. qz xp̄s dicit
hēt Lu. vi. Ue vob q̄ nūc ridetis qz lugebi[tis].
Itē de gaudentibus i hoc seculo dicit. Gre
in quadā omel. Nemo pōt et hic gaudere in
hoc seculo et illic regnare cū deo. Itē de cho
reizantib⁹ dicit aug. Ois motus petulātie sal
tus est in pfundū cloace quis sane mētis qui
hoc firmiter crederet et diligēter attēderet. au
deret hic breui tpe ridere et gaudere vel chor
zare vn̄ eternam tristiciā incurreret. vn̄ greg.
Presentia gaudia sequūtur ppetua lamēta.
ergo v̄aciter stulti sunt qui illicite gaudent in
hoc seculo. vn̄ Hiero. Ridere et gaudere i h⁰
seculo non est hominis sensati sed dementis.
quia mundū cor non cum hoc seculo. sed cū
deo letum est et iocundum. B Septimi
sunt qui arguendi sūt ꝙ non credūt v̄bis xp̄i
sunt illi qui inhonorāt parentes suos sicut f
lij inobediētes ꝛ pterui. q̄uis tales se creder
dicāt deo et sacre scripture tm̄ oppositū ostē
dunt in hoc q̄ parentes inhonorāt. vt ptz Ex
odi. xxi. Qui maledicit patri vel matri mort
moriat̄. vn̄ dicit glo. morte. s. eterna q̄s aūt
mentis compos ppter inhonoratōem pare
tū vellet priuari honore ppetuo et carere eter
na gloria. Un̄ ps. Gloria et honore coronā
sti eum domine. Et insuper incurrere maledi
ctōem et mortē eternā. Un̄ legit ꝙ q̄dā filius
matrē suā dehonestando et cōtristando plu
mū pturbauit. tandē illa demencia ē et sepul
ta in ecclia, qz diues fuit. Unde in nocte ea

dite sunt voces terribiles: et custodes ecclesie viderunt eā eadē nocte exhumari et a duobus demonib⁹ extra ecclesiam trahi. et audierūt eā clamantē et dicentē. Ue mihi qz in aīa et corpore eternaliť dānata sum ꝑpť dehonestationem parentū meoꝝ: et de mane extra ecclesiā: et extra cemiteriū inuētū est cadauer illud. videat ergo q̄libet hō ꝙ honoret parentes suos et eis obediat in huius exēplo xp̄i q̄ subdit⁹ fuit ioseph et marie matri eius. Luce.ij. Et erat subdit⁹ illis. L Octaui et vltimi qui arguēdi sunt ꝙ nō credunt verbis xp̄i et sacre scripture q̄uis se dicant verbis credere: tñ factis oppositū ostēdunt. sunt illi qui in p̄nti vita nihil volunt pati. Et hoc patet: qz xp̄s dicit in euangelio. Arta est via que ducit ad vitam. Itē Luce.xiij. dicit. Cōtendite intrare p angustā portā. Itē Actuū.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnū celoꝝ. Si tales firmiter crederent ꝙ aliť nō intrabūt in celū nisi p tribulatiōes: tūc libenter aduersa paterētur si saltē saluari vellent. Un̄ Hiero. in ep̄la. Libēs nūc tormēta patior vt futura glīa mihi seruetur. Un̄ Isid. de sum. bo. Qui vite future p̄mia diligenter excogitat, mala oīa vite p̄ntis equaīmiter portat: q̄si ex illius dulcedine huiꝰ amaritudinē tēperat. Itē per infirmitates corporis retrahimur a malis. Un̄ Hugo. li. iij. de aīa. Quosdā p̄sciens deꝰ multū peccare posse flagellat eos in infirmitate corpis ne peccent: vt eis vtilius sit frāgi laboribus ad salutē q̄ remeare icolumes ad dānationē: vñ habetur exēplum. Quidā laborans grauit et longa infirmitate rogauit sanctū quēdā ꝑpť sam sanitatē quam habebat ad ipm et dilectiōez: vt sibi ipetraret a dño ꝙ a sua ifirmitate curaret. et facta orōe stati sensit se curatū: et cū postmodū se sentiret se magis p̄nū ad peccādū cepit cogitare ꝙ forte esset sibi magis vtil' ifirmitas q̄ sanitas ad custodiā sui a pctō et ad augmētū meriti et ꝙ factuꝰ erat q̄si simpliciter petierat illā liberatiōez ab egritudine. Un̄ econuerso rogauit sanctuz illū vt rogaret deū vt daret sibi ꝙ magis expediret sibi vel sanitatē vł ifirmitatē. et statiz reuersa est p̄stina infirmitas quā ip̄e gratanter accepit tanq̄ donū dei: cogitans eā sibi esse vtilē ad custodiā sui: et ad augmētū meriti.

Decadē dn̄ica. Ser.lxiiij. de correctione.

Arguet mundū de

peccato. Job. vi. Sciendū ꝙ sicut deus arguet peccatores de suis excessibus in futuro: sic nos debemus corripere et admonere nr̄os p̄ximos in fraterna admonitione de eorum excessibus. Un̄ in p̄nti sermōe tria sunt dicenda. Primo quō debeat fieri fraťna correctio. Secūdo declarāde sunt aliq̄ questiōes de fraťna correctiōe. Tertio exēplum. D

Quantū ad p̄mū sciendū ꝙ fraterna correctio debet fieri ex charitate non indignatione vel ex contemptu et debet fieri cū vtilitate illius quē corripis: sic ꝙ non queras ostētationem tue potestatis: sed illius vtilitatē. Itē talis correctio debet fieri cū lenitate non clamore: alias plus esset confusio q̄ correctio. Math.xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te et ip̄z soluz. ꝙ aūt correctio fraterna fiat cū lenitate et charitate tunc ille q̄ vult corrigere aliū debet quatuor consideratiōnes seruare: quaꝝ tres ponit Aug. sup Mat. a cb.vij. Hipocrita eijce p̄mo trabem de oculo tuo. Reliquas duas ponit Grego. in moral. Prima est ꝙ debet cōsiderare seip̄m si est ei similis. i. si est in eodē pctō vel equali: vł maiori. tunc maxime si peccatū est notoriuz nō debet eū corrigere: sz seip̄m debet p̄us emendare et tunc ad p̄niam cōmonere. alias possz sibi dici: vt dr̄ Roma.ij. Qui aliū doces teip̄z nō doces. Aug. Iudex in nullo corpe sit iudicandus q̄ in alio iudicare est paratus q̄ enim ex officio tenetur corrigere delinquentes non debet hoc facere in pctō mortali: sz ad minus debet p̄us cōteri de pctīs suis. Si aūt nō est ei silis: tunc debet secundo ꝯsiderare si aliq̄n fuit ei silis: et tunc sicē nolebat despici: sz ꝯpassionē sibi ipendi: sic nec ip̄e debet fratrē suuz peccantē et penitentez despicere: sz ꝯpassionē et mīam ei exhibere. Eccl.viij. Ne despicias hoīez se auertentē a pctō: neqz improperes ei memēto ꝙ oēs sumꝰ in correptiōe. si aūt nō es ei silis: nec aliq̄n fuisti ei silis: tunc debes tertio cogitare ꝙ posses ei fieri silis in futuro et rōe talis dubij nō debes supbire: sz delinquētibꝰ ꝯdescēdere. i. Cor.x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Aug. Nemo ē q̄ securꝰ esse possit in hac vita q̄ tota tēptatio noīatur. Si aūt nō est ei silis: nec vnq̄ fuisti ei silis. et de dei bonitate confidis ꝙ nunq̄ eris ei similis. tunc debes quarto videre si ille qui sic est reprehensibilis sit in aliquo commendabilis si scz ille qui habet tot defectus etiaz habeat aliquos pfectus: et tunc ratione illoꝝ bonorum que habet debes supportare eum in his

quem min⁹ habet. Uñ Apoc.ij. volens aplus reprehendere eþm ephesiorum primo posuit quoddã viciũ qđ habuit dicens. Habeo aduersum te pauca qꝛ charitatẽ tuã p̃mã reliquisti sed statim ponebat quoddã bonũ qđ habebat dicens. sed hoc habes bonũ qđ odisti facta nicolaitarum q̃ ⁊ ego odi. Similiter volens reprehendere eþm sardis. Primo ponit quẽdam suũ defectũ dicens. Nõ inuenio opa tua plena coram deo meo. Deinde ponit statim quendã suũ pfectũ dicens: sed habes pauca nõia in sardis q̃ nõ coinquinauerunt vestimenta sua. Ecce postq̃ aplus posuit illa in q̃bus illi epi erant reprehẽsibiles statim subiunxit illa in q̃bus erãt commendabiles. ad innuendã q̃ si aliq̃s ppt̃ aliqđ viciũ est reprehẽdend⁹. si tñ habet aliqđ bonũ in se est nihilominus⁹ supportãdus. Dato aũt q̃ aliq̃s videatur oĩno esse malus: nec habere aliqđ bonum propter qđ sit tollerand⁹. tũc debet cogitare q̃nto q̃ ille q̃ sic videt eẽ malus: forte in cõspectu dei est sibi i merito p̃ferẽd⁹. Uñ ponit exẽplum sanct⁹ Grego. de sancto stephano ⁊ de sancto paulo. Nã cum sctũs stephanus cõsentẽte ⁊ adiuuãte paulo lapidaretur. tũc stephanus oĩno erat bon⁹, ⁊ paul⁹ oĩno videbatur esse mal⁹ ⁊ tñ in cõspectu dei paulus q̃ sic erat malus stephano in merito ⁊ p̃mio fuit preponẽdus. E Quantũ ad secũdã ptẽ illi⁹ sermonis q̃ritur vtrũ correctio fraterna sit in precepto. R̃ñdeo scđm sanctũ Tho. ij.ij.q.xxxiij. q̃ i p̃cepto est sed p̃ceptũ est affirmatiuũ ideo nõ obligat ad semper: sꝫ p loco ⁊ tẽpe. Uñ ⁊ omissio eius vno mõ est pctm̃ mortale. scꝫ cũ formidat̃ iudiciũ vulgi vel carnis cruciat o vel quodcũqꝫ tẽporale cuꝫ tñ hoc ita dñetur in animo q̃ fratris charitati p̃ponatur. Secundo mõ omittitur cũ pctõ veniali: q̃ñ scꝫ timor ⁊ cupiditas facit tardiorẽ ad corrigẽdũ delictũ fratris: nõ tñ ita q̃ si cõstaret ei q̃ fratrem posset a peccato retrahere dimitteret p pter timorẽ vel cupiditatẽ quia in nõ i animo p̃ponit charitatẽ vt dicit btũs Aug. Tercio fraterna omittit̃ correctio sine omni pctõ immo meritorie vt q̃ñ q̃s oportunũ tps inq̃rit: vel q̃ñ de ipis metuit ne deteriores fiant: vel ad bonã vitã alios impediant ⁊ hmõi. Itẽ sciẽdũ q̃ q̃uis correctio fraterna sit sub p̃cepto ⁊ ad hanc oẽs teneantur pro loco ⁊ tpe: sicut iam dictũ est sunt tñ quinqꝫ casus in quibus cessat iam hoc p̃ceptũ. Primus casus cũ nõ est spes correctionis. Uñ. Prouer ix. Noli arguere irrisorem ne forte odiat te. Secundus cũ timetur defectus pbationis. vt cũ q̃s de crimine corripitur: qđ nõ põt pbari tunc enĩ corripiens obligaretur ad talionẽ. si deficeret in pbatione. Tertius cũ p̃lato tanq̃ iudici notũ est factũ. Quartus cũ meliori operi vel eq̃ bono vacare q̃s intendit. Quintus cũ multitudo ⁊ potestas est in culpa. tunc enĩ correctio plus noceret q̃ pdesset. qꝛ multitudo difficulter corrigitur. ⁊ potestas. Querit̃ vtrum subditi teneantur p̃latos corrigere. R̃ñdetur scđm Tho.ij.ij.q.xxxiij. Subditi nõ tenentur p̃latos corrigere nec debent corrigere p̃latos correctione illa q̃ est iusticie per correctionem pene tenentur tñ correctione illa q̃ est charitatis: si in eis est aliqđ corrigibile. ita tñ q̃ non sit proterua: sed cũ mansuetudine ⁊ reuerentia Corrigũtur enĩ ⁊ aliq̃ñ aliq̃ p monitiones sibi factas a bonis viris. Uñ exẽplum legitur Conuersus quidã valde religiosus ⁊ contemplatiuus rapt⁹ ad iudicium vidit duos viros magnos. vnus erat comes. ali⁹ erat magnus p̃latus valde accusari corã dño. Cõtra quos licet multũ videret̃ dñs irat⁹. tñ ad p̃ces aliquorum de illa curia distulit sententiam dicens, illi conuerso: q̃ p abbatem suũ faceret illos moneri de correctione. qđ ⁊ factum est. Comes. q̃ se corrigẽs timore visionis ⁊ in bona penitentia moriens. Prelatus aũt paruipendens visionẽ ⁊ monitionẽ: nec se corrigens in lecto suo subitanea morte mortu⁹ ẽ. Querit̃ an liceat causa correctionis alicui conuicium dicere. R̃ñdetur scđm btũm Tho. ij.ij.q.lxxij. Sicut licitum est aliquẽ verberare: vel in rebus dampnificare causa disciplinae. sic etiã ipõt aliq̃s alteri quẽ corrigere debet aliquod verbum cõuiciosum dicere. Et hoc mõ dñs conuiciando vocauit discipulos illos: q̃ iuerant in emaus: q̃bus apparuit in via post resurrectionẽ stultos dicens eis. O stulti ⁊ tardi corde ad credendũ ⁊c̃. Nõne sic oportuit xp̃m pati ⁊ ita ⁊c̃. vt habetur. Luce vlti. Similiter ⁊ aplus paulus galathas noiauit insensatos. dicens. O insensati galathe. Tamen sicut dicit Aug. Ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibende: ⁊ non leniter sunt proferende. F Item queritur vtrum homo debeat contumelias sibi illatas sustinere. R̃ñdeo scđm beatũ Thomã vt supra. Sicut in aliquo iniurijs: sic ⁊ in verbis cõtumeliosis

tenentur habere animū preparatū ad tollerā
tiam si expediens fuerit. Nūq̃ tamē oportet
vt cōtumeliam repellam⁹. Et hoc ꝓpter tria
Primo quidē ꝓpter bonū eius q̄ contumeliā
infert. vt videlicet eius audatia reprimatur:
vt de cetero talia nō attemptet. Secūdo ꝓ-
pter famā nostrā. q2 q̄libet tenetur defendere
famā suā. quia scd̄m Augu. Qui famam suā
negligit crudelis est. q2 scd̄m Salo. Melius
est nomen bonū q̄ diuitie multe. Tertio ꝓ-
pter bonū multorum quorum profectus pro
pter contumelias nobis illatas impediretur.
vn̄ Augu. Duo sunt tibi necessaria. scȝ cōsciē-
tia ꝛ fama. Cōscientia ꝓpter te. Fama ꝓpter
proximū. ¶ Sciendū q̄ p̄lati ꝛ alij presi
dentes q̄ hn̄t subditos tenentur eos corrige-
re si delinquūt. alias dānarentur vna cum sub
ditis. Vn̄ legitur de sacerdote heli. i. Regum
iij. Qui quia non correxit filios suos inique
agentes punitus est hic per mortē tēporalē
q2 fractis ceruicib⁹ cadens de sella retrorsum
expirauit: ꝛ si est in inferno nō inuenimus a-
liam cām nisi q̄ filios suos nō correxit vt de
buit. ꝓpter quod dn̄s eum subitanea morte
interfecit. Vn̄ cū filij a pc̄tis⁹ suis ꝛ laici a p̄-
latis suis reprehēdūtur. nequaq̄ ipi filij ꝛ sub
diti indignari dn̄t. Nā ad hoc tenētur p̄lati:
alias cū subditis dānarent. vn̄ Eze. iij. Si di
cēte me ad impiū morte morieris. scȝ p tua
superbia: auaricia. luxuria ꝛc. Et tu nō annun
ciaueris ei neq̄ locutus fueris vt auertatur a
via sua ipia: ꝛ viuat ipe ipius in iniq̄tate sua
morietur sanguinem ei⁹ de manu tua req̄ram.
Oīa pc̄tā q̄ p̄lati pn̄t corrigere ꝛ non corri-
gūt ipis iputabūt ꝛ p eisdē dānabūtur. ergo
Sap. vi. dr̄. Judiciū durissimū fiet his q̄ pre
sunt. Vn̄ Grego. i registro. Cū q̄ i subdito pec
catū nō corrigitur. in eos q̄ p̄sunt sinarecto-
q̄tur. Vn̄ itē Greg. Tot psonas occidim⁹
quot ad mortē ire quotidie tepidi ꝛ tacētes
videmus. ¶ Vltimo sciendū q̄ quilibȝ
subditus libenter ꝛ patienter debet sustine-
re correctionē p suis excessib⁹. q2 p hanc pur
gatoriū ipiusȝ diminuit. Vn̄ exemplū. Erant
duo fratres in monasterio vno. vn⁹ erat gra
tiosus abbati ꝛ ceteris fratrib⁹. alter aūt nō
erat gratiosus ꝛ q̄cq̄d deliq̄t. immediate ab
abbate punitū fuit. sed alij frequēter. pepcit
ipe abbas in suis negligentijs. q2 gratiosus
erat oīb⁹. Cōtigit aūt q̄ illi ambo morerē-
tur. Apparuit autē ille qui gratiosus abbati

fuit. dicēs se esse in magnis penis. Et abbas
vbi est tūc ille infelix q̄ plures negligētias q̄
tu pmisit? Et ille. O pr̄ ipe nō est infelix nec
miser. quia iam est in clara visione dei: q2 q̄c
quid hic cū negligentia deliquit: immediate
hic punitū fuit: ꝛ sic satisfecit. sed mihi pater
sepius pepcisti in meis negligētijs eo q̄ gra
tiosus fui tibi ꝛ ceteris fratrib⁹. ergo ii grauit
torq̄or i purgatorio: sȝ pr̄ scē ora deū p me ꝛ
recomēda me ceteris frīb⁹ meis in suis missis
ꝛ oratōib⁹: q2 valde affligor in purgatorio.

De eadem dominica.

Arguet mundum de peccato. Glo. suple
quod habet. Unde hic dicendū est, quo
modo quis committit septem peccata mor-
talia. Quere infra sermone. cxli. J.

De eadem dominica.

Arguet mundū de iusti. Glo suple quaȝ
nō habet. Vn̄ dicendū est hic quō hō
iustus debet inueniri si vult saluari. Jstum
sermonem quere infra sermone. cliiij. E.

Dn̄ica rogationū de orōne. Sermo. lxiiij.

Petite ꝛ accipie

tis. Joh. xvi. Benignitas saluato
ris dei nr̄i maior ē i exaudiendo
petitiones filiorū suorū q̄ cuiuscūq̄ filij respe
ctu matris vel ecōtra mr̄is ad filiū. ergo si a-
liq̄d petierim⁹ a p̄re celesti vel a xp̄o vtiq̄ ipe
exaudiet. Vn̄ dicit. Petite ꝛ accipietis. Sȝ q̄
uis sp̄ sit orandū scd̄m illud. Lu. xviij. Opor
tet semp orare ꝛ nō deficere. sp̄aliter tn̄ tp̄us
orādi est ab hac dn̄ica vsq̄ ad festū penthe-
costes ꝛ in his dieb⁹ qui sūt añ ascēsionē hoc
patet. q2 vocātur dies rogationū. Jn quibus
iplorare debem⁹ dei auxiliū ꝛ suffragia san-
ctorū. Primo vt deus bella sedeat q̄ in vere
frequēter fiūt. Secūdo vt teneres fructus cō-
seruet ꝛ multiplicet. Tertio vt ad receptiōēȝ
sp̄ūssancti habilitemur. Jn die enī ascensio-
nis tp̄s orādi est. Cōsueuerūt enī p̄ncipes et
reges cū de nouo recipiūt t̄ras suas liberali-
tatē suā ostēdere ꝛ magna dona militib⁹ suis
dare. Jn die g̃ ascensionis cū scdȝ repn̄tatio-
nē ecclie rex regū regnūȝ suū suscepit liberali
tatem suā ostēdit orātes exaudiēdo. ps. Dn̄s
exaudiet me cū clamauero ad eū. Post ascen-
sionē vero in orōne expectand⁹ est sp̄ūssctūs
sicut discipli xp̄i fecerūt. vn̄. Act. i. Hi oēs vna
nimit̄ erāt pseuerātes in orōe cū mulieribus
ꝛ maria mr̄e ihū ꝛ frīb⁹ ei⁹. sic ꝛ nos orare

debem⁹ post ascensionē vt spūsancto repleamur. Et post penthecosten tunc orōnes τ letania sunt instituta vt de⁹ munera nobis collata custodiat. ps. Cōfirma hoc de⁹ qđ operat⁹ es in nobis. Diuisio hui⁹ sermonis consistit in duobus. Primo exaltaẜ pietas huana cū dr. Petite τ fiducia ꝯfirmatur cū dr accipietis. Non aūt hortaretur vt peterem⁹ nisi τ exaud̄ re nos vellet: vt acciperemus. dic ḡ petite τ accipietis. hic ostē ꝯ liberalitas diuina q̄ ad petēdū nos inuitat dicēs petite. Pauci eni sunt q̄ inuitāt. vt ab eis petaẜ. Aug. Nō eni hortaretur vt peterem⁹. nisi vellet dare. erubescat huana pigritia. qꝛ plus vult ille dare: q̄ nos accipere. plus vult ille misereri q̄ nos a miseria liberari. Vñ loquēdo de orōne tunc qttuor sunt hic dicēda. Primo quō orō ꝑcellit elemosinā τ ieiuniū. Scđo qñ orandū sit. Tertio vbi orāda sit. Quarto quō orādū sit. τ q̄ sunt īpedimenta orōis. ¶ Quātū ad primum sciendū q̄ sut tria q̄ ꝯmēdantur maxime a deo. scꝫ. elemosina. ieiuniū. τ orō. tn̄ orō ꝑcellit alia duo Primo in facilitate. quia debilis nō pōt ieiunare. nec pauꝑ elemosinā dare. sꝫ qlibet pōt orare. ps. Apud me oratio mea est semp. Isid. Oratio est cordis non labiorꝫ. nō eni verba deprecātis de⁹ attēdit. sꝫ orātis cor inspicit. ergo mut⁹ pōt orare τ etiā hō in agone mortis ꝯstitutus. qꝛ si nō ore tn̄ corde. Vñ qritur vtrū orō debeat esse vocalis. Rñsio scđm btm̄ Tho. ij. ij. q. lxxxiij. dicēdū q̄ duplex ē orō. s. cōis τ singularis. Cōis orō est q̄ ꝑ ministros ecclie in ꝑsona toti⁹ fidelis ppli deo offerẜ. τ ideo oportet q̄ talis oratio innotescat toti pplo ꝑ q°⁹ offert. qđ nō possꝫ fieri. nisi esset vocalis. Et ideo rōnabiliter institutū est vt ministri ecclie hmōi orōes etiam alta voce ꝓnuncient vt ad noticiā oim puenire possint. Orō vero singularis est q̄ offertur a singulari ꝑsona. τ de hmōi orōis necessitate nō est q̄ sit vocalis. adiūgitur tn̄ vox tali orationi triplici rōne. Primo qđem excitando interiorē deuotionē qua mens orātis eleuet̄ i deū. qꝛ ꝑ exteriora signa siue vocū siue aliorū factorꝫ. vt sunt genuflexiōes. eleuatio manuū ꝓstratio corporis τ sic de alijs que extra fiunt mouetur mens hois ad ampliorē deuotionē. Et ideo in singulari orō tn̄ est vocibus τ hmōi signis vacandū quantū ꝓficit ad excitandū interi⁹ mētem. Si vero mēs ꝑ hec distrahatur vel qualitercūqꝫ īpediatur a talib⁹ est cessandū. Qđ ꝓcipue ꝯtigit in illis hoīb⁹ quorꝫ mens sine hmōi signis est sufficienter ad deuotionē pparata. Secundo adiūgitur vocalis orō quasi ad redditionē debiti. vt. s. hō deo seruiat scđm totū illud qđ hꝫ a deo. s. non solū mēte: sꝫ etiā corpe seruiat deo. vñ Osee vlt̄. Reddam⁹ vitulos labiorꝫ nostrorꝫ.

Tertio additur vocalis orō ex quadā redūdantia ab aia in corpus ex vehementi affectione scđm illud ps. Letatū est cor meū τ exultauit lingua mea. Tamē sciēdū q̄ si qs obligaretur ad aliquā orōem ex voto: vel ex satisfactione iniuncta sibi in confessione ꝑ penitētie talē orōem deberet orare vocaliter ꝓpter pleniorē satisfactionis exhibitione. Scđo orō ꝑcellit ieiuniū τ elemosinā in iocūditate τ honorabilitate. qꝛ nihil delectabili⁹ vel honorabilius q̄ loq̄ cū deo. Vñ Augustin⁹ sup ps. lxxxv. Oratio tua locutio est ad deū. Cū eni legis deus tibi loq̄tur. qñ oras cū deo loqueris. ergo in signū huius mira sunt officia q̄ aliquibus nobilibus cederent in dedecus sicut arare in agro vel fodere. sed orare cedit hominibus ad magnū honorē q̄tūcūqꝫ nobiles sit. Ergo debemus cū magna reuerētia orare quasi locuturi cū rege celesti. Tertio oratio etiam precellit in dignitate. quia si orō eo modo fiat quo dꝫ ē exeniū deo valde gratū τ ministerio angelorꝫ valde dignū. vñ Thob. xij dixit āgel⁹ ad Thob. Qñ orabas cū lachrimis ego obtuli orōem tuā dn̄o. Nō debet homini graue esse tale exeniū mittere deo cū angelis: nō sit graue offerre. imo qđ plus est ipse xp̄s in quantū hō offert orōem nostram deo patri qđ signaẜ in hoc q̄ diaconus thuribulū tradit sacerdoti. τ sacerdos thurificat. sic xp̄s orōes ecclie deo patri ꝑsitat q̄ ꝑsitatio multū facit eas valere. Quo eni hoc a deo contēneretur quod a tanto mediatore ei ꝑsitatur.

Quarto orō ꝑcellit elemosinā τ ieiuniū in approximatōe ad deū. qm̄ q̄ orat facie ad faciē an̄ deū se ꝯstituit. ps Respice in me τ miserere mei. Elemosina eni ꝑ manus paupis mittitur deo. Ieiuniū ꝑ afflictionē corporis deo ostēdiẜ. sed orō imediate deū ꝑsētem alloquitur. Quinto ꝑcellit oratio ieiuniū τ elemosinā. qꝛ est valde lucrosum τ vtile orare quod pōt ex hoc ostēdi q̄ nihil est ad quod orō valere nō possit. vñ ij. Paral. xx. cū ignoramus quid agere debeamus. hoc solum habem⁹ residui. vt oculos nros dirigam⁹ ad te τ hoc

officiū ex quo hō pōt lucrari oī tpe ī hyeme et
ī estate ī sereno τ ī pluuiali tpe. de nocte et de
die festiuis dieb⁹ et ferialib⁹. in ifirmitate τ ī
sanitate. ī iuuētute τ senectute. stādo τ eūdo.
ī domo τ extra domū. τ qñqꝫ vna hora lucra
tur hō plus orādo q̄ regnū vnuꝫ. qr modica
orōe cū deuota est lucrat̄ hō regnū celoꝝ. qñ
qꝫ aūt añq̄ icboet orō ē hō in statu dānatio
nis et anteq̄ finiat̄ orō erit ī statu saluatōis.
Hoc patꝫ ī publicano q̄ pctōr ad tēplū accef
sit τ iustificat⁹ de tēplo recessit. q̄ p ꝯtritiones
et deuotā orōem q̄ñ dixit. De⁹ ꝓpici⁹ esto mi
hi pctōri. obtinuit remissionē oīm pctōꝝ. Itē
patet in latrone q̄ cū xp̄o pependit in cruce q̄
ꝑadisū meruit orōe illa q̄ dixit Memēto mei
dñe dum veneris in regnū tuū. nā responsum
est ei a xp̄o. Hodie mecum eris in paradiso.
Quantū igr̄ ad secūdū scꝫ quando orandus
sit. Sciendū q̄ tp̄s orandi dñs determinat.
Luce. xviij. Oportet sp orare et non deficere.
sicut non dꝫ miles deponere interim q̄ bellū
durat. ita nec ab orōe cessādū est vsqꝫ ad mor
tem. qr bellū durat vsqꝫ ad mortē. Vñ Job.
Milicia est vita hoīs sup terrā. Cōtinue enī
indigemus dei adiutorio et qr nunq̄ in pñti
deest miseria. ideo ꝯtinue indigemus dei mia
ideo si fieri posset continue esset orandus. Et
sup illud. i. Thes. v. Sine itermissione orate.
dicit glo. Sp orat qui semp bene agit. Just⁹
nunqꝫ desinit orare nisi desinat esse iust⁹. K
Sed quia alijs oportet nos etiam intendere
que sunt corporis. ergo sciendū q̄ orationi p̄
opus intēdēdū est vel cū maior est necessitas
vel maior tpis oportunitas. maior necessitas
orandi est cū aliq opa facturi sum⁹. vñ Hie
ad paulā. In pncipio cuiuslibet opis pmitte
dñicam orōem et signū crucis in fronte. τ sic
ꝯmitte te diuino auxilio τc. Sicut militē sine
armis exire ad bellū nō conuenit. ita homini
xp̄iano procedere ad q̄cūqꝫ opa sine orōe nō lꝫ
ergo opa nfa orō. dꝫ preuenire vt deus det no
bis bonū effectū et ꝓsperitatē. et gratiarum
actio debet subseq̄ vt deo laudes de adiutorio
nobis collato. Itē necessitas orādi est cū immi
net nobis tribulatio vel etiā ꝓximis nostris.
Vñ dñs iminēte passiōe sua ter orauit ī mō
te oliueti. Tp̄s aut orādi ꝑsonis secularib⁹ ex
tra illas horas de q̄bus dauid in p̄s. Septi
es in die laudem dixi tibi. est tempus matuti
nū aut vespertinū, aut medie noctis sacrificiū
ad orandū mane monemur, exemplo domini
Mar. i. Diluculo valde surgens iesus egress⁹
abijt in desertum locū ibiqꝫ orabat. ad orādū
vespere. Mat. xiiij. Et dimissa turba ascen
dit in montē solus orare. vespere aūt facto so
lus erat ibi. ad orandū nocturno tpe dat no
bis xp̄s exemplū vt habet̄ Luce. vi. q̄ erat ꝑ
noctans in orōe. Itē his trib⁹ tpibus ad ora
dum monemur exemplo dauid q̄ dicit in p̄s.
Vespere et mane et meri. enarrabo et exau
diet vocē meā. Idē. Media noc. sur. ad cōfi
ti. Modo dauid erat rex sup cunctū populuꝫ
isrl. et in diuersis occupat⁹. tñ illa tria tpa pn
cipaliter in orando seruauit. Et signāter q̄ fre
quēter media nocte surrexit et deū laudauit⁹
ergo quō tu te potes excusare q̄ deū his tri
bus tpibus nō laudas. Itē ī solēnitatib⁹ τ ī
dieb⁹ festiuis est magis oportunū tp̄s orādi.
Cōsueuerūt enī principes ī magnis festis ma
gna munera dare petētib⁹ se. L Quo ad
terciū. s. vbi orandū sit. Notādū q̄ vbiqꝫ orā
dū est. cū vbiqꝫ sint pericula et vbiqꝫ auxilio
dei indigem⁹. i. Thimo. ij. Volo ergo viros
orare ī omī loco leuātes puras man⁹ sine ira
et disceptatiōe. similiter et mulieres ī habitu
ornato cū verecūdia sobrietate ornātes se nō ī
tortis crinib⁹. aut auro. aut margaritis. vl' ve
ste p̄ciosa sꝫ qd̄ decet mulieres ꝓmittētes pie
tate ꝑ opa bona. Mulier in silētio discat cuꝫ
omni subiectione. Docere aūt mulieri non ꝑ
mitto neqꝫ dñari ī virū: sed esse ī silentio τc.
Ex quo patꝫ q̄ hō pōt orare ī omni loco. ī do
mo. in agro. in mensa. in lecto. et sic de alijs.
Dicit tñ sctūs Tho. ij ij. q̄ determinat⁹ locus
eligitur ad orandū non ꝓpter deū qui adora
tur quasi loco ꝯcludatur. sed ꝓpter ip̄os oran
tes. Et hoc triplici ratione. Primo q̄dem pro
pter loci consideratōem ex quo spāle deuotio
nē concipiunt orantes vt magis exaudiātur
Secundo ꝓpter sacra mysteria et alia sancti
tatis signa que ibi cōtinent̄. Tercio ꝓpter cō
cursum multorꝫ adorantium. et quo fit ora
tio magis exaudibilis. scd̄m illud. Mathei
xviij. Ubi duo vel tres consenserint super ter
ram de omni re quācunqꝫ petierint fiet illis a
patre meo qui in celis est. M Quo ad
quartū scilicet quomodo orandū sit et q̄ sint
impedimenta orationis. Sciendū q̄ q̄nqꝫ re
quirunt̄ ad hoc. scꝫ vt oratio nostra exaudiat̄
et sic per oppositum sunt quinqꝫ impedimen
ta quare oratio nostra non exaudiatur.

Primum impedimentum orationis est

petiti orantis. Esa. i. Cū multiplicaueritis orō
nes vestras nō exaudiā vos. q2 man⁹ vestre san
guine plene sūt. ps. Si videbā iniquitatē in corde
meo nō exaudiet dn̄s. Joh. ix. Scim⁹ q2 pctōres nō
exaudit de⁹. Uñ q̄rit̄ vtrū de⁹ exau
diat pctōres. Rn̄sio scdm Tho. ij. ij. q. lxxxiij.
Peccator dupliciter ɔsiderat. Primo inquan
tū peccator. et sic de⁹ nō exaudit eū. q2 de⁹ odit
peccatores. ps. Iniquos odio habui. i. pctō
res. Secūdo ɔsiderat quantū ad naturā: q2 ē
homo est et sic cū petit aliqd salutare hūiliter
tunc etiā exauditur a deo q̄uis hoc nō me
reat apud deū. Sed pctōr q̄ petit iuuari a deo
cū pponit malefacere vel luxuriari vel spolia
re. et sic de alijs. tale adiutoriū petere a deo ē
petiti q2 talis vult deum inuoluere suis delic
tis q2 si deus eum iuuaret tunc peti fuit reus
esset. Ergo deus non iuuat ad malefaciendū
sed bene pmittit fieri malum. q2 dedit homi
ni liberū arbitriū. Criso. sup Math. Colon⁹
dei consiliū dyaboli non requirit. Colon⁹ autē
dyaboli et si dei auxiliū querit nō inuenit
vt si fur orat vt nō deprehendatur. Et fornicator sibi si
gnum crucis facit vt non deprehendatur. tā
to citius capitur. q2 nescit deus patrocinium
dare criminib⁹. Ergo ex iā dictis habet q2 pri
mū qd requiritur ad hoc vt orō nostra exau
diatur est vt sit pura et munda. Secundū im
pedimentū orōnis est q2 homo cū pposito
non attente orat. Non enī sufficit sine pecca
to orare nisi et homo attente et deuote orat.
i. Petri iiij. Uigilate in orationibus. vbi dicit
glo. Ne animus cogitet aliud preter illud solū
qd precatur. Aug. i regula. Hoc verset i corde qd
pfertur in ore. Math. vi. Orātes nolite mul
tū loqui. q2 vnū Pater noster cū attentione
plus valet q̄ mille sine attentione. Isid. Ora
tio sine deuotione est quasi mugitus boum.
¶ Uñ q̄ritur vtrū de necessitate orationis
sit q2 sit attenta. Pro quo sciendū scdm Tho.
in oratione vocali est triplex effectus. Prim⁹
effectus est mereri a deo. et ad hunc effectum
non de necessitate requirit q2 attentio assit ora
tōni p totū sed vis pme intentiōis q̄ aliquis ad
orandū accedit ea scz intentiōne vt velit deuo
te orare. talis intentio reddit totā orōem me
ritoriā q̄uis homo vltra voluntatē distrahat.
Secundus effectus orationis est impetrare a
deo et ad hunc etiā effectū sufficit pma inten
tio quā deus principaliter attendit. Terci⁹ effe
ctus quē oratio etiā principali efficit est quedā
spūalis refectio mentis. Et ad hunc effectū
de necessitate req̄rit in orōe attentio. Uñ dr.
i. Cor. xiiij. Si orem lingua mens mea sine
fructu est. Ergo q2 homo vult consequi spūa
lem dulcedinem in suis orationibus tūc opor
tet q2 p totam orationem habeat attentionē
et deuotionē. sed quantū ad merendū et ad i
petrandum tunc sufficit prima intentio. Si
aut prima intentio deest orationi neq3 meri
toria neq3 impetratiua. Illā enī orationē de⁹
non exaudit cui ille qui orat non intendit. sed
quando prima intentio orantis est q2 libent
vellet deuote orare et ea intentione icipit. tūc
valet illa oratio ad merendū et ad impetran
dū a deo. ergo sūt aliq̄ q̄ q2 nō habet deuo
tionē tūc volūt desistere ab orōe. qd nullo
modo faciendū ē. Etiā si hō mētē distraheret
q2 e poster3 cū vnū Pater nr̄ deuote iciperet ad
huc deberet idē Pater nr̄ dicere et pficere. q2
de⁹ respicit pmā intentionē quā habuit qū i̇c
pit orare. q2 scz libent deuote orare vellet. Sed
qū q̄s cū pposito indeuote orat tūc enī nō i
petrat nec meretur. vñ dicit dn̄s p pphaꝫ. Po
pulus hic labijs me honorat. cor aūt eorū lon
ge est a me. sicut heu pleriq3 sūt q̄ cū corpe stant
in ecclia et orāt sz cor dispsū est q2 p totū mū
dū. vñ Isid. Quid prodest strepit⁹ labiorū vbi
cor est mutū ergo hoc ē scdm qd requirit ad
orationē vt oratio fiat cū attentione et deuo
tione. ¶ Terciū impedimētū q2 orō nō
exaudit est q2 petitur qd nō ē expediens peti
ti. Uñ scdm aug. tria sūt genera bonorū. s. bo
na ifima media. et sūma. bona infima sūt tē
poralia q̄ q2 nihil sūt. Jere. iiij. Aspexi terrā
et ecce vacua erat et nihil. et talia tpalia aut
nō debem⁹ petere aut cū ɔditiōe et cū modera
mine. Ber. in quodā ser. In petēdo tpalia ca
uēda est supfluitas et voluptas. Salo. prou.
xxx. Mēdicitatē et diuitias ne dederis mihi:
sed tm̄ victui meo tribue necessaria. Apls.
Thi. vi. Hn̄tes alimēta et qb⁹ tegamur his
contenti sim⁹. De cōditiōe ponēda qū tpalia pe
timus dicit aug. Qui a deo petitis tpalia cū
moderamine petite et cum timore illi ɔmit
te vt si prodesse det. si sciat obesse nō det. qd
obsit vel psit nouit medic⁹ nō egrot⁹. Ergo
qdcūq3 petim⁹ illa que sūt trāsitoria sicut res
tpales. sanitatē corpis. vel liberatiōes a pssu
ris tribulatiōib⁹. semp debem⁹ petere cū ɔ
ditione. q2 hō petit quiq3 aliquid a deo si cō
cederetur ab eo esset sibi nociuū et dānabile.

Sicut paup̃ q̃ ꝓpter paupertatẽ suã saluabit: q̃ si diues fuisset forte dãnat⁹ esset. Similr infirm⁹ q̃sq̃ cũ infirmitatib⁹ suis saluabitur si de⁹ cũ exaud[illegible] quã ꝓ sanitate corꝑis petit forte dãnat⁹ fuisset. ⁊ sic de aliis. Bona media sunt spũalia. et ista petẽda sunt cũ attentione: q2 tanto maiora sunt respectu tpaliũ q̃to mõs excedit granũ lapidẽ: ⁊ q̃to sol excedit stellas ⁊ hmõi. Ut sũt remissio peccatoꝝ virtutes. grã. ⁊ hũilitas. charitas. patientia. pax. ⁊ mĩa. ⁊ cui de⁹ talia ꝯcederit mai⁹ ẽ q̃ si totũ mũdũ sibi daret. Exemplum de btõ petro ⁊ de maria magdalena ⁊ de latrone q̃ receperũt indulgentiã peccatoꝝ ꝓ toto mũdo. nec mir. Cui enĩ talia bona dantur: si ꝯseruantur nequaq̃ dãnabitur. ⁊ amicu dei ꝯstituũt: ⁊ ab inferno liberãt. Ecce q̃tũ differũt ꝓmis a bonis. idest tpalib⁹. q2 cũ ꝓmis. i. tpalib⁹ multi dãnantur cũ scd̃is bonis. i. virtutib⁹. null⁹ dãnabitur. bona sup̃ma sunt bona celestia. ⁊ illa nõ solũ petenda sunt cũ attẽtiõe ⁊ feruore: sicut spũalia: sed etiã cũ hũilitate ⁊ sine ꝑsumptione. Cum hũilitate petũt q̃ de suis meritis nõ ꝯfidũt: s3 in miam ⁊ bonitatẽ dei. Bern. In petendo beatitudinem elatio est cauẽda ne tãq̃ ex ꝓpꝛioꝝ meritoꝝ fiducia req̃rat. Unde dñs noster ihs xp̃s dicit Luc. xvij. Cũ oĩa feceritis q̃ p̃cepta sunt vobis. dicite serui inutiles sum⁹ qd̃ debuim⁹ facere fecim⁹. Cauenda ẽ etiã ꝑsũptio ne sine nostro labore gl'iaꝫ velimus habere. De tali ꝑsumptione reprehendũtur filij zebedei q̃ sine labore ⁊ passione volebãt cũ xp̃o regnare. Math. xx. Nescitis q̃d petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum. Tertiũ qd̃ req̃ritur ad hoc q̃ orõ nostra exaudiatur est vt petamus ea q̃ sũt salutis. q2 nõ sufficit q̃ homo petat sine peccatis ⁊ attente ⁊ cũ deuotione nisi petat ea q̃ decet xp̃m dare ⁊ expediat homĩ recipere. Quartũ impedimentũ orõnis est qñ quis cũ hesitatione petit ⁊ sic nihil impetrat. Quia q̃libꝫ q̃ vult ĩpetrare a deo cũ bona fiducia debꝫ sibi supplicare. Marci. xi. Oĩa q̃cunq̃ orantes petitis credite ⁊ accipietis. Jaco. i. Postulet in fide nihil hesitãs. q̃ enim hesitat similis est fluctui maris q̃ a vento mouet̃ ⁊ circũfertur. Nõ ergo estimet hõ ille q̃ accipiat aliq̃d a dño. q2 debem⁹ deũ cũ bona fiducia inuocare in nostris necessitatib⁹. ⁊ tunc vult nobis subuenire in oĩ necessitate ⁊ tribulatiõe vñ. Ps. Cũ ipõ sũ in tribulatiõe eripiã eũ ⁊c.

Idẽ [illegible] dñm cũ tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. In signũ hui⁹ tunc xp̃s in cruce habuit man⁹ ꝑforatas dando nobis bona spũalia ⁊ eciã fortificando ⁊ adiuuando ⁊ ꝯseruãdo nos in bono. Quintũ impedimentũ orõnis est defect⁹ ꝑseuerãtie in orõe. Jaco. v. Multum enĩ valet deprecatio iusti assidua. Aplus ad Rho. xij. Orõib⁹ instãtes. ergo ꝑseuerare debemus in orõibus nr̃is: ⁊ tunc obtinebimus. Luce xi. Si ꝑseuerauerit pulsans ⁊c. ¶ Sꝫ q̃ritur quare q̃sq̃ de⁹ nõ exaudit orões bonoꝝ hoim. Rñdetur q̃ hoc facit ꝓpter tria. Primo vt ꝓbet patiẽtiã ipoꝝ: sicut fecit multis martyribus q̃ petiuerũt vt mortẽ ab eis auferret. ⁊ sctũs paul⁹ q̃ rogauit dñm ter vt auferret ab eo stimulũ carnis. Rñdit ei. Sufficit tibi grã mea. Scd̃o vt desideriũ excitet. Facit enĩ sicut auceps q̃ subtrahit escam volucri. sic etiã fecit mulieri chananee Grego. Differt dñs dare qd̃ petit̃ vt dilatũ petat ardẽtius ⁊ habeat̃ gratius ⁊ hũilius. Tertio vt meliora q̃ petant ꝓuideat. Quia facit sic p̃r qui denariũ denegat puero, cui postmodum totam hereditatem dabit. q2 forte expenderet ad peccandũ. Jsid. Multi petentes non exaudiũtur. q2 ꝓuidet illis meliora q̃ petũt.

De eadem dominica ⁊ de oratione dominicali siue Pater noster. Sermo. lxv.

Petite et accipie

tis. Joh. xvi. Ex quo dñs nr̃ ihs xp̃s in v̾bis p̃missis inuitat nos ad orandũ: tũc dicitũ q̃rit̃: q̃ orõ sit magis salutifera. Rñdet̃ q̃ orõ dñicalis. Unde dicta in p̃nti sermõe sunt dicẽda. Primo quõ orõ dñicalis p̃cellit alias orõnes. Scd̃o restat declarare septem petitiones inclusas in dñicali orõne. Tertio q̃ requiruntur ad hoc q̃ oratio facta ꝓ aliquo exaudiat̃. ¶ Quantũ ad p̃mũ scd̃ũ q̃ orõ dñicalis p̃cellit alias orõnes in quattuor. Primo in auctoritate: quia xp̃s eã fecit ⁊ ordinauit q̃ est sum⁹ magister ⁊ dñs oĩm. Secũdo p̃cellit in breuitate. Sꝫ q̃rentur quare eã tam breuẽ fecit. Rñdet̃ q̃ spãliter ꝓpter tria. Primo vt faciliter posset capi ⁊ intelligi ⁊ melius retineri ⁊ tardius obliuisci. Secundo vt frequentius posset dici ⁊ reiterari. ⁊ ne dicentibus fastidiũ generaret. Tertio vt nullus se posset excusare ab oratiõne. q2 q̃libet homo rõnalis potest eã addiscere ⁊ oĩni die dicere. Cõtra hoc faciũt

nisi q̄ quis p̄ vnū vel duos dies ꝓpter occupationes exteriores obliuiscitur dicere vnū Pater noster: sed q̄ ꝑtinent ad necessitatem corporis nō obliuiscitur. q2 nunq̄ fuit talis occupatio q̄n ꝑ̄s illud sibi assumit vt cibū corporalē nō negligāt sed q̄ ad aīam ꝛ ad deum ꝑtinēt sepi9 negligūt. ꝛ hoc est signū ꝑui pēcionis dei: ꝛ etiā salutis ꝓprie. Vñ Arist. q. rhetori. Obliuio est signum paruipēdentie.

Tertio excedit orō dñicalis ī exaudibilitate. Est eñi orō dñicalis magis exaudibilis q̄ aliqua alia orō. Ratio: q2 petitionē quam quis ordinauit ꝛ fecit ipse non pōt repellere. xp̄us aūt hanc orōem fecit ꝛ ordinauit. vñ Crisos. sup Math. Pater illā orōem nō libenter exaudit quā filius nō dictauit. Quarto precellit in fecunditate. Nā oīa necessaria corporis ꝛ aīe tam in p̄nti vita quā etiā in futuro in ista orōne includuntur. vt patebit in'ra in declaratione pater noster. Quantū ad secundū tunc p̄mo q̄ritur quare xp̄s sic inchoauit orōnem dñicalē dicēdo Pater noster. Et nō dñe vel deus vel creator. R̄ndetur q̄ talia noīa sunt noīa timoris sed pater est nomē amoris. Sz q2 diligit nos paterne ꝛ vult a nobis etiā filialiter diligi. ideo dicit Pater noster. Et i hoc noīe patris memorari debem9 vt sim9 filij ei9 si orōes nostrā salubriter deo offerre volum9. Vñ ꝛ. Joh. iij. Vide quā cē charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ꝛ sim9 q3 si filij dei ꝛ heredes. heredes quidē dei coheredes aūt xp̄i. ad Rho. viij. Sed noster dr̄ ꝛ vt nos doceat humiliari. vt nullus se de nobilitate generis iactet ꝛ sic alios spernat. Vñ Augu. Monētur diuites ꝛ nobiles nō superbire minoribus vel contra minores. Nō eñi vere possunt dicere pater noster nisi fratres. Scd̄ū q̄ oēs hoīes tam nobiles q̄ ignobiles. tam iuuenes q̄ senes. tam diuites etiam q̄ paupes in quattuor sunt similes. q2 re merito sunt frēs. Hoc quere ī sermo. l. ꝛ. l. Quīto ī celis. q̄ritur quare hoc dicit. Math. cū tñ vbiq; est deus scd̄m deitatē. in terra per miam in inferno ꝑ iustitiā. in celo ꝑ gloriam. R̄ndetur p̄mo ideo vt doceret nos celestia ꝛ nō terrena appetere. iuxta ꝯsiliū apl̄i. Col. iij. Que sursum sunt q̄rite. Et nō q̄ sunt sup t̄rā. Scd̄o vt ostēdat nobis locū ad quē creati ꝛ redempti sum9: ꝛ ad quē oīs oēs etiā ductas facere debem9. vñ. Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. vñ etiā aplus ad Hebre. xiij. Nō habem9 hic manentē ciuitatem. sed futurā inq̄rim9. Sctificetur nomē tuū. Hec est p̄ma petitio in qua petimus: vt nomē ei9 sanctificetur. q2 p̄ oīb9 honorē dei desiderare debem9. Sed diceret q̄s. Videtur q̄ hec petitio sit incōueniēs. q2 semp nomen ei9 est sanctū. ergo ei9 sanctificatio hic nō oꝑtet. R̄ndet̄ q̄ nō petim9 ip̄m nomē dei in se sctificari. q2 sic nullo mō est possibile magis sanctificari. sz petim9 in nobis sctificari. i. q̄ in nobis sanctū habeat̄ ꝛ tanq̄ sanctū honoretur ī corde credēdo ꝛ amādo. ī ore ip̄m laudando ꝛ p̄dicādo in opē bn̄ viuendo. Sed heu iā a plurib9 xp̄ianis nomē dei blasphemat̄ potı9 q̄ sctificet̄. Vñ de hoc ꝯquerit̄ p Esa. lij. dicēs. Jugiter tota die nomē meū blasphemat̄. vn̄ ad Rho. ij. Nomē dei ꝑ vos blasphemat̄. Hoc iā dicī pōt multis peccatorib9 deū blasphemātib9 ꝛ q̄ ꝯ̄ p̄ceptū diuinū iurādo nomē dei assumunt in vanū. Adueniat regnū tuū. Scd̄ū q̄ scd̄z q̄ p9 honorē dei nobis desiderandū est regnū celeste vt illuc ꝑueniam9. ꝛ hoc petim9 in ista scd̄a petitōe dicēdo. adueniat regnū tuū. i. ad nos ꝛ in nos scz. vt tu regnes ī nobis. Luc. xvij. Regnū dei intra vos ē. ꝛ vt nos in futuro tecū regnem9 cū dicatur9 eis electis tuis illud Math. xxv. Venite bn̄dicti pa. pos. reg. ꝑpa. vo. ab. ori. mun. vñ. etiā Aug. q. de ciui. dei. O charē illā vitā āplectī debuisti vbi ē vita sine morte. lux sine tenebris iuuentus sine senectute. pax sine discordia. volūtas sine iniuria. regnū sine ꝯmutatione. q2 nō amittit̄. Fiat volūtas tua. sicut ī celo ꝛ ī terra. Vbi notandū scd̄m Hesi. de. xxiiij. ꝑ celū intelligunt̄ iusti. ꝑ terrā vo peccōres vel e contra. q̄ sic volūtas tua fit in bonis ꝛ iustis hoīb9. tibi fideliter obsequētib9 ita etiā fiat ī terra. i. in ip̄is peccōrib9. vt scz ad te ꝯuertant̄ ꝛ tibi seruiāt. ꝯ hoīes orātes p̄ īn signanti ī hac clausula dīnt dirigere intentōes suam ad deū ꝑ̄tādo oīb9 peccōrib9 veniā grās ꝛ iustificatōem ꝑ petīs vt ꝛ ip̄i volūtatē dei sc̄ ꝛ iusti salubriter ꝑficere valeat. sz scd̄z sanctū Tho. ꝑ celū intelliguntur sctī ꝛ angeli in celo existēs ꝛ ꝑ terrā hoīes viuētes in terra: vt sit sensus Sicut in ciuib9 celi. sic ꝛ in ciuib9 terre. hoc est sicut sancti ꝛ angeli ꝯformāt volūtatē suā diuine volūtati ī celis sic hoīes etiā faciūt in terra. Sed ꝯ̄ hoc faciunt q̄ murmurāt ꝯ̄ deum in tribulatōib9. ꝛ hoc ē signū carentie diuine grē. sicut vas vacuū magnā resonātiā facit ꝛ currus nō munctus cū clamore incedit. sicut talis. vñ. Greg. Regnū celoꝝ null9 murmurans

ribus accipit nec ullus qui accipit murmurare pot. Quare tales sic murmurant: qr nõ aduertunt q deus et sua bonitate homines i psenti afflixit suis tribulatõibus. Greg. I mora. Ille te lus de flagello murmurat qui animi passionem ignorat. Aug. Tanto minus de flagello quo castigamur murmurare debemus quãto certius in eo pignus patrie dilectiõis tenemus. Uñ dr apocal iij. Ego quos amo arguo et castigo sed bonitate suas deo conformis exemplo xpi qui dixit. nõ mea volũtas fiat sz tua. ergo dicamus fiat voluntas tua rc. R. Panem nrm quotidianũ da nob hodie. Hic petimus necessaria. p sustẽtatiõe vite. nã p panẽ oĩa necessaria intelligunt Eccli. xxix. Initiũ vite hoĩs panis et aq. necessaria em in sp̃ãda et petẽda sũt a deo quia ipse dat escã omni carni. ps. Oculi oĩz i te sperant qr tu das escã rc. Ad deum aũt aliq̃ petere debemus vt temporalia nob puidere i ista petitiõe mõstratur. nã hũiliatur q a nob tolli d3 sibi supfluitas Jõ dicit panẽ. Qñ deus tibi aliqd vltra panẽ largit tũc plus tibi dedit q petisti. ergo cũ magna gratiaz actiõe debes accipe. Itez dicit. Da. vbi ostẽditur q nihil habemus a nob nisi a deo nob def. aplus. Quid habes qd nõ accepisti. Itẽ p hoc q dicit da. isinuat nobis q nõ debemus p nos recipe tpalia. s3 a datore omnĩ a deo hũiliter petere. nec eni p se recipit q iniuste lucrat. qr hic deus nõ sibi dat s3 p se rapit. qñ ergo orat vsurarij fures. raptores. et ceteri q iniuste lucrant cũ dicũt da. cũ ipsi p seipsa deũ et salutẽ ppriã talia recipiãt. Itẽ dicit nobis. p hoc insinuãs vt nullus sibi tpalia approprietet s3 cũ idigẽtibus cõicet ea q deus sibi tribuit. vñ Aug. De meo vtiq̃ qro ait xps. Da mihi et reddã tibi. habuisti me largitorez fac me debitorẽ. pauca mihi das plura vtiq̃ tibi reddã. terrena mihi das. celestia vtiq̃ reddaz tpalia das eterna restituã. memetipm etiaz restituã tibi. Itẽ dicit hodie. volẽs a nob tollere supfluam et nimiã solicitudinẽ tpaliũ. vñ Math. vi. Nolite eẽ soliciti i crastinũ. cõtra hoc faciũt illi qui ad ãnos plimos hoc petunt et cum nimia solicitudie illa tpalia colligũt velut iste diues de quo i euãg. dr q dixit. Anima mea habes multa bona i ãnos plurimos. Et dictũ ẽ ei. Stulte ac nocte. ani. tu. a te. et que cõ. cui erit. Dimitte nobis debi. no. Hec ẽ qnta petitio in q petimus remissionẽ peccatoz nroz i quibus incurrimus et nnos sumus. Querit qre xps dixit. Dimitte nob debita nostra et nõ petã nra. Rñdet scdo3 Uẽ. de primo q xps nõ dixit debita nostra q si dixisset dimitte nobis petã nra. nã plus petimus dicẽdo dimitte nob debita nra q dicẽdo dimitte nob petã nrã. nã i p̃mo petimus nobis dimitti taz culpã q penã quã tenemur exsoluere p petis. qd non fieret i scdo. l. dicẽdo peccata. qr qñq̃ dimittitur petm quãtũ ad culpã et tñ manet reatus qtũ ad penã. Sicut et nos dimittimus debi. no. hoc signat additur qr aliãnõ fieret remissio petõz. sicut dare pt3 i euãg. vbi xps dicit Cũ stabit ad orãdũ dimitt. te si q̃d habet aduersus aliquẽ vt pat vr dimittat vob petã vestra. qd si nõ dimiseritis nec pr vester celestis dimittet vobis petã vrã. vñ Ber. Si vis vt petã tibi a deo dimittant oĩs rãcor et indignatio a corde tuo euellatur. Et ne nos inducas i temptatõem. Hec est sexta petitio i qua petimus pseruari a futuris malis et a petis. sicũt ea i quita petitiõe petimus nobis idulgere petã pterita. sic h' in sexta pseruari debemus a futuris petis dicẽdo. et ne nos iducas i temptationẽ. Scĩẽdũ q i hac petitiõe nõ petimus vt simpliciter nõ tẽptemur s3 ne iducamur i tẽptatões. Ille eni inducit i tẽptatões q supat et capitur vt piscis i rethi. Xps eni fuit teptatus s3 nõ i teptatões3 duct9. Sciẽdũ etiã q necessaria ẽ q tẽptemur: qr magna pars meriti nostroz psistit i sustinẽdo tribulatões et i vicẽdo tẽptatões. qr alia opa nra modica sunt. Aug. Nullus hoiz ẽ tãta iustitia pditus cui non sit necessaria tribulatõis tẽptatio ad pficiendũ. vñ Ber. Quotiens restiteris toties corõaberis. Permittunt eni sup nos tẽptatiões a deo vt temptati resistamus. resistẽdo vincamus. vincẽdo mereamur vitã eternã. ergo oportet nos certare ptra mũdũ. dyabolũ et ppriã carnẽ. qr scdm aplm. Nullus coronabit nisi qui legitime certauerit. Sed libera nos a malo. Hec est septima et vltima petitio i qua dñice orõis. in q petimus ab ei presenti malo liberari et merito. qr totus mundus est plenus piculis et iõ vndiq̃ sumus circũdati multiplicibus laqis. A supra habemus timorẽ inordinatũ ab infra amorẽ inordinatũ. ab ante volũtatẽ peruersam. a retro peccatoz preteritoz delectatõem a sinistris ipacientiã in aduersis. a dextris extollentiã in psperis. Sic ergo quocũq̃ vertimus nos dyabolum insidiantem nobis habemus. Ergo merito et libenter dicere et clamare debemus. Libera nos a malo.

¶ Quantū ad terciū sciendū q̄ q̄ petit orōnes sctōꝝ in celo vel etiā bonoꝝ hoīm in mūdo q̄ttuor in se debet habere vt orōes p eo facte exaudiantur. Primo debet desideranter illud concupiscere p quo vult pro se orari ab alijs hominibus bonis p̄a. Desideriū pauperum exaudiuit dñs Iere. xxix. Cum quesieritis me in toto corde vestro inueniar a vobis. Secūdo vt ip̄e sit i bono ꝓposito se emendandi: qr si staret in malo proposito scꝫ peccandi deus orationes que pro eo fiunt non exaudiret. Iere. xv. Si steterint moyses et samuel corā me non erit aīa mea ad pplm istum. Ergo orōes facte nihil ꝓsunt damnatis nec etiā demonibus: qr ip̄i sunt in malo ꝓposito et in malis obstinati. Ergo cum petis orari p te tunc debes habere bonam voluntatem. Unde legit in vitasp atrū. q̄ q̄dā relinquēs seculū iuit i heremū et factus est heremita ꝓbatissim9. Qd audiēs seculāris q̄ fuerat sodalis eius visitauit eū ferēs panes in sacco rogās q̄ deū oraret p eo q̄ daret ei grām abstinendi a pctis. quod ille cū ꝓmisisset rogauit vt post. xv. dies rediret ad eū. et cum hoc fecisset quesiuit si adhuc placeret ei pctm̄ suū sicut primo. Rn̄dit q̄ deterius erat ei peccatū q̄ ante. Tūc heremita rogauit vt iterū post. xv. dies rediret ad eū et tūc forti9 se p eo affligit et orauit p eo. Cū aūt rediisset et q̄ sibi deteri9 eēt ei e iterū attēdēs heremita q̄ hoc ꝓpter eius negligētiā esset: q̄a delectabatur i hoc pctō et nō restitit delectationi. tūc heremita accepit saccū in quo sibi panes detulerat et īpleuit arena. rogās vt humeris suis imponeret et portaret. Qd cū ille facere attēptaret. heremita retrahebat iteru9 qd cū ille aduerteret dixit. nō possū illd on9 subleuare. qr tu deorsū trahis: tūc ille. trahe sup te et ego iuuabo te. Qd cū vterq̄ faceret facillime onus sup humeros ip̄ius posuerūt. tūc heremita. sic ego nō possū te iuuare qr tu niteris ꝯtrariū. s. retrahere deorsū temetip̄m i culpā et in prauā delectatōem. sed appone manum tuā et adiuua me. s. resistendo pctō huic et auerte te ab eo. tūc valebit adiutoriū dei et meum. Tercio vt reputet se indignū corā deo stare et ꝓ seip̄o orare et indignū se a deo exaudiri et aliū ad quē accedit reputare dignū a deo exaudiri. Iob. xlij. Seruus me9 iob orabit p vobis: et ego faciē eius suscipiā. vnde Greg. i pasto. Talis requirēdus ē ad orādū q̄ sit ydoneus ad placandū. qr cū is q̄ displicet ad intercedēdū mittit. irati anim9 ad deteriora ꝓuocatur. Quarto vt bona et iusta et q̄ erunt salutaria petat sibi a deo ipetrari. Criso. Illa pete a deo que tibi expediat accipe et que illum deceat dare. Sciendū q̄ qū sumus in tribulationib9 et anxietatibus vel pctis tūc debemus desiderare p nobis fieri cōem orōem sicut cōiter fit finito sermone qr hoc est valde vtile. Unde scriptum est. impossibile est preces multoꝝ non exaudiri. Et xp̄s in euāgelio dicit. Si duo ex vobis consenserint sup terram de omni re quacūq̄ petierint fiet illis a pr̄e meo. Quanto magis vbi quīq̄ ducēti q̄dringenti vel quandoq̄ mille homines cōgregati et cōmunē orōem p aliqua causa faciūt. Et q̄libet debet libenter p alijs orare. et cōem orōes facere: qr hec est elemosina spūalis: et deo valde placet. Unde Criso. sup Math. Pro se orare necessitas cogit. pro alijs autē caritas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante deum oratio non quam necessitas transmittit. sed quam caritas fraternitatis cōmēdat.

In festo ascensionis Sermo. lxvij

Postquā locutus

est eis assumptus ē i celū: et sedet a dextris dei. Mar. xvi. Sciēdū q̄ ab origie mūdi nō fuit tale festū i celo nec erit q̄ vsq̄ post iudiciū erit cū xp̄s redierit cū bonis et electis eos ducēdo i celos. Unde leo papa in sermone de ascensione domini. Sicut in solennitate pascali resurrectio dn̄i nobis causa fuit letandi. ita ascensio eius i celos ꝑfitiū nobis est materia gaudiorum recolentib9 illū diem nec colentibus quo natura nostre hūanitatis in xp̄o sup omēs ordines angeloꝝ et vltra oēs celoꝝ altitudinē potestatū ad dei patris ē ꝓuecta ꝯsessum. Itē aug. i sermone de ascēsione. Resurrectio domini spes nostra est. Ascensio glorificacio nostra. Si ergo recte si fideliter si deuote ascensionem domini celebramus ascendamus cum illo et sursum corda habeamus. Ambro. i li. de offi. Sicut xp̄s in sua resurrectione resurgendum esse a peccatis edocuit ita sua ascensione ascensione quandā anime esse indicauit. Bern. sup Cāti. Mēte igitur in contemplatione celestium ascendamus vt saltem aut sic hora videamus et timētes cadere ad deum fideliter accedamus. Sciendū q̄ festiuitas hodierna est fcā omnium festiuitati. Quia ꝓpter hec incarnatus est. et. xxxiij annis in mūdo isto laborauit. deinde passus

est et sustinuit mortē et celū nobis apuret q̄d hodie p̄fectū est. q̄n xp̄s celos ascēdit. vn̄ dicit Greg. i ser. de ascēsione. Nos xp̄i mors viuificauit nos. xp̄i resurrectio erexit. nos xp̄i ascēsio cōsecrauit. q̄z nobis sp̄m̄ de celo tribuit. Ergo festiuitas hodierna ē cōclusio oīū festiuitatū xp̄i. s. annūciatōis natiuitatis: circūcisiōis: passiōn et resurrectōis. Cū oīa hec p̄fecit. tunc hodierna die celos ascēdit. Itē hodiernū festū p̄pter solēnitatē et dignitatē pōt etiā nominari festū oīū angelorū. q̄z hodie corū ruina cepit reparari. q̄n xp̄s cū electis suis celos ascēdit. Si sup vno peccatore se cōuertēte gaudium est angelis. s. q̄ hic penitētiā agit vel si de vno scō q̄ ad celū euolat. vel de vna aīa q̄ de purgatorio liberatur. q̄d tūc q̄n tot milia. s. omnes electi ab initio mundi cū xp̄o celū ascenderūt. Itē festū hodiernū est festū p̄phetarū: patriarcharū et oīm electorū ab origine mundi. q̄ hodie oēs cū xp̄o ascenderūt. Et si de vno sancto festū fit cū euolat ad celum et illa dies appropriatur sibi. nōne tūc hodierna dies pōt appropriari p̄phetis et patriarchis q̄ oēs hodie cū xp̄o ascenderūt. Itē hodiernū festū pōt dici festū btē Marie q̄z carnē filii sui quam a se assumpsit hodie exaltari super oēs celos vidit. Imo est festū totius humane nature q̄ hodie in xp̄o exaltata est. Iob. xxiiij. Si diligenter me q̄sieris [illegible] vsq̄ ad p̄cem. Grego. i omelia hodierna. Illa cui natura dictū fuerat. terra es: et in terrā ibis. hodie in celū iuit. Itē notandū q̄ hodierna die non solum xp̄s corporaliter ascēdit sz etiā multi qui cum xp̄o surrexerunt hodie cū xp̄o vt creditur corporaliter ascēderunt. Vn̄ aug. in ser. de resurrec. Quorū sepulcra in passione dn̄i fuit patefacta. horū corpora xp̄o resurgēte de puluere sunt suscitata. Decebat eniz vt primus ille resurgeret. deinde illi vt dicit ap̄ls. Ipse resurrexit a mortuis primitie dormientiū. Et sicut cū dn̄o resurrexerunt. ita cū eo ascēdisse creduntur. Quantū ad secundū sciendū q̄ hodierna die xp̄s tria signa dilectōnis ostēdit apostolis. Primo comedit cū discipulis sicut amici faciunt cum ab inuicem recedere volūt. Actuum. i. Et cōuescens precepit eis ab hierosolimis ne decederent. sed expectarent p̄missionem patris. Scd̄o benedixit illis sicut homo valedicit suis caris amicis cum ab eis recedit. Tercio locutus est cum eis increpando eos de incredulitate quā āt habuerunt. non

q̄ iam ad hoc illa die increduli fuerunt. sz q̄a ante tarde crediderunt his qui viderunt eum resurrexisse. Hec. Aud. xp̄m discipulos increpantē ea hora q̄n subtracturus erat p̄sentiam suam. ergo non dedignemis cum a p̄rimo tuo vel a vicario christi arguaris. Itē locutus est eis v̄ba instructionis dicens. Euntes i mundū vniuersū p̄dicate euāg. oī crea. Querit q̄re omni creature iussit euangeliū predicari. nūquid lapidibus et brutis animalibus et volucribus p̄dicandū ē euāgeliū: R̄n̄deo p̄mo q̄z homo est microcosmus. vn̄ Aug. viij. [illegible] Hō dicitur minor mundus. q̄z conuenientiā hz cū omnibus creaturis. Ergo xp̄s dixit p̄dicate euāgeliū omni creature id ē hoī q̄ hz esse cū oī creatura. s. cū lapidib⁹ viuere cū plātis. sētire cum aīalib⁹ irrationabilib⁹. et itelligere cū angelis Scd̄o q̄z p hoc q̄ dicit omni creature ostēdit q̄ vult omnes hoīes saluos fieri. pauperes et diuites. nobiles et ignobiles. rusticos et ciues et nullū spernit. q̄z non est acceptio p̄sonarū apud deū. Tercio i hoc q̄ dicit omni creature ostēdit q̄ homo est dn̄s oīm creaturarū. Ps. Oīa subiecisti sub ped. ei⁹ tc. Hebr. i. Dn̄ā omni piscib⁹ maris. volucrib⁹ celi. et cūct' aīantib⁹ terre. Item dicit in euangelio. Qui crediderit et baptizatus fuerit salu⁹ erit. Vbi queritur vtrum fides req̄ratur in baptizādis: R̄n̄deo s̄m Petru de tharan. sup. iiij. sen. dist. vi. In paruulis et naturaliter stultis non requiritur p̄pria fides sed sufficit aliena. Nā pueri in fide parentum vel patrinorū vel ecclesie baptisantur. In adultis et in discretis hoībus qui habent rationē requiritur fides propria. non quidem ad susceptionē sacramenti. quia etiam sine ea reciperent caracterem sacramenti. sed quantū ad susceptionē rei sacramēti. i. gratie. ¶ Item queritur. vtrū oīb⁹ paruulis eq̄lis grā detur in baptismo: R̄n̄deo s̄m Bonauē. i. iiij. di. iiij. sic. Quātū ē de se eq̄lis gratia datur i baptismo paruulis. et hoc quātum est de lege cōmuni. Primo ratione morbi. i. peccati originalis. qui morb⁹ est equalis in omnibus paruis. Scd̄o q̄z omnes sūt eq̄liter dispositi. nec plus nec minus vn⁹ q̄ alter q̄z nullu habet pctm̄ actuale sed solum originale. Tercio q̄z sacramentū vnū et eq̄le est i se ergo equaliter operatur i paruulis Deus tn̄ q̄ nō alligauit suā potentiā sacramentis pōt viuificare plus vel minus si vult. Item queritur an in adultis baptizatis sit equalis effectus

baptismi. Rūdet scđs Bon. in 4. vbi sup̄ q̄ tri
plex est effect⁹ baptismi. Prim⁹ caracteris im
p̄ssio. scđs restitutio innocētie. Et q̄° ad illos
duos effectus ē equalis effectus baptismi in
oibus digne suscipientib⁹. Tercius effectus ē i
fusio gratie. Et hic effectus ē maior in illis a
dultis qui magis sunt dispositi. q: q̄ se plus
disponit pl⁹ recipit de gr̄a. Et ideo quo ad h°
non oportet q̄ sit equalis effectus in omni
bus baptismū suscipientibus. Si vis plus di
cere de baptismo. quere infra sermone. lxxvi.
et sermone. lxxvij. B.

In eodem festo Sermo. lxvij. de signis
veri christiani

Signa autem eos

q̄ crediderit hec sequētur. Marc. vl.
Quamq̄ nesciat de quoq̄ homine an
saluet: an dānet. Sūt tn̄ qnq̄ signa q̄ dn̄s h
ponit valde expssiua salut⁹. et q̄ nob i vltimo
recessu p mem̄oriali reliqt p q̄ cognoscūtur ve
ri fideles a nō veris. Ois igitur fidelis saluari
volēs, vt hec qnq̄ habeat. necesse ē ad mi
nus scđm explicatōez spūalē. Dicūtur enī hec
signa dupliciter. corpaliter et spūaliter. Apli et alij
q̄dā sci in p̄ncipio eccl̄ie habuerūt illa signa
vtroq̄ modo. et hoc necessariū tūc erat qm⁹
apli p illa signa hoies ad fidē p̄uerterēt. et iō
hec signa corpalit̄ ipēdebant hoibus. X
Spūaliter vero hec quinq̄ signa nos habere
oportet. et sunt certa signa salutis. quia mira
cula corpalia ostendūt hoiem esse sanctū. sed
non efficiunt. sed illa efficiūt et ostēdūt. Pri
mū signū est q̄ demonia eijciant. Hoc apli et
alij sancti fecerūt corpaliter eijciendo demo
nia ab obsessis: et p hoc ostenderūt se esse di
scipulos xp̄i. Sic nos spūalit̄ dēonia. i. pecca
ta eijcere debem⁹ p penitētiā: q̄ qui hoc facit ve
re est xp̄ianus. Dns enim q̄ nō mētitur dicit
Signa aūt eos qui crediderit hec sequentur.
In noie meo. i. p salute eterna. demonia eij
cient. i. peccata mortalia. Quot aūt quis in se
habet pctā mortalia. tot diabolic etiā aias ei⁹
possidēt. Vn̄ legitur Marc. xvi. Mariam
magdalenā septem demonia habuisse. q̄d ex
ponit Greg. et dicit. Maria septē demonia
habuit: que vniuersis plena vicijs fuit. Et illa
pctā que in nobis cognoscimus imediate per
veram p̄tritōem eijcere debemus. Y Sz
queritur vtrū quis imediate teneatur cōfiteri
Rūdeo q̄ ad p̄tritōez tenet hō q̄ cito recogno
scit se peccasse mortaliter. sed ad cōfessionem
faciendā imediate nō tenetur. nisi tpe pasche
vel etiam qn̄cūq̄ alias vult sacramentū eucā
ristie accipere q̄uis periculosum sit confessio
nē diu differre. Ergo consulendū esset cuilibz
seculari q̄ ad minus in qualibet angaria con
fiteretur sua pctā. quia p hoc retraheretur a
multis pctīs que alias cōmittit quando i an
no nisi semel confitetur. Et insup talis hō ef
ficeretur tunc zelosus q° ad deū. et etiā se recogno
sceret et ppēderet suos pprios defect⁹. Sed
isti qui raro confitētur plura pctā obliuiscunt
quod valde periculosum est ideo bonū est fre
quēs cōfiteri. Vn̄ Ber. in epl̄a. Ama cōfessio
nem si affectas decorem. Reuera vbi cōfessio
ibi pulcritudo et decor. Si ergo imediate pec
cata eijceris cū peccasse te cognoueris signū
est salutis. vn̄ Criso. in ser. Peccare est huma
nū. permanere autē in pctīs est dyabolicum.
Ergo eijcienda sunt pctā p confessionē nō so
lum magna. sed etiā p̄ua. Vn̄ Greg. i moral
In vnoquoq̄ lapsu a minimis semp incipit
et succrescentib⁹ defectibus ad grauiora p̄ue
nitur. Et enim quis non curat cauere p̄ua pec
cata faciliter labitur in maiora. Vn̄ aug. i li.
de penitentia. Nullū est pctī a deo paruum
q̄d non crescat neglectū. vn̄ etiā Isid. de sū.
bo. Quēadmodū ad v̄tutē culmē tendentes
non a summis inchoāt. sz a modicis vt sēp ad
altiora p̄tingāt. ita et qui dilabentur ad vitia
non statim a magnis criminib⁹ incipiunt. sed
a modicis assuescunt et sic cum maximis cor
ruūt. A Secundū signū fideli necessariū
est vt noua lingua loquatur deserendo anti
q̄ quam dyabolus ab initio adinuenit. atq̄
homines mali. i. Regum. ij. Recedāt vetera
de ore vestro. Lingua enim vetus: est iracūde
et dure proximis respondere et insuper ipsis
maledicere et eos ad iracundiam prouocare.
et hoc est valde periculosum quia oia pecca
ta que ille sic ad iracundiā p̄uocatus cōmittit
oim peccatoꝝ illoꝝ ille qui eū cōcitat ad iram
p̄ticeps erit. Sz queritur an hō sustinere de
beat maledictōez sibi a malis hoib⁹ p̄latā
Rūdeo q̄ bonus hō nō debz curare tales ma
ledictiones: sed eas patienter sufferre quia si
bi nihil obsunt. Vnde Augu. super. ps. Qui
iniustus ē et maledicatur premiū ei p maledictō
ne redditur. ps. Maledicent illi et tu benedi
ces. Item vetus lingua est blasphemare et
iurare. Eccli. Vir multū iurās replebit̄ ini

qualitate. Itẽ lingua vetus est adulari ꝛ vba
adulatoria loq. vñ Hiero. Nihil ẽ qḋ tam
facile corrũpat mentes hoim sicut adulatio.
Plus enim nocet lingua adulatoris ꝙ gladi⁹
psecutoris. Itẽ lingua vet⁹ est impudica: et
luxuriosa verba pferre. Et talia verba sunt
signa mali ꝛ impudici cordis vñ. Math.
xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Vñ Ari-
sto. iiij. ethico. Qualiscũq; quisq; est taliter
dicit ꝛ taliter operatur ꝛ taliter viuit. Itẽ lingua
vet⁹ ẽ loq̃ vba detractoria. ꝛ denigrare famã
proximi. Vñ Hiero. Nõ facilis venia prauam di-
xisse de recto. Itẽ lingua vetus est iactanter
loq̃ ꝛ seipm in peccatis suis commendare. Vñ Au-
gu. Nulla iactantia tam abhominabilis deo ẽ: ꝙ
preterea peccata vitiaq; nostra dimissa rememi-
scendo gaudere ꝛ inde exultare. Item vetus
lingua est loq̃ verba mendacia in dãnum sui
proximi. Vñ ps. Perdes oẽs q̃ loquũtur men-
daciũ. Itẽ lingua vet⁹ est loq̃ vba ociosa ꝛ in-
utilia. Vñ Math. xij. De omni vbo ocioso ꝛc̃.
Itẽ lingua vetus est libenter loq̃ de mundanis
ꝛ transitorijs. Vñ Joh. iij. Qui de terra est, de
terra loquitur. Itẽ. i. Joh. iiij. Ipsi de mũdo sũt
ideo de mũdo loquũtur. ꝛ mundus eos audit.
Sed noua lingua est loqui mansuete pudice
ꝛ verifice. Item informare proximũ ꝛ corrige-
re ꝛ ammonere proximũ fraterna admonitiõe.
Item libenter orare. deo regratiari. ꝛ libẽter
confiteri. ꝛ sic de alijs bonis ꝛ honestis ꝛ edifi-
catiuis verbis. Tertiũ signũ est ꝙ serpentes tol-
lunt. i. malas suggestiones: siue a diabolo si-
ue a proximo immissae sint imediate expel-
lunt. ... a diabolo immittuntur suggestiones
male ꝛ cogitationes praue: quib⁹ homo im-
mediate resistere debet ꝛ eas violenter expel-
lere. Vñ Greg. Non est cogitatio tam imũ-
da que mentẽ polluat: si ratio nõ consentit.
Vñ etiã Bern. Demoniũ est malas cogitati-
ones ingerere. nostrum est illis nõ consentire.
Nã quotiens resistimus totiens diabolũ sup-
amus. angelos letificam⁹. deũ honoramus.
Ergo qñcunq; sentis te diabolũ temptare p
malas suggestiones. ꝛ si immediate repellis
iam serpẽtes tollis: ꝛ tibi nõ nocebũt. Unde
Bern. Põt inimic⁹ excitare temptatõis mo-
tum. sed in te est si volueris dare: vel negare
consensum. Item serpentes tollere est videre
malã vitã ꝛ malũ exemplum proximi: ꝛ tñ suo
malo exẽplo nõ corrũpi nec velle suã malam
vitã seq. Verbi grã. Diues qui videt superbiã
aliorũ in vestibus ꝛ moribus ꝛ si vel⁹ est etiam
se tali modo extollere in vestibus ꝛ moribus
posset. qz diues ꝛ iuuenis ꝛ pulcher est: ꝛ tñ
se propter deũ ꝛ salutẽ aie sue humiliat: ille serpẽ-
tes tollit spũaliter. Itẽ alius diues videt alio-
rũ tpalia querere cũ vsuris mẽdacijs ꝛ frau-
dibus. ꝛ ipse posset simili modo ditari si vellet
ꝛ tñ ppt deũ omittit talia: offerẽs ista deo of-
fert. q sic iniuste lucrari potuit. sed nõ voluit.
Greg. Hec auru deo obtulisti qḋ contra eius
voluntatẽ accipere noluisti. Itẽ iuuenis qui in
iuuẽtute caste viuit. ꝛ tñ temptatões carnis
sustinet. sed tñ nõ consentit serpentes tollit.
Itẽ pulcher homo q̃ videt alios hoies choreiz-
are ꝛ illic gaudere: ꝛ tñ sibi ipsi resistit. ꝛ sic
propter deũ quẽ nõ vult puocare hoc dimittit
et se vincit serpentes tollit ꝛ sic de alijs. Et
qñ maiorẽ occasionẽ qs habuit ꝛ sibi resistit. ꝛ
ꝛ ppt deũ facere noluit tanto maiori honore
dign⁹ est corã deo. Unde scriptũ est. Qui po-
tuit transgredi ꝛ non est trãsgressus. facere
mala ꝛ non fecit. Unde Bern. in li. de libe.
arbi. Posse enim peccare datum est homini nõ
vt proinde peccaret. sed vt gloriosior appare-
ret si non peccaret cum peccare posset. B

Quartum signum est si mortiferum quid bi-
berint non eos nocebit. Unde sciendum ꝙ
mortiferum siue venenum bibere significat ma-
gna incommoda sustinere siue in verbis irrise-
onis maledicendo siue in rebus spoliando. si-
ue in propria persona percutiẽdo: siue infirmi-
tates corporis sustinendo. ꝛ sic de alijs. Si
illa pdicta oporteat hoiem bibere. i. tollerare
ꝛ pati: nec tamen sibi noceãt ꝙ videlicet per
impatientiam eum nõ corrumpunt. hoc est
signũ salutis ꝛ vite eterne. Et quanto mortif-
erũ tale siue incõmodũ ẽ forti⁹ si nõ corrumpit
aut inflatur aut per ipatientiã tãto est lau-
dabilius signũ. Vñ dicit Greg. Ego patien-
tie virtutẽ maiorẽ signis ꝛ miraculis credo. q̃
igit patiẽtes sunt in magnis infortunijs ꝛ tri-
bulatõib⁹ ꝛ infirmitatib⁹ hñt quartũ signum
ꝙ vere filij dei sunt. Greg. Qualis vnusquis-
q; apud se lateat illata contumelia pbat. Ex
hoc sequitur ꝙ illi non habent hoc signũ qui
non solum magna incommoda: sed nec vnũ
verbũ sibi ptrariũ sustinere volunt. Unde
Gregorius. xvi. mor. Qui a statu patientie
per linguarum vulnera corruit. Ipse sibi te-
stis est ꝙ contra manifeste persecutionis
gladios nõ subsisteret. C Item sciẽdũ

q patientia in adversis est nobis multũ necessaria: q2 dupliciter mereri oportet vitã eternã. scz sustinẽdo mala et operãdo bona. Sz qz opa nr̃a bona sunt adhuc modica et parva. ideo plus mereri debem⁹ in sustinendo patienter adversa vt recompẽsem⁹ mediocritatẽ nostrorũ bonorũ operũ. q2 in hoc cõsistit paciẽtia: vt mala ab alijs nobis illata pacienter sustineamus et deo de tribulationib⁹ grãs agam⁹. Vñ Grego. in omelia sup euangeliũ. Cũ audientibus ꝓ sua. paciẽtia est aliena mala equanimiter ꝑpeti. Cõtra cũ q, eorũ q ei mala irrogat nullo dolore moueri. Cassio. sup illud ps. voluntarie sacrificabo tibi. Voluntarie deo sacrificat q inter angustias passionũ iugiter gratias agit. Exẽplum de paciẽtia in collatõibus patrũ li. xii legit. Q2 qdã vetula religiosa alexadrie: petijt ab epõ q ei multũ familiaris fuit. et eã ꝓpter sanctitatẽ suã multũ diligebat. vt traderet sociã ei aliquã q esset cũ ea in solatiũ. Et epõ tradidit ei viduã honestã virtutibus pollentẽ mitẽ et dulcẽ in orõe ꝑseuerantem. obedientem et sibi fideliter seruientẽ. Que cũ q̃sita est epõ q ea nõ esset vtilis. Qui dedit ei aliã duram. verbosam. litigiosam. et rebellẽ. et cã multis cõuicijs afficientẽ de q nõ est cõquesta. sed paciẽter sustinuit vl' quoqʒ cũ ea exercitata eius iniurijs addisceret ꝑfectã paciẽtiã. Pro quo admiratã epõ ei quereret quõ esset ei. ipsa rñdit q melius esset ei cũ illa q cũ prima. Quia ꝑma fuisset ita dulcis et pacifica q nihil lucrabatur eius paciẽtia. Cum secũda exercitata multis iniurijs ꝑfectã didicerat paciẽtiã. D Quintũ signũ est sup egrotos manus imponent et bene habebunt. Duo sunt gña egrotorũ adiutorio nr̃o indigentiũ Quidã ẽ qui exterioꝛ indigẽt adiutorio in corpore. vt paupes vel ĩfirmi qb⁹ bñ facere debem⁹. exhibẽdo eis opa mie: vt esurientẽ alebem⁹. sitientẽ potem⁹. nudũ tegam⁹. et peregrinũ ad hospitiũ recipiam⁹. et sic de alijs. Et qñ hec opa facim⁹ tũc spũaliter man⁹ sup egros ponimus et melius habebũt. Et qcqd ipsis fecim⁹. hoc xp̃s reputat sibi esse factũ. Vñ Math. xxv. Qd vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Et in iudicio dicet dñs electis suis q hec opa mie exercuerunt. Esuriui et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis mihi bibere. Nudus et cẽ. Venite bñdicti patris mei. Vñ etiã Ambro. Nil ita cõmendat xp̃iani aiam quẽadmodũ mia. Ergo si volum⁹ dei miam ꝓmereri. tunc debemus cũ paupibus opa mie exercere. Vñ Grego. Dei miaz nõ põt ꝓmereri: q hic misericors non fuerit. Unde Leo papa in sermone. Mie virtus est tanta: vt sine illa cetere virtutes et si sint prodesse nõ possunt. Exẽplum legitur de sancta elizabeth q in hospitali in Marckburg. qd cõstruxerat. Erat quidã infirm⁹ et leprosus tã immũdus et fetidus: et tã horribilis aspectu q eũ oẽs ancille et serui abhorrebãt nec ei seruire volebant. Beata elizabeth vidit eũ cõtẽptũ ab alijs et ipsa cũ magna hũilitate et diligentia ministrabat ei. Caput ei lauabat et eũ balneabat: et ipsũ ꝓprijs hũeris et brachijs portabat: et in gremio suo eũ q̃escere faciebat et hoc seruitiũ ei quattuor diebus exhibebat. Postea infirmus disparuit. Quita vero die cum sancta elizabeth esset in orõne: xp̃us ei apparuit dicens. ego sum xp̃s filius Marie cui seruiuisti illis diebus. Et qa mihi ꝓuidisti in forma leprosi habebis mecũ eternũ gaudiũ. Secũdi infirmi sunt infirmi in anima vt pctõres qui te offenderũt. Et sup illos debes manus imponere. i. ipsis indulgere. et ei hoc bñ habebit. Et hoc ẽ deo valde acceptũ et homĩ multũ meritoriũ. scz inimicos diligere et ipsis indulgere. Vñ Augu. in sermone de sancto stephano. Per amorem hominis inimici efficeris amicus dei. Unde Augusti. in Enchiridion. Ea elemosina nihil est maius qua ex corde dimittim⁹. quod in nos quisqʒ peccauit. Hec sunt quinqʒ signa vite eterne: et veri xp̃ianismi que ipse dñs iam ad celum ascẽsurus oĩbus fidelib⁹ suis predicauit. Que signa postq̃ dixit statim assumptus est in celum. In hoc innuendo q hec obseruantes similiter assumuntur in celũ. Que signa postq̃ dixit sancti apostoli exterius in signum habuerunt et ostenderunt in exemplum. Unde sequitur. Illi autem profecti predicauerunt vbiqʒ domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

De ꝑparatione ad gratiã. Sermo. lxix.
In dñica infra octauam ascensionis.

Cum venerit paraclit⁹ quẽ ego mittã vobis Joh. xv.

Sicut in dñica ꝑxime veteri recolitur spũssancti missio. sic hodie in euangelio recolit spũssancti promissio. vt animus noster ꝑparetur ad suscipiẽdũ ipsum. Legitur

q tpe medio .s. iter ascēsionē xpi et missionē
spūssancti fuerūt discipuli cū mulierib⁹ et ma-
ria matre iesu et frīb⁹ e ius sil. Exēplo ergo il-
lo℞ debēt eē fideles tpe isto i pparatione sui
et expectatione spūsscti intēti. Preparat⁹ eīm
deb to mō dabitur spūsscrūs ad illō ad qō i
digebit .a. Co℞ xij. Unicuiqȝ eīm datur mani
festatio spūs ad vtilitatē. Criso. i ser. Nunq̄
deus defuit cōsolator. vbi psenerās e deuct⁹
fuit creator. Itē Orige. sup Cāt. Oīs e tor-
mentū cedit nobis i gaud. v bū nobis supest
diuine consolationis refugiū. Sciendū q i p
senti sermone tria sunt dicenda. Primo q de-
bent mouere ad pparandū nos ad susceptio
nem spūssancti. Secūdo q̄ sunt illa q̄ nos p
parant ad susceptionē spūssancti. Tercio exē-
plum de spūsancto. Quantū ad primū sciē-
dum q tria debent nos mouere ad pparādū
nos diligenter ad susceptionem huius hospi
tis .i. spūssācti. Primū est huius hospit sublī
mitas. Hospes ille .s. spūssanctus cui nos p-
parare debemus hospiciū est deus sicut pat
et filius. Et ideo cū magna diligētia pparan
dū ē ei hospitiū. Et ideo illi nō videtur crede-
re spūssctm esse equalē filio. qui asi pascha di
ligenter pparanerut filio hospitium. et asi pē
thecostes nullā pparationē faciunt spūscto.
De talibus posset facere derisionē spūssāctus
cum post in futuro festo inuocabunt eum di-
centes. Ueni sancte spūs. Quale est hoc. ad
hospitium vocare tm̄ dñm cuius pñtia indi-
gnus est. vñ Dāz mo sup Jaco. Dñm deum
tuū suscepturus i habitaculo cordis tui emū
da consciētiā tuā ab operibus mortuis e co
gitationibus sez fluis et immūdis. q: mūd⁹
inhabitator mūdā querit domū. Ber. sup Cā
ti. Gratia spūssancti balsamū purissimū est.
et ideo purū solidū et pfundum vas requirit
Utilitas vero huius hospitis innuitur nobis
Sap. xij. vbi dr. O q̄ bonus o q̄ suauis est
dñe spūs tuus in nobis. Bonitas siue vtili-
tas eius i nobis. primo apparet ex hoc q abs
qȝ eo etiam ad momentum aīa viuere nō pōt
sicut nec corpus nisi spm̄ .i. anhelitum attra-
hat. ps. Os meū aperui et attraxi spm̄. Et iō
frequenter attrahendus est spūssctūs p sctm
desideriū. vñ Aug. Desiderate auxiliū gratie
qua sola homines liberantur a malo sm̄ qua
nullum prorsus cogitando siue volendo: et
amando siue agendo faciūt bonū. ¶
Itē vtilitas spūscti appet i hoc q psolat nos

e hoc fit tripliciter. Primo tēptatōes mitigā-
do. Esa. xliij. Cū trāsieris p aquas tecū ero et
flumina non operient te cū ambulaueris in
igne nō combureris. p aquā que hz mollicie
intelligitur temptatio psperitatis. In igne
intelligitur temptatio vel aduersitatis Dan.
iij. Fecit medium fornacis quasi ventū ror-
flantem. vñ Aug. sup ps. Diabolus plen iu
q vult nocere et non pōt. q: ptā eius est sb
potestate dei. Nam si tm̄ posset nocere diabo
lus q̄ cum vellet aliquis iustus nō remaneret. ¶
Secundo spūssanctus psolatur dando vtutē
resistendi temptationibus. vñ Luce. vl. Se-
dete i ciuitate donec indu. vtu. ex alto. i. Co℞
x. Fidelis est deus qui non patietur vos tēp-
tari sup illud quod potestis. sed faciet etiā cū
tēptatōe pventū vt possitis sustinere Isi.
de sum. bo. Non amplius tēptat electos dia
bolus: q̄ dei voluntas permittit. Tercio con
solatur spūssanctus infundendo dulcedinem
Eccli. xxiiij. Spūs meus super mel dulcis.
Aug. Gustato spiritu desipit oīs caro Unde
spūssanctus tantam suauitatē offert: vt totū
mundū homini desipere faciat. et hoc ptz spi
ritū sanctū esse deum. et sup oēm creaturam.
Ber. Quid nō tēperabit dulcedo illa q̄ mor-
tes quoqȝ facit dulcissimā que resistere pōt. si
asperitas vincit om illi. Rich. de s. vic. Q est
cor tam durū vel lapideum qō diuina pñtia
sua benignitate non emolliat: et sua dulcedie
non allicat. De malignitate vero alteri⁹ hos-
pitis .s. dyaboli qui necessario adest si spūss
ctus desit. satis patere potest p hoc q ipe oēs
hospites suos iugulat: et omnib⁹ bonis spo-
liat. Jeremie. vi. Crudelis est et nō miserebit
Greg. Nihil se fecisse estimat cum aīas non
sauciat. vñ Augu. de ciuit. dei. Diabol⁹ oīm
discutit consuetudines ventilat curas scrutat
affectus: et ibi querit causas nocendi vbi qrē
libet videt studiosius occupari. Ista tria d-
bēt nos mouere ad pparandū nos ad susce
ptionem spiritussancti. ¶ Sz quātū ad
secūdū sciēdū q septē sūt q̄ pparāt ad susce-
ptionē spūscti. Primū est euacuatio a petis
p verā cōtritōem et humilē confessionē. Non
eīm habitabit spūssanct⁹ i corpe subdito pec
catis nec in corde immūdo. hoc figuratū est
Gen. viij. Ubi noe emisit colūbā de archa q̄
cū nō inuenisset vbi qesceret pes eius propter
inūdationē aq̄ reuersa ē ad archā. Per Noe
intelligitur de⁹ pater q̄ emittit colubā .i. spm̄

scriñ. de archa. i. de regno celoꝝ. q̄ cū nō iucit vbi qescat ꝓpter diluuiū aq̄ꝝ. i. peccatoꝝ reuertitur ad archā. i. ad regnū celoꝝ. Nō enī imergebat se colūba i aq̄s diluuij sic nec spūssctūs intrat vbi ē diluuio peccatoꝝ. Uasi enī inmūdo. i. cordi vicijs pleno nō infūdet deꝰ pater balsamū spūssancti siue ꝯsolatōem eius. Aug. sup Luc. In corde mūdo ꝯsciētia bona et fide non ficta habitat deꝰ. ergo ꝑparare nos debemꝰ ad susceptionē spūssancti sicut tpe pasce ꝑparamus nos ad susceptionē sacramenti eucaristie. Sacerdos ergo bonū est confiteri in qualibz angaria. q2 multa pctā multiplicantur et cumulantur in hijs qui raro ꝯfitentur. et de multis peccatis obliuiscuntur que dyabolus bñ considerat vt in agone mortis eadez peccata sic ex negligentia oblita eis obijciat. et si talē hominē qui in omni angaria ꝓponit confiteri: diabolus retraheret et vellet impedire. tūc talis posset se per votum astringere. vt si vltra angariam confessionem differret q̄ tam diu a carnibus vel a vino abstineret donec ꝯfiteretur. Attamen si q̄s in futura angaria confiteri vellet. tunc melius ē q̄ iā ani festū penthecostes confiteatur ꝓpter susceptionē spūssancti. Secundū q̄d ꝑparat ad susceptiōem spūssctī est oratio deuota. Qz sicut aliq̄s libēter declinat ad hospitiū in quo sat desiderari aduentū suū precipue cum dns hospicij multū sup hoc eum rogat. Sic spūssanctus ad eos venit qui aduentū eius ex corde desiderant et cum eius deuotis oratōibus inuitāt. Aia q̄ est sponsa xp̄i inuitat spūmsctm̄ p deuotā orōez. Cāti. v. Ueniat dilectus meus in ortū suū ꝛc. Unde oratio est vnū illoꝝ q̄ maxime ꝑparat hoiem ad susceptiōem spūssctī. Sap. Preoccupat eos qui se concupiscūt. ps. Prope est dn̄s oībus inuocātibꝰ eū. Sap. vij. Uocaui ꝛ venit in me spūs sapie. Unde in exemplū nostrum omnes apl̄i cū mulieribus erat ꝑseuerantes i oratione. Vñ cantꝰ. Oratibꝰ aplis deū vcisse nunciāt. Cassio sup ps. Oratio serenat cor abstrahit a terrenis: mūdat a vicijs: subleuat ad celestia. reddit capacius et dignꝰ ad spūalia bona accipienda. Terciū est ieiuniū. Unde apostoli credunt tali tpe ieiunasse. scdz illud Math. ix. Nunq̄d possunt filij sponsi lugere q̄diu sponsus est cum illis venient aūt dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabūt. Unde laudabilis est consuetudo eoꝝ q̄ aliquā spālez abstinētiā faciunt hoc sacro tpe

mori. Joh. iiij. c. Sciendum quod sicut hõ morit corpaliter: sic etiã et spũaliter. Unde in presenti sermone: tria sunt dicenda. Primo quomodo homo moritur in anima. Secũdo quomodo mors corporalis et spũalis comparantur adinuicẽ. Tertio exemplum. ¶ Circa primũ sciendum quod progressionẽ mortis criminalis ipsius anime possumus accipere per similitudinẽ mortis corporalis. corpaliter enim moriens. Primo incipit infirmari. Secũdo febricitari. Tertio agonizare. Quarto mori. Quinto inuolui sive velari. Sexto exportari. Septimo tumulari. et sic fit per omnẽ modũ morientib in pctis. Primo qñ hõ corpaliter incipit infirmari. tũc distempat i natura: sic quod nõ habet appetitũ et saporẽ cibi neque potus: sic aia pmo infirmat et distẽpat. et hoc fit in pmis motib et suggestionib cũ delectatione: tñ sine cõsensu. Secũdo aũt oportet morientẽ febricitari. nullus enim ex pdicta infirmitate morit nisi eadem infirmitas amplius inualescat. Cum enim hõ infirmus se sentit ex vicijs ipugnari grauit intantũ vt totũ corpus incendat. iam sentit quod infirmitas creuit: et accessiones sive adustiones viciorum. quãdiu tñ ibi psistit nequaquam morit: sed necesse e quod si mori oporteat vt amplius pcedat. Tertio hõ ad moriẽdũ se disponẽs incipit agonizare. quod pingit cũ vicii importunitate tẽpta

tienus mutare incipit: et deliberare quod velit et quod faciat: unde in parte vult et in parte non vult. Et ibi ratio sic luctatur cum sensualitate: ut ratio modo vincat: modo vincatur. Hec luctatio indicat id est quod agonizare et ad mortem festinare. Quarto eius tandem hac in malicia certe tunc homo ex importunitate impugnationum viciorum vincitur dans manus hosti. hic ut consentiat in peccatum. iam et hoc ipso exalat spiritum et statim mortuus est homo iste. qui cum consensum peccato dederit deum quod est vita anime euolat: et animam mortuam dereliquit etiam si peccatum adhuc actualiter non est subsecutum. Unde dicitur in decre. In malicia voluntas proprie reputatur. de pe. dis. i. Omnis. Propter quod dicitur Thob. iiij. Caue ne aliquando peccato consentias. Quinto pannis inuoluitur et velatur. sic quod iam victus peccato consentit et opere ipsum perpetrat. sed tamen occulte: quia adhuc de perpetratis criminibus erubescit. Sic occultabat adam peccatum suum cum interrogatus a domino dixit. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno et comedi. Similiter eua occultauit cum interrogata fuerat dicens. Serpens decepit me. Sic dauid occulte perpetratum adulterium abscondere nitebatur cum mitteret pro uria et veniret et intraret domum suam et dormiens cum uxore conceptum crederet esse suum. Cui dixit deus per nathan prophetam. Tu fecisti abscondite. ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis israel et in conspectu solis. Sic etiam dicit dominus cuilibet peccatori qui iam celat peccatum suum. Naum. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua: et ostendam in gentibus nuditatem tuam. Quod continget in extremo iudicio domino secreta cordium reuelante. Sexto mortuus pannis inuolutus exportatur. Sic peccator occultis peccatis crebrius repetitis in peius prolabitur: ut audacter peccare incipiat etiam in aperto. sic quod de his nihil penitus erubescat. sed magis gloriatur in malicia: ut sit de numero illorum de quibus dicitur Prouer. ij. Letantur cum malefecerint. et exultant in rebus pessimis. quorum vie peruerse sunt et infames gressus eorum. De quibus dicitur Jere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. Septimo tumulatur cum longa consuetudo et assueta mala capecandi trahit in habitum. intantum quod etiam peccare desiderat. et nullum habeat motamentum. Et cum omnia impugnant a conquiescit affectus volendi nunquam in talibus recedat: et sic obstinatur et indurat ne conuertatur. Thren. iij. Lapsa est in lacum vita mea: posuerunt lapidem super me.

Quantum ad secundum sciendum quod nouem sunt signa per que cognoscitur infirmus utrum cito moriatur corporaliter. Sic similiter cognoscitur de homine spiritualiter. Primum signum est quod qui considerat faciem infirmi: qui si omnino dissimilis est respectu status sanitatis signum est mortis. Sic spiritualiter si exemplum malum prebes proximo. scilicet colorando faciem tuam ut possis proximum allicere ad malam concupiscentiam. signum est spiritualis mortis. Et talis est occisor proximi: et reus omnium animarum que per suam pulcritudinem alliciat ad malam concupiscentias. Unde Gregorius in moral. Tot mortibus dignus est: quot exempla prauitatis in posteros relinquit. Et tales qui per malum exemplum dant occasionem aliis peccandi sunt maledicti a christo. ut habetur Math. xviij. Ue homini per quem fit scandalum. Et talis reus erit omnium peccatorum que alii ex suo malo exemplo committunt eum imitando. et inde pena eius semper augmentabitur a quolibet qui eum in talibus sequitur usque ad diem iudicii. Sed qui tunc scandalizare proximum in verbis in moribus. et in factis est signum boni coloris in facie sua et signum vite. Et talis qui prebet bonum exemplum proximo multum diligitur a christo. et quotquot eum imitantur in hoc bono exemplo tot gaudia accidentalia habet in celo. Unde Cesarius. Quantis exemplum vere humilitatis et perfecte charitatis ostenderis: cum tantis et pro tantis eterna premia possidebis.

Secundum signum est si infirmus vigilat et lucem odit et homines fugit: et faciem abscondere nititur signum est mortis corporalis. Sic spiritualiter si quis fugit lumen apertae predicationis: sic quod non potest audire veritatem et verbum dei signum est mortis spiritualis. Si quis autem libenter audit verbum dei et veritatem. signum est vite spiritualis. Unde christus dicit in euangelio ut habetur Jo. viij. Qui ex deo est verba dei audit. propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Tertium signum est si infirmus stridet dentibus in acuta passione: et est antiquus nec hoc non ante facere consueuerat. vel infans respirare incipit tunc cito moritur. Sic spiritualiter si quis est iracundus et impatiens et cum verbis maledictis et iracundus proximum offendit. signum est mortis spiritualis. Unde apostolus. Neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. Sicut sunt illi iracundi cum quibus nullus concordare potest qui viuit cum proximis suis in hoc mundo sicut dyabolus propter ipsorum viuit cum damnatis in inferno: quem nullus pacificare potest. Et tales iracundi habent duplicem infernum. scilicet in presenti par et in

et in futuro penã dãnationis eterne. Unñ Je
re. v. Servietis dijs alienis qui nõ dant vo
bis requiẽ die ac nocte: sic econverso pacifici
sunt filij dei et tabernaculum altissimi. P. sal.
In pace fact⁹ est locus eius. Quartũ signũ
est si nasus cõtrahit: et si labia cõtrahunt. sig
nũ est mortis corpalis. Sic spũaliter si quis
raro aperit os ad laudandũ ad regratiandum
deo: sed poti⁹ ad blasphemandũ et ad iuran
dum est signũ malũ. Unñ oẽs blasphemi hñt
signũ mortis eterne: sed ecõverso illi qui deũ
laudãt et ei regratiant̃ de suis bñficijs. vt di
cere possint cũ ps. Bñdicã dño in omni tpe
semp laus ei⁹ in ore meo. Quintũ signũ est
si infirmus habet linguã siccã et nigrã pustu
las in lingua. hoc est signũ mortis corpalis.
Sic spũaliter si qs habet linguã mendacem:
signũ est mortis spũalis. Unde scriptum est
Os qđ mentitur occidit aiam. Nam mẽdax
lingua est q̃si falsa moneta q̃ nõ valet nisi ad
ignem. Sic ecõverso si hõ est verax in verbis
suis est signum vite et salutis. Psal. Ecce eñi
veritatem dilexisti ꝛc. Quia ipse xpũs est via
veritas et vita. Sextum signum est si sternu
tationẽ nõ habet qñ piper vel ellebor⁹ intro
mittitur in nasum infirmi. qđ tñ simplices facere
nõ debẽt. alioqñ infirmũ graviter ledere pos
sent. et est signũ malũ si non sternutat. Mo
do in sternutatione movet̃ totum corp⁹ hõis
ab intra et ab extra. Sic spũaliter si qs audit
vel cogitat de morte ꝑpria vel de iudicio ex
tremo: vel de penis inferni vel gaudijs celi et
nõ concutit̃ in seipso. signũ est eterne mortis.
Psal. A iudicijs eius ꝛc. Sic econverso si qs
audiendo vel cogitando ista predicta cõcutit
tur et movet̃ ad contritionẽ et ad penitentiam
signũ est salutis. Septimũ signũ est si sor
des aurũ q̃ naturaliter sunt amare vertãtur
in dulcẽ saporẽ: est signũ mortis corporalis.
Sic spũaliter si aliciũ est dulce audire detra
ctiones de ꝓximis: signum est mortis eterne.
Unñ Augu. Non accomodes aures tuas ad
percipiendũ verba detrahentis ne concipias
mortẽ in aĩa tua. Detrahenti eñi et audienti
vtrique esca est mors aie. Et vt brevius cõclu
dã. detractor et libẽs auditor dyabolum por
tant in lingua. Unñ etiã Bern. Detrahere aut
detrahentẽ audire qđ horũ dãnabili⁹ sit non
facile dixerim. Sic ecõverso si qs libenter au
dit bona loq̃ de ꝓximis: et ex fraterna chari
tate ꝯgaudet ipsis: signũ est vite. vñ. i. Job.
iij. Nos scim⁹ q̃m translati sumus de morte
ad vitã: q2 diligim⁹ frẽs. Octavũ signũ est
si sudor et anhelit⁹ frigescat. et insuper man⁹
ipsi⁹ infirmi sũt frigide et falce signũ est mort
corpalis. Sic spũaliter si qs est frigidus et te
pidus in his q̃ sunt dei: et q̃ ad salutẽ aie per
tinẽt: et facilis ad ea q̃ corpis et mundi sunt.
Et insup si nec iniuste restituere curat: nec ele
mosinã potest de iuste acquisitis dare et ma
gna avaricia et cupiditate superflua: signum est
mortis eterne. Sic ecõverso si qs est agilis et
ꝓmptus ad ea q̃ dei sunt: et põt libere et spõ
te restituere res iniuste acq̃sitas et largiter ele
mosinã dare de reb⁹ iuste acquisitis: signum
est vite spũalis et eterne. Nonũ signũ est si in
firm⁹ nec dormire nec requiescere põt: sed iam
vult huc iam illuc: nec i vllo loco manere po
test: signũ est mortis corpalis. Sic spũaliter
si qs semp occupat̃ circa terrena et trãs. tota
die noctuque: sic q2 nec in dieb⁹ festivis cessat
a laborib⁹ et mercantijs suis: et intantum in
quietat cor suum: q2 raro vel nunquam cogitat de
deo et salute ꝓpria: signum est mortis spũalis
et eterne. Sic ecõverso si qs nollet quicquam lu
crari cõtra deũ: nec violare festa ꝓpter aliqđ
lucrũ tpale: et cõtentat̃ in his q̃ deus sibi ad
ministrat: et intendit eis vti ad honorem dei
et salutẽ ꝓpriã: signum est vite spũalis eterne.
R Quantũ ad tertiũ nota exemplũ de his
qui mori incipiunt. sicut fili⁹ reguli qui incipie
bat mori. Legitur in vitaspatrũ ordinis pre
dicatorum. q2 fuit in provincia anglie in cõvent
tu derbie frater quidã iuvenis valde devot⁹
ꝛc. Quere illud exemplũ supra sermo. ix. P.

De eadem dominica.

Rediditipe et do

minus eius tota ꝛc. Istum sermonem
de articulis fidei quos quilibet xpianus cre
dere debet. Quere infra sermone. cxlvi. B.

Dñica. xxij. ser. cxx. de idulgẽtia ad iunicos

Serve nequã om

ne debitum dimisi tibi: q̃m rogasti
me. nõne ergo oportuit et te misereri
conservi tui: sicut et ego tui misertus sum.
Math. xviij. Superi⁹ interrogavit petrus
ihm dicens. Dñe quotiẽs peccabit in me fra
ter meus et dimittã ei: vsque septies? Et rñdit
ihs. Non dico tibi vsque septies: sed vsque sep
tuagiesseptiens. Et ponitur ibi numer⁹ deter

minatus pro numero indeterminato. i. quotiens peccabit totiēs dimittite ei. Unū in pñti sermone tria sūt dicēda. Primo q̄ sunt ista q̄ debent nos inducere ad indulgendū inimicis nr̄is. Secundo qualiter tenemur indulgere inimicis nr̄is. Tertio exemplū de eodem.

¶ Circa primū sciendū q̄ quinq̄ sūt que debent nos inducere ad indulgendum inimicis nr̄is, etiā quantūcūq̄ grauiter nos offenderunt. Unde q̄cūq̄ illa q̄nq̄ diligenter cōsiderat et ponderat non erit sibi graue inimicis suis indulgere. Primo eni debemus indulgere offensoribus nr̄is: vt peccata nostra nob a deo dimittantur. Nam tanta est differentia inter peccata nr̄a quibus deum offendimus: et inter offensam qua p̄ximus nos offendit, sicut inter decē milia talenta et centum denarios. Ut autem deus nobis multa et magna peccata dimittat, libenter debemus hoc paruū dimittere proximis. Unū Marc. xi. Cum stabitis ad orandū dimittite si qd habetis aduersus aliquem: vt et pr̄ vester q̄ in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nō dimiseritis: nec pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra. Lu. vi. Dimittite et dimittemini. Augu. de verbis apli. Unusq̄sq̄ talē indulgentiā accepturus est a deo: qualem et ipse dederit p̄ximo. Unū etiā petrus rauennen. O homo si sine peccato esse non potes: et vis semp dimitti tibi: semp dimitte. q̄ntū vis dimitti tibi tm̄ dimitte. quotiens vis dimitti tibi totiens tu dimitte. imo q̄ vis totum tibi dimitti totū dimitte. Unde Greg. in omel. Ille recte sui delicti veniam postulat: q̄ hoc qd̄ prius delinquit in ipso relaxat. Imo tanta posset esse offensa: et cum tanta charitate et patiētia indulgere posses q̄ deus oēm culpā tibi indulgeret. Grego. Qui in se peccanti clementer indulsit nullū peccati vestigiū in aīa eius remanebit.

¶ Exemplum de hoc legimus q̄ erat quidam miles qui occidit patrem alterius militis. et ille volens vindicare homicidiū patris nunq̄ potuit illum militem inermē inuenire: sed semper armatus incessit. Accidit autē in die parasceues q̄ idem miles incessit nudipes et sine armis. Tunc alius miles cum euaginato gladio occurrit ad ipm volens vindicare homicidiū patris. Tunc ille p̄sternēs se ad pedes alterius militis dicens ei. Ego humiliter supplico vobis propter illum qui hodie in cruce p nobis mortuus est: quatinus mihi ignoscatis quicquid cōtra vos feci occidendo vobis patrem vestrū. Et ille miles erexit eū: et p̄pter ihm crucifixū totū indulsit ei: et in signū recōciliationis osculatus est eū. Cum aūt ille miles in ecclesia cum ceteris hominibus osculari voluit crucifixum sicut mos est in illa die: tunc ihs in cruce amplexatus est eundē militē cū brachijs: et osculatus est eum corā oī p̄plo: et vox ab oībus audita est. Tu hodie p̄pter me indulsisti illi qui tibi patrem tuū occidit: et ego hodie indulgeo tibi omnia peccata tua. Et sic impletū est in illo milite illud dictū xp̄i. vt habet Luce. vi. Dimittite et dimittemini. Unū Augu. Multa sūt genera elemosinarum q̄s cū facimus adiuuamur vt dimittantur nobis peccata nr̄a: sed ea nihil est maius q̄ cum ex corde dimittimus qd̄ in nos q̄sq̄ peccauit. Sed indurati q̄ nolunt indulgere offensoribus suis nullo modo debent sperare indulgētiā suorum peccatorum etiam quantūcūq̄ cōterant vel cōfiteant. Unū Isido. de sū. bo. frustra deū sibi p̄pitiari querit: q̄ cito proximo placari negligit. Imo obstinatus et iracundus q̄ in rancore et inimicitia stant et nolūt indulgere illud qd̄ eis dimissum fuit reuocatur ab eis. Unū Greg. iiij. li. moral. Si hoc qd̄ i nos delinquit ex corde nō dimittimus. et illud rursum exigit qd̄ nobis iam p penitentiam dimissum esse gaudebamus.

¶ Secundo debemus indulgere io vt deus exaudiat orōnes nr̄as: et acceptet bona opa nostra. Ratio est: q̄ deus nullū bonū opus acceptat: nec orōnes exaudit q̄ diu q̄s stat in rācore: et nō vult indulgere. Augu. Qui nō vult dimittere fratri suo non speret orōnis effectū. Unde etiā Ambro. Si nō iniuriā dimittis ea q̄ tibi facta ē nō orōnem p te facis: sed maledictiōes sup te inducis. Itē nec opa bona etiā quecūq̄ sint illa: siue ieiunium siue elemosina: siue peregrinationes: siue castigatiōes corporis: et frequentatio ecclesiarū et missarum: et sic de alijs. Si eni tot bona opa quis oī die faceret quot sūt stelle celi: deus nullum eorum acceptaret. vnū Grego. Munus nō accipit si quis aīi discordia ab aīo repellat. vnū etiam Augu. in ser. de bto stephano. Nemo se circumueniat. nemo se seducat: q̄ vel vnū hoīem in hoc mūdo odio habet. quicq̄d deo in bonis opibus obtulerit totum perdet. Ergo recōciliari debemus fratri nr̄o si volumus vt deus acceptet nr̄a munera. Unū xp̄s dicit Math. v. Uade prius recōciliari fratri tuo: et tunc veniēs offe

sen inimicitiā. vñ Eccli. xxviij. Pena i. que tñ nō approbat altissim⁹. ¶ Tercio indulgere debes eo quod nō potes nocere primo nisi prius tibi maximū dannū īferas. s. aīam tuā occidendo. Ergo si ista dno predicta nō possūt te inducere ad ignoscēdū proximo. tñc illud terciū oīno te inducere debet quod sponte dimittas proximo eo quod nō potes te vindicare vbis eb/loquēdo sibi. iniurādo. maledicēdo. ifamādo. culpas eius publicādo zc. neq; i rebus. s. sibi furando. vel bona et fortunā ipius ipediēdo neq; etiā in psona eū percutiēdo vel vulnerādo nisi prius occidas propria aīam tuā. i. Joh. iij. Qui odit fratrē suū homicida ē. Glo. supple sui ipsius. Nōne stultus eēt q manū propriam ploraret: vt tunicā vel pallium proximi ledere posset? Adhuc magis ille est stultus q propter vindictā proximi occidit suā propriā aīā: q preciosior ē quod totus mūdus: et oīa visibilia q in mūdo sūt. Berñ. Totus mūdus ille precium vni⁹ aīe estimare nō pōt. Aug. Aīa oēm corporeā creaturā nature dignitate pcell. t. Itē aug. Maius ē dannū i amissione vni⁹ aīe quam mille corpor. Modo diligēter attēde an tibi expediat vindictā sup proximū expetere. siue i reb⁹: siue in fama: siue i corpe. et tibi ex hoc eternā mortē iterre. vñ. i. Joh. iij. Qui nō diligit fratrē manet i morte. s. corpis et aīe. Vñ augu. Vita aīe amor ē q non amat mortuus ē. ¶

Quarto ideo idulgere et diligere debem⁹ inimicos nostros: qz illa psecutio quā qs patit ab inimici pacīēter augmentat gliam et minuit sibi penā purgatorij. vñ ps. Supra dorsum meū fabricauerūt petōres. Glo. supple coronā eternā. Quō ergo potes odire illū q tibi tam vtilis est i augmētū meriti et glie. Nā maius bonū tibi ptulit ledēdo te vbo vel facto. si patiēs fuisti quam si tibi mille flo. enos imo vnum totū regnū dedisset qz eternā coronā tibi prepauit. et eternū excellit oē trāsitorū. Arist. v. phy. Finiti ad infinitū nulla ē proportio. Ergo quot iniurias patiēter sustinuisti. tot eternas coronas i celo meruisti. Insup penas purgatorij soluit. Et iō de⁹ pmittit malos viuere vt bonos cruciēt. vel vt puertant. Ergo quicquid tibi fit ab inimic. hoc totū deo offerre debes pro peccatis tuis in patientia cordis. Et possibile ē quod vna iniuria deleat tibi integrū annum pene purgatorij. Imo possibile est quod tante possēt esse iniurie et psecutiones: et cum tali paciencia posses sufferre eas quod oīs pena purgatorij tibi p illas dimitteret. s. et quod statim euolares ad celum. Ergo cū inimicus te psequit et maledicit tibi. Voce sufferre debes paciēter. et eo minus pmutabit tibi illā maledictōem i bñdictionē. ps. Maledicēt illi et tu benedices. Aug. Qui enī iniusta' ē et maledicat proximus et p maledictōe reddit. Et sic ē etiā de alijs iniurijs quas qs paciēter sustinet. Quito idulgere debes l. bēter. qz ex hoc deus et oēs sācti et angeli erūt tui amici. Eccli. vi. Verbū dulce multiplicat amicos. Aug. in ser. de sctō Stephano. Per amorē hois inimici efficieris amicus dei. imo amicus oīm sanctorum et angelorum sic quod nunquam aliqua mater in mundo intantū dilexit filium suū vnigenitū sicut vnusquisq; sanctorum et angelorū te diliget. si proximo ob amorem dei et ipsarum ignoscas. ¶ Quantū ad secundū sciendū quod quilibet tenetur quinq; modis indulgere inimicis si vult saluari. Primo tenens ex puro corde eis idulgere. sic quod non velis te vindicare nec vbo nec facto. sic quod nō odias inimicos nec optes eis malū ex ira vel rancore: vt dicere possis cum. ps. Si reddidi retribuētibus mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Sed qui sic stant quod gaudent de infortunio et dolent de psperitate inimicorum et rancore. et illi habēt corda dyabolica: quia sunt similes dyabolo qui dolet de bonis nostris: et gaudet de mal' nostris. Sic et isti rancorosi. Ergo sūt a deo maledicti. vt habetur Esaie. v. Ve qui dicitis bonum malū: et malū bonū. Unde queritur hic vtrum inimicis teneamus ex corde oēs iniurias dimittere? Rñdetur quod ex iniuria vel damno aliquo facto solent in eo consistit iniuria tria oriri. s. z rancor in affectu. signum rancoris in effectu. et accusatio iuris contra iniuriantem. Primū et secundū tenet homo statim dimittere sed terciū non tenetur illi: nisi ille satisfaciat scdm suū posse qz quilibet pōt exigere iusticiā et satisfactionē ab eo q sibi fecit iniuriam. sic tamen quod non odiat eū nec signum rācoris ei ostendat: sed solum exigat illud qd sibi iusticia dictat. p satisfactōe contra iniuriā sibi illatam. Unde dr in decre. Non tenetur offensus dimittere iniuriam nisi sit sibi satisfactū. xxiij q. iiij. Si illic. Sed ille q i corde retinet vindictam sup proximū est inimicus dei et filius eterne dānatiōis. Eccli. In tpe vindicte disperdet te. Secūdo indulgere et diligere inimicus debes sic quod nō velis p alios vindicari. exemplo

xp̄i carnis iniuriā cū discipul. sui vindicare vellent. vn̄ dixit reprehendendo illos. vt habet Luce. ix. Nescitis cuius spūs estis. filiꝰ hois non venit aias pdere: sed saluare. Vn̄ si haberes filiū vel fratrē vel cognatū et nō rogares vl iuberes eū vt te vindicaret: sz solū taciter admitteres. tunc eternā dānationē sic admittēdo incurreres. Apls. Digni sunt morte non solum facientes sed etiam qui facientibꝰ consentiunt. Ergo si quis haberet filium vl amicū qui eū p illatis iniurijs vindicare vellet: talis nullo modo debet admittere. alias reus erit. Tercio sic indulgere et diligere debes inimicū. vt nec p deū velles eū ledi. vel hic vel i futuro. Sed ɔtra hoc faciūt q̄ sup inimicos suos expostulant a deo vindictā. Cōtra quos dicit greg. Jubet deus vt diligat inimicꝰ: et tamē rogat deū vt occidat inimicū. Quisq̄s sic orat ipe suis ꝑcibus ɔtra ɔditorē pugnat. Ergo quicūq3 optas vindictā a deo sup inimicū. tunc tu dignus es q tibi illa vindicta eueniat et vera iusticia dei. Ergo q̄libet optare debet a deo suis inimicis veniā et grām i pn̄ti et gl'iam in futuro. vn̄ Mathei. v. Diligite inimicos vestros. bn̄facite his q̄ oderūt vos. et orate p psequētibꝰ et calūniantibus vos.

Quarto tenetur sic indulgere et diligere i inimicos: vt eis ɔmunia signa caritatis exhibeamus que et alijs hoibus ɔmuniter exhibemus. sicut loq. salutare. r̄ndere. ⁊ sic de alijs.

A Circa hoc q̄ritur vtrū sit de necessitate salutis q ꝙs spālia signa caritatis inimico exhibeat. Rn̄det' s'm sctm Tho. ij. q. q. xxv. Sicut homo tenet' i cōi diligere inimicū et nō in spāli. ita signa ⁊ effectus dilectōis q̄ in cōi ɔsueuerit ꝓximus exhiberi tenet' etiā inimicꝭ exhibere. puta cū aliq's orat p oibus fidelibus vel p toto pplo. vel cū aliqs al' q̄d bn̄ficium ipendit toti cōitati. tūc etiā hoc inimicꝭ exhibere debet de necessitate ꝓcepti. ⁊ ɔtra hoc facere ptinet ad liuorē vindicte. Vn̄ orare debemus p inimicis cū oramus p alijs. exēplo xp̄i q̄ in cruce orauit p suis inimicꝭ. Luce. xxiij. Pater ignosce illis q2 nesciūt q̄d faciūt. Nā religiosi tenent' in spāli orare p suis inimicis eo q sunt in statu ꝑfectōis. Sz seculares i cōmuni tenent' orare p suis inimicis cū ⁊ p alijs orāt. Sz si q's et i in spāli oraret p suis inimicis. ista orō esset deo valde accepta. ⁊ homini multū meritoria. Vn̄ Gre. Jlle preces suas multū valere facit. qui eas p inimicꝭ effundit.

Quinto tenemur indulgere et diligere inimicos sic q habeamus animū preparatū ad subueniendū ipsis in particulari. si in magna necessitate fuerint constituti. Verbi gratia. Vt si inimicus tuus erraret eundo in ꝓcepS. vel vt submergeret': et huiusmodi. debes sibi ꝓcauere et eum admonere si potes. alias reus esses sanguinis eius. Jtē etiā si fame periret' et huiusmodi. Unde Amb. Pasce fame morientē. si nō pauisti occidisti. Salo. Si esurierit inimicus tuus ciba illū. si sitierit potū da illi. Sciendū q est manifestū signū bonitatis et gratie cū quis diligit illū qui eū odit. et bonū optat illi q̄ sibi malū optat ⁊ benefacit illi qui sibi iniuriatur. Unde August. Jllud manifestum signū bonitatis est vt tuum quoq3 inimicū diligas et ei qui tibi malum vult. et si potest facit. tu semp bonū velis faciasq3 q̄d possis. Apls. Nulli malū p malo reddentes.

B Circa iam dicta sciendū q aliqui dicunt. ego non odio illum sed secū in pace esse nolo: et volo eū pmittere sua facta expedire. Et si obuiā venerit sibi tūc p aliā viam incedit: ⁊ si oportet eū preterire tūc oculos induat nec sinat sibi oculis eū inspicere. et si inspexerit eū. tunc facies eius mutatur ⁊ cor suū mouetur et infrigidatur sic q vix vno die vel duobus recuperare potest. si aliq̄n eū videre oporteat. Jnsup aliq̄ non vadūt ad domos aliquoꝝ nec loquunt' sibi mutuo ⁊c. Et omnia talia sunt signa rancoris cordis et nō caritatis. i. Joh. iij. Qui non diligit fratrem manet in morte. Qn̄ aūt talis indulgētia que solum fit ore et non corde non sufficit ad salutem ostendit Haymo sup Matheū. Nihil ꝓdest ore dimittere q̄ seruat iracundiā in corde. Unde Criso. in lib. de ɔpunctōe cordis. Si tantūmodo non ledas eum qui te lesit. auertis autem te ab eo. nec libenter eū vides. manet sine dubio rancoris vulnus i pectore. Jtē sciendū q tales indurati q̄ nolūt indulgere sunt in periculoso statu. q̄d sic ꝓbatur. Primo q2 nullius boni in ecclia participatione habent de qua dicit ps. Participē me fac deus omnium timentium te. Et ista participatio est eis multū necessaria. quia forte pauca per se bona faciunt sic q bene indigerent iuuari per participationem aliorum bonoꝝ ⁊c. O q miser est ille. qui participatione omnium missarum orationum et elemosinarum. ⁊ exercitioꝝ bonoꝝ omniū q̄ fiunt in tota eccle

sia ppter vnā iram vel vindictam vult carere
et priuari oībus bonis que sunt in celo et in
terra. propter inimicitias quas gerit contra
xp̄ianos. Secundo q2 nullū gaudiū in celo
in futuro partē habebit. Apoca.xxij. Foris
canes & venefici & impudici. Sicut enim nec
canes nec serpentes celum intrabunt: sic nec
rancorosus nec vindicatiuus celū intrabit:
sed cum demonibus & dānatis infernū possi
debit. vbi nullus ordo: sed sempiternus horror
inhabitat. C Tertio q̄diu vis inimica-
ris perdis omnia opera tua. Insuper amici-
tiam dei et beate virginis marie et omnium
sanctorum et angelorum. Unde sicut signa ire proxi
mis ostendisti: sic deus nunq̄ erit tui misereri
nec tu eū lete videbis: nec aliq̄ signa charita-
tis tibi ostendet: sed signa ire et vindicte. Lu
ce.vi. Eadem mensura qua mensi fueritis re
metietur vobis. Unde Criso. in li. de compun-
ctione cordis. Nunquid tu ita vis propiciū ti
bi fieri deū vt te nō quidem ledat. auertat tm̄
se a te et peccatorum tuorum memoriā teneat & vi
dere te nolit. Ergo qualem vis erga te deum
esse: talem te exhibere debes his qui deliquerunt
runt in te. Item sancti ostendunt irā sic q nec
beata virgo maria nec aliquis sanctorum deum
pro illis rancorosis et vindicatiuis orabit: nec
quicq̄ boni ipsis cōmunicare volunt de gau-
dus celi. Similiter & angeli in signū ire exibūt
et separabūt eos de medio iustorum: & mittent
eos in caminū ignis: vbi erit fletus et stridor
dentiū. D Sed si indulges. tunc deus et
omnes sancti & angeli erūt amici tui: & illā ami
citiā ostēdent. Primo in hoc q angeli in mor
te venient et ducent te cū honore et gaudio
in celū. Secūdo in hoc q xp̄s et beata virgo
maria & sancti & angeli aiam tuā lete et hono
rifice suscipient in celū: sic q nunq̄ aliq̄s rex
vel imperator cū tanto honore susceptus est ab
hoibus in hoc mūdo. Tertio in hoc q xp̄s ā
mentū suū et beata virgo maria et apli & mar
tires cōfessores et virgines tecū condiuident.
Unde Ansel. Unusquisq; intantum gaudet
de alterius gaudio quantū de suo proprio.
Quarto in hoc q xp̄us. btā virgo. pphe. apli.
martires. cōfessores. virgines. & angeli: & oēs
electi in celo regnantes tibi & honorāt te ppter
ea q ob amorē eorum indulsisti tuis offensori-
bus. E Sed quantū ad tertiū notandū
est exemplū de his q̄ nolunt indulgere suis
proximis. Legitur q quidā nobilis habuit fi
liū q̄ fuit castus. quē et pater eius multū dile
xit: q2 deo fideliter seruiuit. scilicet orōnibus:
ieiunijs: et elemosinis: et limina sanctorum
frequentando. pauperes. viduas. orphanos.
& pupillos defendendo: & multa bona opa fa
ciendo. Post oia ista seruicia sua mortuus est.
De quo pater multū dolens rogauit eum vt
sibi post mortē appareret: et ei meritū et sta-
tum suum insinuaret. Qd & deus admisit in
terrorem iracundorū et vindicatiuorum hoim.
Et ille filius patri post mortē apparuit dicens
Pater nō ores pro me: q2 damnatus sum: et
dixit sibi q esset in maximis penis. Et si tot
essent lingue quot in celo sunt stelle non pos
sent exprimere penā meā. Dixit ei pr̄. Nonne
fuisti castus: abstinens: nec vnq̄ aliquē ho-
mines spoliasti: nec nomē dei blasphemasti.
nec lusor: nec bibulus fuisti. quō dānationē
meruisti: cū tot bona opa in vita tua fecisti:
Et filius r̄ndit. Uerū dicis pr̄. Ego enī adhuc
virgo sum: nec aliquē hoiem spoliaui: nec vnū
denariū iniuste recepi: nec fui lusor: nec pota-
tor. et insup multa bona opa feci orando. ie-
iunando. vigilando. et corpus meū castigan
do. sed oīa ista seruicia & bona opa q̄ feci deo
oia amisi ppter irā & vindictā quā retinui i cor
de meo ꝯ hoīes q̄ me semel offenderunt: quos
amplius nunq̄ dilexi: sed vbicūq; potui semp
me i ipsis vindicaui. & ppter hoc solū vicio oīa
bona opa mea pdidi. & sic eternaliter dānatus
sum. Un Eccl. In tpe vindicte disperdet te.
In eadem dominica. Sermo. cxxxi. q no-
uem genera peccatorum puniuntur.

Tradidit eū torto

ribus quousq; redderet vniuersū debi
tū. Math. xviij. Sic q̄libet dānatus
tradit tortoribus. i. demonibus q̄ cū impetuū
torq̄būt. F Un sciēdū q nouē sunt gnā
peccatorum: quorum vnū semp magis et grauius
punietur alio. Primi sunt illi q̄ mala volūta
te peccant. s. cōsentiēdo ab intra ad peccata:
vel in delectationē peccati cū plena ratione.
Augu. sup Gen. Si nō ꝯsentiat ei qd libido
cōmouerit faciendū esse: et non discrepat ab
eo vita bona & gr̄a tanq̄ de paradiso expellit
hō. et iā peccati iputat ei etiā si nō cōsequatur
factū. Sed diceres. multe cogitatōnes mihi
incidūt. quō in illis a peccatis ꝯseruare me pos-
sum. Rn̄det q optimū remediū cogitationū
est nō consentire. et hoc stat in nr̄o arbitrio.

Sz q cogitatōnes nobis nō inadit. hec nō
est in nro arbitrio ⁊ in nra ptate. Un̄ Bern̄.
Demonū ē su ggestiones ingerere: ⁊ nostrū ē
illis nō ↄsentire. Nā quotiēs resisti.m⁹: totiēs
dyabolū supam⁹. angelos letificam⁹. et deū
honoram⁹. Bern̄. Pōt inimic⁹ excitare tēpta
tionis motū: sz in te est si volueris ↄcedere vl
negare ↄsensuz. Itē sciendū q̄ q̄ ↄsentiūt in
pctīs ⁊ stant in mala voluntate inimici sunt
dei oipotētis. qz libēter malefacerent si aude
rent vel possent. ⁊ sic voluntas ꝓ facto corā
deo reputatur. Un̄ dr̄ in decre. In malicijs
voluntas ꝓ ope reputat̄. de pe. dis. i. Omīs.
Insup est etiā q̄si mōstrū corā angelis dei q̄
hō habet malā volūtatē. Quia sicut corā ho
minib⁹ esset mōstru q̄ si mulier ↄciperet aial
irrōnale ꝓ hoīe: sic angeli mirant̄ q̄ ibi dya
bol⁹ moratur in corde ꝑ volūtatez malā vbi
de⁹ deberet morari ꝑ bonā volūtatē. Cōtra
quos dicit aplūs ad Ephe. iiij. Nolite locum
dare dyabolo. Et tales q̄ sic stāt in mala vo
luntate faciunt infernuz in corde suo. Nā vbi
cūq̄ est dyabol⁹ ibi est infern⁹. sic econuerso
vbi est de⁹: ibi est celū. Quia igit̄ dyabol⁹ ha
bet ibi domiciliū in corde polluto ꝑ malū cō
sensus ⁊ volūtatē. g̃ quodamodo infern⁹ ibi
est. Nā sic in inferno ē ignis: fetor: v̄mis: ⁊ te
nebre: sic ē in corde polluto ignis ardēns cō
cupiscētie. fetor luxurie. vermis remordēns
ↄsciētie: ⁊ tenebre obscurate intelligētie ⁊c̄.
Un̄ tales sunt inimici dei q̄ cogitant mala ⁊
vindictas sup ꝓximū et rancore quez hn̄t ad
ip̄m. Math. v. Ois q̄ irascitur fratri suo re⁹
erit iudicio. Itē q̄ hn̄t morosaz delectatiōnē
cū plena rōne. vl̄ etiā q̄ hn̄t volūtatē cōmit
tendi quodcūq̄ pctīn mortale. sic q̄ volunta
tē hn̄t illicite cōmedendi: vel luxuriandi. seq
bia exercendi. vindicandi. isti per talez malā
volūtatē vulnerāt xp̄m. Et sicut mala volun
tas displicet deo: sic ⁊ bona volūtas multuz
placet deo. Criso. super Math. Voluntates
bone sic suaues sunt apud deū: quēadmodū
odoriferi flores. Unde Bern̄. Regnū dei in
tra vos est qd̄ est hoc regnū sane liba volū
tas hoīs: ita se conformans diuine volūtati
vt nihil velit qd̄ sentiat vel sciat ei displicere

Secūdi q̄ adhuc grauī⁹ peccāt sūt illi q̄ ad
malā voluntatē verba addūt. ⁊ hi grauī⁹ pu
nis corrigētur ⁊ punietur. Verbi grā. Sicut
q̄ exprimat irā. inuidiā. ⁊ rancorē. quē in corde
gerunt ꝑ verba cōtumeliosa obijciēdo: et im

ꝓperādo ꝓximis defect⁹ et culpas eoꝝ: ⁊ fa
lsa grauiter i hoc deū offendūt. vn̄ Math. v.
Qui dixerit fratri suo fatue: re⁹ erit gehenne
ignis. eui⁹ tu ille re⁹ erit q̄ dixerit fur: adulte
rator: ⁊c. deceptor: et mēdax. tu fecisti h⁹ ibi
et hoc ibi. Siliter q̄ irridet v̄ba vel facta ꝓxi
moꝝ parui pendēdo ⁊ cōtēnendo eos. et etiā
q̄ ꝓferunt v̄ba scurrilia et luxuriosa cū quib⁹
mentes hoīm corrūpūt. Un̄ apl's. Corrupūt
bonos mores colloq̄a praua. Et platonis ma
loꝝ v̄boꝝ est attestatio mali cordis. Math.
xij. Ex abundantia cordis os loq̄tur. Tertij
q̄ adhuc grau⁹ punientur sunt q̄ ad cogitationes
⁊ ad v̄ba addūt praua opa. Verbi grā. Si q̄s
v̄bis minat⁹ est alicui peccat grauiter. sz cū ꝓ
ducit ad effectū ope ꝓcedēdo. i. verberādo: ⁊
vulnerādo ꝓximū adhuc grauī⁹ peccat. Si
mulier q̄ ꝓfert v̄ba luxuriosa ad ꝓuocandū
se vel alios grauiter peccat. sz si luxuriaz actu
ꝑfiat adhuc grauī⁹ peccat. et io grauī⁹ punietur. et
sic de alijs. Quarti sunt q̄ ex ↄsuetu
dine mala peccāt: illi adhuc grauī⁹ peccāt et
grauī⁹ punietur. Un̄ sciēdū q̄ ↄsuetudo pua
tria mala ↄfert. Primū est q̄ hoīem ꝓfundi⁹
dānat. Nā q̄ semel mortaliter peccauerit ꝓfū
de dānabit̄. q̄ bis vel ter ꝓfundi⁹. sed q̄ pla
res et ↄsuetudine adhuc magis ꝓfūde sub
merget. Un̄ misericordiā agit de⁹ q̄n aliquos
hoīes prauos in iuuentute moꝝ ꝑmittit: qz mi
nus puniū. Un̄ Amb. sup Lu. Melius esset
peccātib⁹ male agentib⁹ mori q̄ q̄ i peccatis
diu versent̄. Secundū est q̄ mala ↄsuetu
do vix deserit̄. Prouer. xxij. Adolescēs iuxta
viā suaz graditur: ⁊ cū senuerit nō recedet ab
ea. vn̄ Aristo. vij. eth. Difficile est resistere cō
suetudini q̄ assimilatur nature. Isidorus li. solil
loq̄oꝝ. Praui⁹ vsus vix aboletur. Un̄ Jere.
xiij. Si mutare pōt ethiops pellem suaz: aut
pard⁹ varietates suas: ⁊ vos poteritis bn̄ fa
cere cū didiceritis malefacere. Ex q̄bus v̄bis
habetur q̄ habituati in malo vix pn̄t muta
re malū habitū ⁊ ↄsuetudinē. ergo q̄ a princi
pio in delicijs nutritur vix postmodū efficiē
abstinēs. ⁊ q̄ est supb⁹ vix erit humilis. ⁊ q̄ est i
luxuria ↄsuet⁹ vix erit cast⁹. Siliter q̄ assuet⁹
est iurare ⁊ blasphemare. ergo tales vix pn̄t
istā malā ↄsuetudinē ex toto postponere: nisi
mediante spāli grā dei. ꝑ pn̄. Decimatet o des
tre excedi. Un̄ quicquid predicat̄ nihil in ala
quib⁹ ꝑficit. Ro est. qz habēt consuetudinez
peccandi. Unde Aristo. x. ethi. dicit. Non est

facile hoies ex antiqua ꝯsuetudine trãsmutan-tur ꝑ somniens qꝛ scd'z eundẽ Arist. i ethy. Cõsuetudo est altera natura. V Uisigitur quō quis possit malã ꝯsuetudinẽ emēdare. Respondetur ꝙ successiue oportet malã cõsuetudinem emẽdare et nõ subito. vñ Arist. de regi. ꝓnaꝑũ dicit. Mutatio ꝯsuetudinis nõ erit subita sꝫ successiua. Unde legimus tale exemplum. Qđ fuit quidã nobilis cardinalis, quẽ btūs bernardus rogauit vt ageret penitētiã q nõ acquiescebat ei. Cui btūs Ber. ait. Si nõ vis facere pacẽ cũ deo. saltẽ facias treugã. Et ille. Quõ. Rñdit. Abstine tribus diebus ob celeste ꝑadisum ob amorẽ dei. Et sic fecit. Hic expleto' venit btūs bernar. Modo alijs tribus dieb' abstine ꝑ amore btē ꝟginis Marie. Qđ etiã fecit. Post hoc alijs tribus diebus abstinuit ꝑ amore apostolorũ. Et iterum post tribus ob amorem martirum. Et tunc tribus ob amorẽ confessorum. Deinde ob amorẽ ꝟginum. Et post ob amorẽ angelorũ. Et oibus his factis cardinalis dixit beato ber. Nolo modo treugam facere: sed pacem. Leue eñ mihi est de cetero abstinere. Et sic malã consuetudinẽ postposuit. et postmodũ vitã in bono finiuit. I Tertiũ malum est ꝙ consuetudo mala facit magna peccata parua aut nulla estimari. Unde aug. in enchiridion. Peccata quãuis magna et horrenda cũ in consuetudinem venerint. aut parua aut nulla esse credunt. Unde etiã dicit Gre. Hoc erit consuetudini licitum qđ ratiōe constat esse ꝓhibitum. Hoc sic ꝓbatur: qꝛ plures dicũt licitũ esse ante carnisp̄uium choreare. gulose viuere. eo ꝙ sit ꝯsuetudo secali hijs diebus sic viuere. Similr aliq credunt licitũ esse superbas vestes deferre cum fassiis et longis caudis et manicas. Similr et habere angulos aureos vel argenteos et diuersa paria tunicarum et palliorum. Quare hoc: quia consuetudo mundi est. et tales sic excusando se in peccatis seipsos decipiũt: quia mala consuetudo peccatũ non alleuiat: sꝫ grauat. vñ dr i decret. Consuetudo mali inueterata q̃to diuturnior tãto periculosior. xxiiij. q. i. scisma. Ex quo patꝫ ꝙ illi seipsos fallunt q se excusando in peccatis dicũt. ante centũ annos hoies choreizauerũt: vel hoc vel illud fecerũt. Quib' rñdeo ꝙ ante centũ annos etiã hoies ad infernũ descēderunt sicut adhuc quotidie peccātes faciunt. vñ Isid. ꝓbat ꝙ consuetudo nõ excusat peccatũ dicens. Cõsuetudo autoritati cedat. ꝑ-uũ vsum lex et ratio vincat. K Quinto quidã adhuc grauius delinquũt et ꝯsequenter grauius puniẽtur sunt illi q ꝑ excusationẽ defẽdunt culpã suam. Pro quo sciendũ ꝙ hoies tripliciter excusant se in suis peccatis. Primo retorquẽdo culpam suã in ipsum deũ exemplo ade et eue. Unde cũ deus quereret ab adã cur comedisti de ligno de quo pcepi tibi ne comederes. respondit. Mulier quã dedisti mihi sociã dedit mihi et comedi. quasi diceret. Si nõ dedisses mihi vxorẽ pceptũ tuũ trãsgressus non essẽ. Et cum quereret a muliere dicẽs. cur hoc fecisti. Respondit. Serpẽs decepit me. quasi diceret. Si serpentẽ non creasses me minime decepisset. Et sic ambo excusauerũt se de peccatis suis retorquendo culpã suã in ipsum deum. Ambr. super ps. Malũ est peccare peius est in peccato ꝑseuerare: sed multo peius est defendẽdo se in deũ culpã refundere. Ergo ad satisfaciendũ ꝑ tali excusatione xp̄s cũ accusaretur corã pylato et herode nõ se excusauit sed velut ouis obmutuit. Sic adhuc quidã excusãt se et alios a peccatis dicẽtes. Deus sic voluit et ergo sic fieri oportuit. et tales grauiter peccãt q tenẽt fatũ. Cõtra quos dicit Ber. Absit inquit a fidelib' ꝙ eẽ fatum aliqđ dicant. Ergo qñ homo male moritur siue suspēdit siue cobustit. tũc tales qui tenẽt fatũ dicũt ꝙ sic oportuit fieri. qꝛ deus sic voluit et sic ordinauit. et ad hoc natus ẽ homo ille ꝙ talia facere et talia pati debuit. Hoc est ꝯtra bonorẽ dei loq. qꝛ de' q est sũme bonus nõ vult nisi bonũ. vñ Apls. Hec ẽ voluntas dei sctificatio vestra. ergo talia ascribi debẽt ꝓprie malicie ipsorũ hoim. et nõ diuine ordinationi: qꝛ deus dedit hoi liberũ arbitriũ ad faciendũ bonũ vel malũ. Ergo peccare stat i ꝓpria volũtate ipsius hois. vñ Eccl. xv. Apposui tibi ignẽ et aquã. i. bonũ et malũ. ad qđcunq volueris porrige manum tuã. Secundo excusant se aliqui per dyabolum dicẽtes. Diabolus vicit nos. Ista excusatio nihil valet. quia scḋm Greg. Debilis est hostis qui nõ vincit nisi volentem. Sic diabolus ꝑ mortẽ xp̄i victus ẽ et debilitat' ꝙ neminẽ vincit nisi volentẽ. vñ Aug. Non eñ diabolus cogẽdo sꝫ suadẽdo nocet: nec extorqt a nobis cõsensũ: sed petit. dat qdẽ ille ꝯsiliũ: sꝫ deo auxiliãte nrm̄ est eligere vel repudiare qđ suggerit. vñ Bernar. in ser. Põt inimicus excitare tẽptationis motum: sed in te est si volueris dare vel negare consensum. Qđ autem quidã se fallant et

excusant ꝑ dyabolū· patet ꝑ tale exemplum.
Erat q̄da puella q̄ trāsibat ad quoddā castꝝ
ad seruiendū ibi. Cui obuiauit diabol⁹ i specie
hoīs dicens ei. Quo tēdis? q̄ r̄ndit. Ad ca-
strū illud ꝑgo et ibi seruire volo. et ip̄e dissua-
sit dicēs. Tu postea lugebis si illuc ibis. Et
ista ꝑuipēdēs v̄ba sua illuc ꝑrexit. et postmo-
dū lapsa est in pctm̄ carnis et ↄcepit. tūc dn̄s
castri repul. eam de castro. ꝛ in via descendē-
do iterum obuiauit ei dyabolus dicēs ei. Vn̄
venis? et ip̄a. Dyabolus suasit mihi seruitiꝫ
illud in tali castro vbi cecidi et ↄcepi. Et iste
ꝑcussit eā ad maxillā dicēs. Tu mētiris. Ego
sum diabolus ꝛ dissuasi tibi hic in eodē loco
qn̄ ascēdisti ad castrū et noluisti adq̄escere mi-
hi. Ergo falso me inculpas cū ibi fuerit cul-
pa tua: et tua ꝑpria voluntas. Tercio excu-
sant se q̄ sunt coacti a dn̄is vel a parentibus
vel ab aliis hoībus. Cōtra quē excusationes
dicit seneca. Dimitte excusationē. q̄ nēo pec-
cat inuitus. Aug. Omne pctm̄ adeo volunta-
rium est q̄ si voluntariū non est pctm̄ nō est.
Itē augu. li. iii. de libe. arbi. Quis peccat i eo
qd̄ nullo modo cauere pōt. Cassio. sup illud
ps. Ad excusandas excusatiōes i pctis. Hoc
enim maximū ē vitiū quo laborat humanitas
vt post pctm̄ suū ad excusatiōes cōfugiat quas
si penitudinis se ↄfessione ↄsternat. qd̄ faci-
nus inter summa pctā ↄstat esse numeratuꝫ.
L Sexto q̄ adhuc grauius peccant sūt illi
q̄ gaudēt et iactant se de suis maliciis. Ber.
Quid est magis peruersum q̄ letari cū malefe-
ceris. et in rebus pessimis exultare. imo tale
gaudiū. s. in malis est stultoꝝ hoīꝫ. Prouer.
xv. Gaudiū est stulto facere stulticiā. imo est
gaudiū amentiū. hoc sic ꝑbat. Si laborātis
ad mortē rideret ꝛ gauderet: reputaret freneti-
cus. Peccās aūt mortaliter laborat ad mor-
tē ip̄ius aīe. Vn̄ dr̄ Eccl. ii. Risum reputaui
amentiā et gaudio dixi q̄d frustra deciperis.
Vere q̄ gaudet decipitur ꝑ ignorantiā stultus. Qꝛ
si aduerteret pctī maculā et dei offensam ꝛ eter-
nā penā fleret. Ergo xp̄s pōt dicere omnibus
tam in pctis exultantibus qd̄ dixit in die palma-
rū sup ciuitatē hierlm̄. qn̄ fleuit sup eam. vt
habet Luce. xix. Si cognouisses ꝛ tu. supple
fleres. Sic pōt dicere peccatorib⁹. O supbe si
cognouisses et tu ꝑpter humiliationē ꝛ suppli-
tionē tuā in igne infernali. supple fleres: ꝛ nō
gauderes i supbia tua. Silr̄ o gulose ꝛ ebrio-
se si cognouisses et tu esuriē et sitim et potuꝫ
infernalem. supple fleres. Et tu choreizans si
cognouisses quō ligatis manibus ꝛ pedib⁹
es mittendus in exteriores tenebras. supple
fleres. ꝛ sic de ceteris. Vt aūt ab istis malis
euadere possimus. nūc potī⁹ debemus h̄ fle-
re ad tp̄s: vt in futuro eternalr̄ cū deo gaude-
amus. Esa. xxii. Vocauit dn̄s ad fletū et ad
planctū ꝛc̄. In malis offendimus oēs que
emēdare debemus cū lacrimis ꝛ gemitu. Mat.
v. Btī q̄ lugēt ꝛc̄. ꝛ econuerso. Luce. vi. dicit
xp̄s. Ve vobis q̄ hic i mūdo gaudētis: quia flebitis. Ve vob
q̄ nūc ridetis. Hoc intelligit de his q̄ gaudet
et iactat se de malis suis. qd̄ heu iā ↄmune ē
in mūdo. Grec in mora. Sunt nōnulli q̄ neq̄
q̄ desistunt qd̄ faciunt: sed etiā laudare ꝛ defen-
dere nō desistūt ꝛ nunc dū defēdit culpa ge-
minatur. M Queritur vtrū gaudere et ia-
ctare se de malis suis sit pctm̄ mortale. Rn̄de-
tur q̄ sic. si illud in quo gaudes et te iactas ē
pctm̄ mortale. Vn̄ Eccli. xix. Qui gaudet in
iniq̄tate denotabitur. s. de nota libri vite o debi-
tur. qd̄ non fit nisi ꝑ pctm̄ mortale. Et gau-
dere in mūdo et i malis suis sit pctm̄ mortale
le ostēdit btūs grego. in omel. Sic est regnū
celoꝝ dicēs. Nemo pōt et hic gaudere cū hoc
sclo. et illic regnare cū deo. Et quo patꝫ q̄ si
vis in futuro gaudere cū xp̄o tunc h̄ nō debes
te iactare de pctō nec gaudere de malis sꝫ do-
lere et penitere de eisdē. Et ampli⁹ cauere ne
iterū ↄtra deū talia ↄmittas. vn̄ augu. i li. de
pnia. Ad agendā penitētiā nō sufficit mores
in melius ↄmutare: et a malis factis recedere
nisi etiā de his q̄ facta sunt satisfiat deo ꝑ
penitētie dolorē ꝑ humilitatis gemitū. ꝛ ꝑ ↄtri-
ti cordis sacrificiū. N Septimū q̄ adhuc
graui⁹ peccat ꝛ puniētur sūt illi q̄ alios docēt
peccare v̄bo et exēplo. Nā q̄ sic instruit aliquē
reus erit oīm pctoꝝ q̄ ille facit ex sua iforma-
tione v̄bo et exēplo. et illius pena augmenta-
bitur vsq̄ ad nouissimū diē. q̄ mala doctrinā
vel mala exempla post se reliquit. vn̄ Grec in
mora. Tot mortibus q̄s dignus ē quot exē-
pla prauitatis in posteros relinquit. Hoc illi
aduertere deberent q̄ nouas adinuentiōes in-
uenerunt in supbia vestium. s. longas caudas
capucia magna. scissuras in tunicis et capu-
ciis. Silr̄ qui choreas sortilegia. iuramenta
blasphemias inuenerunt. Silr̄ qui noua the-
lonea inueniunt. vel antiqua augmentat: vl̄ q̄
census et reddit⁹ aggrauant. Silr̄ mulieres q̄
nundinas in diebus festiuis instituerunt. q̄s

onis pred. cui sut rei oim peccatorum illorum qui isti sequentes eos faciunt. et tales grauiter deum offendunt. qui per suam malam doctrinam et malum exemplum animas a deo retrahunt quas proprio sanguine redemit. Unde Ber. in ser. Nonne tibi videtur grauiorem ab eo xpus sustinere persecutionem. qui suggestione maligna. exemplo pernicioso. scandali occasione ab eo peruertit animas quas redemit quam a iudeo qui sanguinem suum fudit. Unde xpus maledicit talibus qui prebent malum exemplum. Mat. xviij. sic dicens. Ve homini per quem fit scandalum. O Octaui qui adhuc grauius peccant. sunt isti qui ex presumptione. i. scienter, et pertinaciter peccant qui omnino intendunt dei iusticiam eneruare. et tales propterea peccant in spiritumsanctum. nam peccatum mortale tripliciter committitur. Primo aliqui peccant ex infirmitate: vt btus Petrus: qui ex infirmitate humana xpm ter negauit. et isti peccant contra patrem. Secundo aliqui peccant ex ignorantia. vt btus paulus qui ex ignorantia peccauit. Unde dicit de seipso. Ignorans feci. ideo misericordiam dei consecutus sum. Tercio alij qui peccant ex certa malicia non ex ignorantia qui bene sciunt et intelligunt hoc esse peccatum non ex infirmitate. qui possunt bene dimittere: sed peccant ex certa scientia. et hoc est peccatum in spiritumsanctum: et tales grauissime punientur. vnde Luce. xij. Seruus sciens voluntatem domini sui et non facit: plagis vapulabit multis. P Noni qui adhuc grauius peccant et puniuntur sunt illi qui peccant per desperationem: et hoc est grauissimum et pessimum et periculosissimum peccatum. quia impedit hominem a penitentia et a dei misericordia. Greg. Desperatio post lapsum non permittit exurgere. vnde Isid. de su. bono. Desperatio peior est omni peccato. Idem Isid. de su. bo. li. ij. Perpetrare flagitium aliquod mors est anime. sed desperare est in infernum descendere. Et autem desperatio grauiter deum offendit. patet per tale exemplum. Fuit quidam magnus peccator qui magis dolebat peccatum quam deum. De quo autem qui dolet de morte peccatoris longo tempore cum expectauit et penitentiam. Tandem infirmabatur: et cognati sui accesserunt ad eum rogantes et monentes eum vt corrigeret vitam suam malam et peniteret de peccatis suis. qui nullo modo hoc facere voluit: sed dixit. Impossibile est quod deus possit mihi gratiam facere: et peccata mea indulgere propter nimia peccata que feci et desperauit. Et post illa verba statim labia eius coherebant quod amodo non potuit loqui et priuatus est contritione et confessione et communione eucharistie et eternaliter damnatus est.

In dnica. xxiij. Ser. cxxxij. de dignitate aie

Uius est hec ima

go et superscriptio. Mat. xxij. Marci xij. Luce. xx. In verbis premissis docemur vt dei imaginem et superscriptionem in nobis custodiamus pro eo quod dr. Cuius est hec imago et cetera. Unde in presenti ser. tria sunt dicenda. Primo quot sunt dignitates aie. Secundo quod aliqui vendunt et aliqui perdunt aias suas. aliqui impignorant. et aliqui pro nihilo dant aias suas. Tercio exemplum. A Quantum ad primum sciendum quod nouem sunt dignitates anime. Prima dignitas est quod aia hois ad imaginem dei creata est. Unde Gen. i. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. De hoc quere supra ser. xxxij. S. Secunda dignitas aie est. quod quicquid habet corpus hoc habet ab aia. scilicet pulcritudinem: fortitudinem locationem motum. et sic de aliis. Ber. O corpus quam nobilem hospitem habes a quo oia habes. quod corpus hois oia habet ab aia. patet per hoc. quia cum aia recedit a corpore tunc corpus erit infirmum et difforme et vile cadauer: et perdit pulcritudinem. fortitudinem. locationem et motum. et erit quasi truncus imobilis qui seipsum omnino mouere non potest. Unde Arist. i. de aia. Egrediente aia de corpore corpus marcescit et expirat. Et hoc fit in morte cum aia separatur a corpore. Idem mors nihil aliud est quam recessus aie a corpore. B Tercia dignitas aie est quod precellit omnem creaturam corpoream. Aug. Aia omnem corpoream creaturam nature dignitate precellit. Ex quo patet quod vna aia preciosior est quam oia regna mundi. et omne aurum et argentum: et lapides preciosi aie comparari non possunt. vnde Ber. in li. meditat. Totus mundus ille precium vnius aie estimare non potest. Immo Aug. dicit. Si possibile esset infinitos esse mundos: vna anima adhuc preciosior esset. Hoc patet ex eo quod a christo ita care empta est. Unde aplus. Empti enim estis precio magno et cetera. Nam ex precio pensatur rei valor empte. Quia si quis emit rem aliquam pro centum florenis. signum est quod est res preciosa. Si autem emit pro mille. tunc adhuc preciosior est illa res. Modo in estimatione hominum nihil est preciosius sanguine xpi quia vna gutta sanguinis christi ex preciositate et dignitate precellit infinitos mundos. sed in estimatione christi anima hominis tam nobilis est quod comparauit eam sanguine suo cum vnum pro alio dedit. scilicet sanguinem suum effundendo ad redimendam animam hominis. Sed si infiniti essent mundi nec xpus vnam guttam

pro eisdem effudisset. sed propter animã hoi-
nis totum sanguinē suum effudit. ps. B-
rum tanq̃ testa virtus mea ṫc. Insup paratus
esset secūdario effundere sanguinē suū timo-
ri si necesse esset ante q̃ vna aia dānari debe-
ret et per vtutē ipsius passionis. C Quar-
ta dignitas aie est q̃ xp̄s angelos ad custodi-
am ipsius deputauit. Ber. in omel. Magna
dignitas aiaꝝ ē vt vnaqueq; ab ortu sue na-
tiuitat' in suā custodiā habeat angelū depu-
tatū. angeli enī custodiūt hoies in psēti vita
in omnibus locis et in omni tpe. Ergo scd̄m
Ber. In quouis diuersorio. i quouis āgulo
exhibe reuerētiā angelo tuo nec audeas illo
presente q̄ me vidēte nō auderes. Insup āgli
hoiem exeuntē de hoc mūdo pducūt ad vitā
eternā. ps. Angelis suis mādauit de te: vt cu-
stodiāt te in oibus vijs tuis. quo ad vitā psē-
tē. In manibus portabunt te ne forte offen-
das ad lapidē pedē tuū. quo ad futurā vitā
Vn̄ Luce. xvi. Mortuus est mēdicus: ꝛ por-
tatus est ab angelis in sinū abrahe. Quita
dignitas aie est. q̃ eā xp̄s magnis laborib'
acq̄siuit. q. trigīta ānis et vltra p eā i hoc mū-
do laborauit. vñ ps. In laborib' a iuuētute
mea ṫc. Nā xp̄s laborauit p aia hoīs discur-
rendo. pdicando. ieiunando. vigilando. fati-
gando. scd̄m. vt habet Ioh. iiii. Fatigat' et
itinere sedit supra puteū. Insup fleuit planxit
et nunq̃ risit. Vñ est scīendū q̃ vir sapiēs nō
multū dolet de amissione pecunie. Xp̄s autē
sapientia dei existēs p sacrum est et dicit se mul-
eam iam dudum plenam deus eternus dei fi-
lius in conceptione in vterum eius immittitur
ideo necesse est vt semper effluat in eternum.
Unde ipsa dicit. Transite ad me omnes qui
concupiscitis me et a generationibus meis im-
plemini. Et in signū huius tunc beata v̄go cō-
paratur collo, qz sicut collum est medium in-
ter caput et corpus, sic et ipsa est mediatrix in-
ter nos et deū. Itē ppter eminentiā et digni-
tatem, quia sicut post caput collū eminet om-
nibus membris, sic et ipsa post xp̄m eminet
omnibus sanctis. Item ppter administrati

onem. Sicut enim a capite mediāte collo descendunt omnia nutrimenta corporis. Sic a xpo per beatam virginem in nos venīūt omnia dona ꝛ beneficia que deus nobis cōfert. Nam ipsa est dispensatrix gratiarum ꝛ beneficiorū dei. Unde Augu. Maria hominibus multū tenetur. qꝛ per eos habet quicquid habet. qꝛ si nos peccatores nō fuissemus xpūs de ea carnem non suscepisset. Nos igitur sibi tenemur. qꝛ sumus per ipsam deo recōciliati. et ipsa nobis tenetur: qꝛ mater nostra et mater dei est effecta. Unde etiā Bern. Intuemini quanto deuotionis affectu a nobis eam voluerit honorari: qui totius boni plenitudinē posuit in Mariam: vt proinde si quid spei in nobis. si quid gratie. si quid salutis ab ea nouerimus redundare. Tertium quod facit mariam matrem nostram. est nostra miseria ꝛ indigentia et ipsius potentia. Est enim magna in potestate super omnes creaturas. ergo nobis data est in adiutorium et in aduocatam nostram apud filium suum. T Pro quo sciendum ꝙ beata virgo maria aduocat pro nobis tripliciter. Primo sanctitatis merito. Si enim merita aliorū sanctorū pro nobis ad deum intercedunt: multo forti9 marie merita que plenitudinē possidet meritorū. Item si deus vult misereri alicui homini ꝑpter merita alicuius sancti. quid tunc faciet propter merita sue sanctissime matris. Secundo aduocat pro nobis ardenti desiderio. Desideria enim sanctorum sunt intercessiones ꝓ nobis apud deū. Unde ipsa dicit Cant. i. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorē suauitatis. Nardus est q̄dā herba calida: et significat eius desideria inflammata que ad deum ascendunt: et gratum odorem sibi faciūt. Tertio aduocat pietatis signo. Legitur enim in hystoria scolastica. ꝙ antipater ydumeus apud imperatorē falso accusatus est. At ille eiectis vestibus cicatrices vulnerum ostendit que pro imperatore pertulerat dicēs. Ego me imperator nolo excusare coram te: sed illa vulnera que sustinui pro te testimonium perhibent de me vtrum ego diligo te. Quo videns imperator eum ad gratiam suam recepit. Istum modum aduocandi habet ipse xpūs et mater eius apud deum patrem. Unde etiam Bern. O homo securum accessum habes ad deum: vbi mater ante filiū: et fili9 ante patrē ꝛc. Pro quo sciendū ꝙ beata virgo maria tātā ꝯfidētiā habet de omni re quā ꝑcit. ꝙ etiā se exaudiri nō dubitat. Uñ dicit Aug. sup Joh. ꝙ q̄n in nupcijs dixit. Uinū nō hn̄t. Et xps rn̄dit. Quid mihi ꝛ tibi ē mulier: nōdū venit hora mea. Nō ꝑpter hoc dubitauit se exaudiri: sꝫ ꝯfidenter ait ministris. quodcunqꝫ dixerit vob facite. Ac si diceret vt ait aug. Licet negare videat̄ qð peto: tn̄ finaliter fili9 nō patiet̄ corā tot hoib9 astātib9 me ꝯfūdi: vt in mea petitōe erubescentiā habeā. Firmiter nāqꝫ credendū est. ꝙ q̄cq̄d petierit mater a filio suo hoc sibi rn̄deat qð salomon rn̄dit matri sue dicens. Pete a me mater qð vis: neqꝫ enī phas est vt auertā faciē meā a te. U Uñ sciēdū ꝙ post xp̄m ad nullū sanctorū tantā cōfidentiā habere debem9: sicut ad beatā virginē que est mater oīm nostrū. Uñ Fulbert9. Constat ꝙ maria iustis ꝛ peccatoribus fideliter inuocantibus presto est ꝛ nunq̄ eis opitulari desistit. Enso. O dulcis virgo nō est phas te posse illū deserere: q̄ suā spem fiducialiter in te ponit. Uñ etiā Bern. Ille solus a laude virginis marie taceat: qui eam semel inuocatā in suis necessitatib9 ei9 auxilio sibi senserit defuisse. X Quantū ad quartū nota exemplū in quo cognoscere poteris fidelitatē ꝛ bonitatē v̄ginis marie. Uñ scribit Uincentius in speculo hystoriali ꝙ duo nobiles. s. vir ꝛ vxor erant rome carētes prole. Qui tandē ieiunijs: orōnib9: ꝛ elemosinis a deo prolē obtinuert. castā vitā deinceps ducētes. Uir post pauca ꝑegrinat̄ et morit̄ in ꝑegrinatōe. Mulier delicate nutrit infantē noctib9 singulis a pueritia locās eū secū in lectū. Qui virili etate succedēte matrē ꝓpriā impḡnauit. Que tn̄ a ieiunijs orōnib9 et bonis opib9 nō desistebat. Et occultabat se ne q̄s eā impḡnatā cognosceret. adest dies part9. Que cū dolore occulte peperit. ꝛ pre ꝯfusione humana infantē strāgulauit ꝛ in cloacā ꝓiecit. Quā cū dyabol9 i aīa sic captiuā teneret nitebat̄ eā ꝯfūdere. Uñ spēm clerici assumēs romā intrat dicēs se notariū in scripturis valde illuminatū fore. Scire se etiā furta inuenire ꝛ alia occulta cognoscere. et hec oīa sagacis ꝓbauit. Nā dyabol9 p̄terita bn̄ cognoscit. Captaqꝫ oportunitate coram imperatore et senatu. mirabile inq̄t ē ꝙ roma tota nō est diu cōsumpta ꝑpter detestabile facin9 in ea perpetratū. Stupent oēs. Dyabol9 nō factum narrat: ꝛ mulierē ex nomine designat.

At illi falsum dicis. Hec est enim mulier boni testimonij et laudabilis vite. et speculum virtutum. Ait ille: Sciebam quod non crederetis mihi. Uocetur illa et examinetur: si confessa et conuicta fuerit comburatur. Si non ego comburar. vocatur femina ad palaciu. ore assurgit. et ponitur in throno iuxta imperatorem qui iudicat ei de factis et dictis noui prophete et quod eam accusaret in quibusdam que incredibilia viderentur. Iubetur vt se expurget vel fateatur. At illa ait. Salamon docet omnia debere fieri cum consilio ideo inducias peto vt pro me responsalem. que mulier sum procurem. dantur inducie. Papam illum tunc presidem adijt. lachrimis veniam petijt. confessionem cum amaritudine fecit. petens sibi penitentiam quantumcunque vellet iniungi vt tantum in anima non periret. Papa consolatur flentem proponens ei negationem petri. peccatum magdalene. et latronis vtrisque dimissum moneta ne desperet. sed beatam virginem adiutricem inuocet: dans spem quod per eam modis omnibus liberetur. Sed quia breue tempus habes dic ymnum Pater noster pro omnibus peccatis tuis. Confortatur mulier. inuocat virginem mariam die statuta intrat consistorium. Assunt principes cum imperatore. mulier in medio locatur. notarius vocatur vt accuset ream. Intuitusque eam non cognoscit: dicens non esse illam incestuosam. Et imperator. Unde illa est quam ante accusasti. Respondit notarius. Ego nullum malum cognosco in ea. Quomodo auderem malum loqui de ea cum video matrem dei circa eam stantem et illam protegentem. Ad hanc vocem omnes stupent: et se signo crucis signant. et statim dyabolus disparuit. Femina honoratur ab imperatore et ab omnibus principibus. Et deo et gloriose matri sue omnes gratias et laudes referunt qui sic saluat sperantes in se.

¶ Quare dies sabbati dedicata est marie virgini. Sermo. cxxiiij.

Notandum quod

sicut dies dominica dedicata est resurrectioni: et sexta feria passioni. Sic dies sabbati dedicata est gloriose virgini marie. et hoc multiplici ratione. A Prima est. quia passio sanctorum consueuit in aliquo die celebrari. Beata autem virgo et si non est passa martirio carnis: passa tamen fuit martirio mentis. iuxta illud Luce. ij. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. supple doloris. Et istud martirium fuit in ea continuatum in tota sexta feria: et in sabbato sequenti. Sexta autem feria dedicata est martirio filij. et ideo sequens sabbatum dedicari debuit martirio matris. Secunda ratio. quia sicut in die sabbati deus requieuit ab omni opere suo. Sic christus intrans marie vterum requieuit et venit in eius ventrem et mentem. In nullo enim sancto spiritussanctus requiem plene habuit nisi in christo et virgine maria. quia in alijs sanctis habuit aliquid repugnans: saltem peccatum veniale. In christo autem et virgine Maria nihil repugnans inuenit. et ideo perfecte ibi requieuit. Tertia ratio est: quia deus diem sabbati benedixit. Sic beata virgo ab omnibus fuit benedicta. Nam pater elegit eam in filiam et filius in matrem: et spiritussanctus in sponsam. Et ab angelo est benedicta: qui eam salutauit. et a toto mundo: qui eam veneratur et laudat. Quarta ratio est: quia sabbatum est medium inter diem gaudiosum. scilicet diem dominicum et penosum. scilicet sextam feriam. sic ipsa est mediatrix inter deum et homines. Quinta ratio est: quia in die sabbati tota fides perijt: et in sola virgine remansit. et ideo sibi hec dies merito dedicata fuit.

Sequuntur exempla

de beata virgine. B Nota exemplum quomodo beata virgo maria iuuat hominem in vita. Legitur in dyalogo Cesarij. quod fuit iuuenis quidam cui pater moriens multas diuitias dimiserat: qui intantum studebat torneamentis et vanitatibus huius mundi. in vestibus et in equis: quod omnia bona sua effudisset. et cuidam militi iuxta se morantj multa vendidisset: et loco pignorum exposuisset. Ille tandem voluit recedere de terra sua. Sed quidam villicus suus videns eum tristem ait. Domine quare estis tristis: vultis diues fieri? Respondit. libenter vellem si cum deo possem habere diuitias. Respondit villicus. Sequimini me et bene erit vobis. Et statim dominus secutus est suum villicum.

Qui duxit eũ p quoddã nemus in locũ palu-
strem vbi cepit loqui cũ diabolo villicus. Ter-
ritus dñs quesiuit eum cum quo loqueretur
R͂ndit cum diabolo. Et iuuenis plus timuit
Et ait villicus dyabolo. Adduxi vobis bo-
minẽ nobilẽ supplicans vt eum antiquis di-
uitijs restituatis. Cui dyabolus. Si voluerit
mihi esse deuotus dabo ei diuitias et hono-
res. super omnes cognatos et vicinos suos.
R͂ndit villicus. Libenter erit vobis obsequio-
sus et fidelis si habuerit ista. Cui dyabolus.
Oportet eũ abrenunciare altissimo. Qđ cum
iuuenis renueret: dixit villicus. Quid times
pferre vnum ṽbum: dicere abrenũcio. Tan-
dem iuuenis seductus suasu villici abnega-
uit altissimum. Cui dyabolus. Adhuc opus
imperfectũ est. etiam abrenunciare debet ma-
tri altissimi. Illa est enĩ que maxima damna
nobis infert. Quos enĩ filius per iusticiam p-
dit. mater per miam et indulgentiam addu-
cit. Ad qđ iuuenis multum expauit. et turba-
tus supra modum respondit. Hoc nunq̃ fa-
ciam. Quare inq̃t villicus. fecistis qđ maius
fuit. facite nunc qđ minꝰ est. Abnegastis crea-
torem. abnegate nunc ⁊ creaturã. Et ille. Nũ-
q̃ eam negabo. et si deberem perpetue men-
dicare. Et sic imperfecto opere redierunt. In
itinere aũt venerunt ad quandam ecclesiam
semiclausam in quã iuuenis exiliens de equo
intrauit. equũ committens villico. et añ ostiũ
introitꝰ. pstrauit se ante altare beate virginis
Marie tenentis filium in vlnis. et cepit eã in-
uocare ex intimo corde. erat aũt super altare
ibidem imago ipsius virginis Marie puerũ
Jesum in sinu habens. Et ecce mentis ipsius
pclarissime stelle maris vetus lucifer oriri ce-
pit in corde supradicti adolescentis. Tandẽ
enĩ ei dñs ppter honorem matris quam non
negauerat donare dignatus est contritionẽ
vt pre fletu rugiret. et pre planctu ecclesiã da-
moribus impleret. Eadem hora supuenit mi-
les supradictus qui bona sua in vadio habe-
bat. Et videns ostium ecclesie apertũ putãs
ibi diuina celebrari solus intrauit. inueniens-
q̃ coram altari iuuenem bene sibi notũ lacri-
mantem. et putans q̃ defleret suam pauper-
tatem. retro quandam columnam secessit la-
tenter rei exitum expectans. Cumq̃ instanter
inuocaret beatam virginem iuuenis ⁊ nõ au-
deret inuocare deum altissimũ quem negaue-
rat vtroq̃ audiente. Beate virginis ymago

locuta est filio suo quem tenebat in vlnis he-
c verba. Dulcissime fili mi miserere huic ho-
mini. Puer vero matri nihil respondit. et fa-
ciem ab ea auertit. Cumq̃ iterum rogaret fili-
um pro homine. puer vertit matri dorsum di-
cens. Homo iste me negauit quid ei faciam
Post hec ṽba ymago btẽ Marie virginis sur-
rexit. puerũ iesum sup altare posuit. eiusq̃ pe-
dibus pna se pstrauit. et ait. Rogo te fili mi
vt ppter me dimittas peccatũ. Mox infãs
matrem eleuans. r͂ndit illi. Mater nunq̃ ti-
bi aliquid negare potui. ecce ppter te totum
dimitto. Surgensq̃ iuuenis exiuit de eccle-
sia tristis q̃dem de culpa sed hilaris de indulgẽ-
tia. Exiuit quoq̃ post eum supradictꝰ miles
latenter et quasi rem ignoraret quesiuit qua-
re tam humidos oculos haberet. Respondit
de vento est. ⁊ ille. Dñe nõ me latet causa tri-
sticie vestre. Habeo vnicam filiam si vultis eã
ducere in vxorem omnia vestra vobis cũ illa
reddã et restituam. Insuper ⁊ diuitiarũ mea-
rum heredem vos constituam. Ad hec iuue-
nis letus effectus r͂ndit. Si hoc facere digna-
remini plurimũ mihi placeret. Reuersus ita-
q̃ miles ad vxorem suam rem ei per ordinem
retulit. consensit illa. Celebrãtur nuptie. Iu-
ueni sub nomine dotis omnia bona sua resti-
tuuntur. Et iuuenis iste postmodũ omnibus
diebus vite sue regratiabatur beate Marie
virgini. et ei fideliter vsq̃ ad mortem seruiuit
qz per eam meruit remissionem peccatorũ.
insup etiã psolationẽ tpalium bonoꝝ. C

Itẽ nota exemplũ in quo cognoscere pote-
ris quõ beata ṽgo Maria subuenit homini
in morte. Quare merito sabbatis diebꝰ glo-
riosa virgo a quolibet homine deuote est ho-
noranda. Legitur in dyalogo cesarij q̃ in vi-
cinia ciuitatis Tridentine silua est in qua la-
tro nominatissimus versabatur: a quo multi
depredabantur. Et qui se defẽdere voluerũt
nec potuerũt occidebant. Hic cũ die quadã
monachũ quendã ordinis predicatoꝝ obuiũ
haberet. sperans q̃ pecuniã haberet et porta-
ret. ait. Nisi volũtarie me sequaris occidam te
Quẽ cũ monachus seq̃retur et quereret i via
quis esset vel quid operis haberet. respõdit.
Ego sum ille famosus latro nomẽ suũ expri-
mens. Cui cum monachus diceret. Iã incipi-
tis canescere ⁊ nõ timetis periculũ anime ve-
stre. respondit nõ plus q̃ pecus. ⁊ tacuit mo-
nachus. Veniens aũt in speluncam illiꝰ ait.

intra se, si possem hunc hominē puertere magnū prestarem deo obsequium. Dixitq; ad latronē. Si licet mihi aliqd interrogare vos. Rn̄dit ille. licet. Monachus. ubiuit qualis erat vita vestra a principio. Rn̄dit ille pessima. Quando puer erā cum oībus socijs meis ptendebam. factus adolescens furtis operā dedi, deinde in virum proficiens latrocinia exercui in quibus adeo pfeci vt hodie caput et magister sim omniū latronū huius puincie. Ad quē monachus. Nunqd non timetis penas eternas huiusmodi operibus pparatas. Dicit ille. De aīa mihi nulla questio est. qr pdita ē. Monach9 rn̄d. e. qd si possem vobis ostendere viam salutis. velletis mihi acquiescere an non? Ait latro. etiā consentiem. Et ille. Jeiunate vnū diē ī ebdomada in honore sancte dei genitricis: et nullum eodem die ledat, et ipsa p certo q grām apud filiū suū obtinebis. Rn̄dit latro. Vere vera faciā hec etiā voueo q nihil eodē die comedā, nullū depredabo. nullū ledam. Elegitq; diem sabbati nihil in illo mali operans, imo plurimos de sociorum manibus depredandos siue occidendos ad honorē beate virginis Marie eripuit. Eodem tempore tridentū p circuitum ab hostibus infestabatur et ciuitates satellites ciuitatis cū hostes die sabbati insequerentur iam dictum latronem inermem pter sabbatum cum ceteris ceperunt. Et cum esset fortissimus non se defendebat. Cum caperet non se excusabat: nec loqui voluit interrogatus cū duceretur. Veniensq; in ciuitatē mox vt cognitus est, patibulo adiudicatus est. Nam sicut creditur beate virginis Marie sup pulcritudine corporis eius iudices moti in hoc cōuenerūt vt prouintia abiurata viueret. Qz cum ille abnueret et diceret non faciam. Melius est enim vt hic peccata mea luam q̄ in futuro. Responderunt. Sine tamen vt decolleris. Non curo inquit qualis sit pena dummodo occidar. Et illi. Vis vt tibi vocetur sacerdos? Respondit non est necesse. Omnes enī xpiani estis omnibus vobis peccata mea que vnq̄ in hac psenti vita commisi confiteor. Quod cum fecisset cum magna contritione, nihil se vnq̄ boni fecisse testabatur: preter id ad ieiunium quod a monacho didicerat. Sicq; extra ciuitatem ductus decollatus est. et in eodem loco sepultus. Nocte eadem vigiles portarum, circa eius tumulum luminaria celitus emissa viderūt. Quinq; etiam matrone corpus eius effodientes et caput corpori adaptantes posuerunt in feretro miro tegmine purpura supposita. Ex qbus quattuor singulas candelas ardentes in manibus habentes. p quattuor partes feretrum tollentes. Quinta que clarissima erat eminiā cum candela sequente. ad portam ciuitatis vsq; venerunt: et corp9 ibi deponentes. Custodes itaq; ista videntes timuerunt putantes esse fantasma. quibus vna illarum dicebat. Dicite episcopo vestro vt capellanum meum a vobis decollatū, in tali loco ecclesie honorifice et reuerenter sepeliat. Minas addens si negligeret. et ne minauit se esse Mariam. Mane autem cū hec episcopo nunciata essent. episcopus cum clero et populo exiens. purpuram deposuit caput precisum corpori vnitum videns expauit texturamq; purpuream humanum artificium excedentem admirans relatis credidit, hominemq; cum timore et honore maximo non vt latronem: sed vt christi martyrem in loco designato sepeliuit. Ab illo ergo tempore vsq; hodie, vix aliquis adultus inuenitur in illa prouincia qui eius exemplo diem sabbati in honore nostre domine non ieiunet.

D Nota aliud exemplum de beata virgine Maria in quo cognoscere poteris quēmodo subuenit homini quādoq; etiā post mortem. Fuit in britania iuuenis quidem nobilis. qui q̄uis seculo totus deditus. tamē i rē virginis tñ deuot9 in hoc q ei singulis dieb9 quinquagenas salutationes persoluit. Qui infirmatus ad extrema perductus est. Cumq; diu iacuisset mortuus: reuixit. Et mulieri assidenti sibi clamans dixit. cito voca sacerdotem. Sacerdote adueniente coram omnibus confitebatur dicens. Ego fui raptus ad tribunal christi. et cum in tribus maxime accusarer a demonibus, et ferri deberet sententia cōtra me pijssima mater christi, rogauit filium suum vt ad corpus redirem se cum penitentie suscepturā. quod et factum est. Unum de peccatis erat quod decimas ex agris meis a bonis sacerdoti subtraxi. Secundum q pisces cum socijs meis, religiosis personis furatus fui. Tercium q segetes pauperum cū canibus venaticis conculcaueram. Ad hoc rustici ab eo damnum passi dixerunt. Cur debuistis domine pro his damnari, cum vobis hec puro corde dimisimus. et ille. Vestra

nunq̄ aliquo pgens nisi me p̄mū salutādo a me licentiam accipiebat et rediens hec similiter agebat. Mi si dixeritis quia vim facim⁹ vobis: ecce ponam⁹ in iudicio summi regis. Cūq; ex his altercarent inter se. placuit altissimo dn̄o pro meritis sue sancte mr̄is: vt anima fratris rediret ad corpus quatenus penitentiam ageret de peccatis. Interea aduenerat tp̄us quo fratres ad cantandos hymnos cōuocarent. Et dū mora fieret ad pulsandū matutinas. surgētes aliqui de fratrib⁹ secretariū p̄dictū quesierunt: ꝛ eum immersum in aqua reperiunt. Cuius corp⁹ ex aqua trahentes mirabant cogitantes qua occasione hoc ei contigisset. Cūq; opinantes inter se plurima sermocinarentur mirū inmodū. Ecce ille frater surgēs a morte inter eos astitit viuus et narrauit fratrib⁹ que cōtigerant sibi: ꝛ quō eruserat succurrente dei genitrice. Post hec nō solum illud vicium per quod delectari solebat deseruit: sed etiā deo et sancte eius genitrici feruēti⁹ seruiuit: et sanctis actibus vitā cōsumās aīam in pace reddidit. ·H· Exemplum aliud. Quidā clericus in carthaginensi vrbe degebat: qui erat leuis moribus secularis curis dedit⁹. carnalibus desiderijs etiā vltra modū subiect⁹. Hic tn̄ sanctā dei genitricē frequenter in memoria habebat. et etiā sepissime salutatiōe angelica salutabat. Qui dum vt fert ab inimicis esset peremptus sacerdotes eum satis irreligiosam vitam duxisse. decreuerunt eum extra cemiteriū sepeliri debere. quod ꝛ ita fecerunt extra atrium non vt talē decebat virum tumulātes. Et dum illic p triginta dies iacuisset. scīssima maria virgo virginū illius miserta apparuit cuidā clerico dicens ei talia. Cur ita egistis erga meū cancellariū: vt poneretis eū extra cimiteriū vestrum? Cui interroganti quis esset ille eius cancellarius sancta v̄go dixit. Ille qui ante triginta dies a vobis extra cemiteriū est tumulatus. Nam mihi deuotissime seruiebat: et corā meo altari me sepissime salutabat. Citius ergo ite ꝛ corpus eius de indecenti loco auferentes in atrio ponite. Hec dum ille narraret cuncti vehementer admirati sunt. tumulūq; eius aperuerunt ꝛ florem pulcerrimū in eius ore inuenerunt: et linguam eius integram et sanā: ꝛ quasi ad laudem dei paratam. Intellexerūt itaq; cuncti qui aderant: quia dei genitrix ex suo ore fecerat seruiciū q̄d sibi fuisset placitum: et delato corpore eius ad cemiteriū cū dei laude illud decenter sepelierūt. Qd̄ nō solum pro illo: sed etiā pro nobis sanctā mariā fecisse credimus. qten⁹ ꝛ nos hec audientes accendamur in dei ꝛ ei⁹ amore. J Exemplum aliud. Alter quoq; clericus quidam in quodam loco cōmorabat qui ꝛ ipse deo ꝛ ei⁹ alme genitrici satis erat deuot⁹: qui inter cetera actuū bonorū studia quibus eidē sancte v̄gini placere curabat. Hāc antiphonā in ei⁹ laudem mente deuota cantabat. Gaude dei virgo genitrix immaculata. gaude que genuisti eterni luminis claritatem. gaude que gaudium ab angelo suscepisti. tu sola mater innupta. te laudat omnis creatura: genitricem lucis. sis pro nobis quesumus pia interuentrix. Hic ergo cum languore correptus ad extrema peruenisset. cepit anxiari ꝛ pauore magno perturbari. Cui apparens sancta virgo maria dixit ei. Cur tāto timore trepidas qui totiens mihi gaudium annunciasti. Ne paueas quoniā nihil mali patieris: sed gaudij qd̄ mihi precinebas amodo particeps eris. Audiens hec ille putabat se sanitati restitutum et dum secum leticia erigere vellet. anima ei⁹ a corpore egrediens perijt paradisi gaudiū. vbi sicut promiserat ei sancta dei genitrix letabitur per eterna secula. Ergo pensandū est quantum debeat mente retineri: que sibi seruientibus non desinit auxiliari.

Expliciūt sermones collecti ex diuersis sanctorū dictis ꝛ ex pluribus libris: qui intitulant sermones discipuli. Quia in istis sermonibus non subtilia per modum magistri. sed simplicia per modū discipuli conscripsi ꝛ collegi sicut in principio hui⁹ libri. scz in primo sermone in prima dn̄ica aduent⁹ premisi. ꝛ si quid i presentibus sermonibus minus bene posui in hoc me correctioni sancte matris ecclesie ꝛ cuilibet charitatiuo correctori subijcio et offero ad emendandum. Amen.

Tabula sermonum
discipuli de sanctis.

Deinde sequunt̃ sermones
cõmunes discipuli et primo.

Prologus in sermones discipuli de sanctis per circulum anni incipit.

Laudate dominum in sanctis eius. ps. cl. Rogatus vt post collecturã sermonũ discipuli de tempore aliquã collecturam facerem de sanctis per circulũ anni. prebui assensum fraterna charitate conuictus. ⁊ quãuis a plurib⁹ doctorib⁹ solẽnibus plures cõpilati sunt sermones pleniores in sententiis ⁊ cultiores in verbis. tamen qz simplicib⁹ predicatoribus quãqȝ plus placet studere et predicare simplicia quã profunda. Idcirco de quolibet sancto vel sanctis quorum festa mater ecclesia festiue celebrat intendo vnũ sermonẽ vel quandoqȝ duos colligere ex diuersis libris et scripturis doctorũ catholicorũ. ad honorem sancte et benedicte trinitatis ⁊ gloriose virginis marie matris dñi nostri ihũ xp̄i: ⁊ beati dominici patris nostri. diuidendo eundẽ sermonem cõmuniter in tres partes. Prima pars erit de dignitate ⁊ priuilegiis isti⁹ sancti: vel istorũ sanctorũ et sanctarũ. Secunda pars principalis erit pro informatione hoĩm simpliciũ. et specialiter ad emendationẽ sue vite. Tertia pars erit de miraculis istius sancti. aut illorũ sanctorũ vel sanctarũ. Et qz sicut egregius doctor noster sanct⁹ Thomas de aquino dicit. quod nulla actio sit perfecta siue meritoria: nisi fuerit per gratiã dei illuminata. Igitur pro gratia diuina impetrãda ad gloriosam virginem dei genitricẽ recurramus. ad beatum dominicũ patrem nostrũ. sanctũ quoqȝ franciscum. ⁊ ad omnes sanctos dei: vt ipsi apud deum misericordiã exorare dignentur. quaten⁹ presens opusculũ dñs noster ihũs xp̄us ad laudẽ ⁊ honorẽ suum dirigat et ad legentium vtilitatem ac omniũ aliorũ fidelium conuertat: et mihi ad meritum peruenire cõcedat. Qđ nobis prestare dignetur dominus noster ihũs xp̄us Marie filius Amen.

Primus sermo generalis de sanctis.

Adce in principio sermonum discipuli de sanctis primo intendo communẽ sermonem ponere predicabilem. in quocunqȝ festo alicuius sancti vel sanctorum. In eodem communi sermone tria sũt dicenda. Primo quare festa sanctorũ celebrantur ab ecclesia. Secundo ponende sunt alique questiones de veneratione sanctorũ. Tertio de imaginib⁹ sanctorũ que pinguntur vel sculpuntur in ecclesia. Quantum ad primã partẽ illius sermonis sciendũ. quod festa sanctorũ triplici de causa celebrantur in ecclesia. Prima causa propter honorẽ diuine maiestatis: qz deũ in sanctis honoramus qui eos sanctificauit: ⁊ eternaliter in sua gloria felicitauit. Olim enim de⁹ gloriosus in seipso solũmodo honorabatur. nũc autẽ honoratur nõ solũ in seipso: sed etiã in omnibus sanctis suis cõiunctim vel diuisim quos sic solenniter dignificauit in vita ⁊ in morte ⁊ post mortẽ. vt patet in diuersis legendis sanctorũ ⁊ sanctarũ. Secunda causa est propter dignitatẽ sanctorum. qz ipsi sunt amici dei. Joh. xv. Jam non dicã vos seruos: sed amicos. qz quecũqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Etiam sancti sunt filii dei. Johannis. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. et per consequens sunt heredes dei. Roma. viii. Si autẽ filii ⁊ heredes. Insuper sunt reges ⁊ regine. Unde de quolibet sctõ dicitur. ps. xx. Posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Unde etiã Lu. xii. Nolite timere pusillus grex. Quoniam cõplacuit patri vestro dare vobis regnum. Et hoc patet. qz iã possident regnum celorũ. et post resurrectionem cum anima reunita fuerit corpori tunc pariter possidebũt eterna regna. Juxta illud Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei: possidete regnũ qđ vobis paratũ est ab origine mũdi. Tertia cã est propter nosmetipsos qz ieiunamus vigilias: ⁊ festa sanctorũ celebramus: vt ipsi sancti intercedant pro nobis ad dñm deũ. Similiter triplici de cã ieiunamus vigilias beate marie virginis: ⁊ aliorũ sanctorũ. Prima causa est vt deuotio nr̃a augeatur qz per ieiunia efficimur aptiores ⁊ festũ sequens deuotius celebremus. Unde Josue. vii. Sanctificamini in crastinũ. Unde etiam beatus Augu. Jeiuniũ purgat mentem. subleuat sensum. carnẽ spiritui subiicit. cor contritũ facit et humiliatũ. qđ deus nõ spernit. Secunda cã est vt mens nr̃a exemplariter instruatur. videlicet sicut ipsi sancti per tribulationes ⁊ passiones solũ peruenire potuerunt ad hoc quod per nos solenniter colunt in ecclesia: ⁊ quod iam letantur ⁊ eternaliter regnant cũ xp̄o. ita nos ad celestem patriam peruenire

nõ possum⁹ nisi p vigilias labores ꝛ tribu-
latões. Unde Actuū. xiiij. Per multas tri
bulationes oportet nos intrare in regnū ce-
loꝝ. Uñ et ī grego. sup ezech. Si dulcia q̄-
rim⁹: necesse est vt amara toleram⁹. Tertia
causa est vt ipsi p merita ꝛ preces eoꝝ impe
trent nobis vt ad coꝝ societatē peruenire va
leam⁹: ꝛ cū eis feliciter et eternaliter regna
re. Quātū nūc ad secūdā ptē illi⁹ sermõis
querit: an nr̃as orõnes possim⁹ ad sctõs di
rigere. rogando eos vt orent p nobis. Rñde
tur scd̃m sctm̃ Tho. in. iiij. sen. xv. dis. q̄ sic.
Nam illud qđ orando petim⁹ est beata vita
vt dicit btūs Augu. qꝛ oīa illa que petimus
nõ petim⁹ nisi scd̃m q̄ ad beatā vitam ordi
nātur. Uitā aūt beataꝫ sol⁹ de⁹ habet dare.
sancti vero psūt nobis coopari p p̄ces suas
et merita vt nobis detur. Oratio igit̃ pprie
et directe fit ad solū deū. a quo expectamus
qđ orando petim⁹. Fit etiā orõ ad sctõs vel
deprecatio. vt eoꝝ p̄cibus et meritis vitam
beataꝫ obtineam⁹. Igitur dicit Job. v. Ad
aliquē sanctoꝝ cõuertere. Ergo cū volumus
deum orare debemus ad sanctos cõuerti: vt
orent p nobis. Iteꝫ sciendū q̄ solus deus
adorādus est tanq̄ largitor oīm bonorum.
Uñ ps. Miserere mei de⁹ ꝛc. Sꝫ scti adorā
di ꝛ inuocādi sūt tanq̄ mediatores ꝛ inter-
cessores nostri: vt nobis a deo impetrēt qđ
petim⁹: aut qđ desideram⁹. Ergo dicimus.
Sancta maria: ora p nobis. Sancte petre
ora p nobis. ꝛ sic de alijs. Secūdo querit̃
vtrū maior sctūs sit plus honorādus q̄ mi
nor sctūs. Rñdet̃ scd̃m Tho. de aquino. q̄uis
supiores sancti sint deo magis accepti. vtile
tñ est quandoq꜠ minores exorare sctos. Et
hoc pter tria. Primo qꝛ aliq̄s homo qñq꜠
habet maiorē deuotionē ad minorē sanctū
q̄ ad maiorē. Nam effect⁹ orõnis est maxi-
me ex deuotõne. Secūdo ideo. qꝛ quibusdā
sctis in aliq̄bus datus est p̄cipu⁹ effectus ꝛ
cura. Sicut sctō anthonio qui dr̃ liberare ab
igne infernali ipm deuote inuocantes. Ter-
tio vt oibus sctis exhibeat̃ honor a nobis.
Uñ dicit btūs thomas q̄ aliqñ contingit
orõneꝫ inferioris ꝛ minoris sancti efficacio-
rē esse q̄ maioris. Tum qꝛ deuoti⁹ iplorat̃.
tum etiā qꝛ de⁹ sanctitatē ei⁹ vult dari⁹ de-
clarare. Tertio q̄rit̃ vtrū sancti in celo cogno
scant orõnes nr̃as. Rñdetur scd̃m sctm̃ tho
mā. Sancti in verbo vidēt ꝛ cognoscūt no
stras orõnes. qꝛ in v̄bo vident q̄cq̄d ptinet
ad gloriā ꝛ laudē eoꝝ. Hec autē ptinent ad
gloriaꝫ eoꝝ q̄ orant̃ ꝛ q̄ nos iuuare psūt. et
sic cognoscūt aliq̄s cogitatiões cordiū hūa-
noꝝ. ꝛ hoc in v̄bo. s. vota ꝛ deuotões hoīm
q̄ ad eoꝝ auxiliū confugiunt: vl̃ aliquo alio
mõ quo de⁹ vult ei reuelare. ꝛ scd̃m qđ põt
ꝛ placet. Quarto querit̃ ex quo sancti cogno
scūt orõnes nr̃as vtrū ipi orēt p nobis. Rñ
detur scd̃m Bonauen. q̄ sancti orāt p nob
triplici de cā. Primo pter nostrā necessita
tē: qꝛ indigem⁹ p alios releuari. Secundo
pter dei voluntatē: qꝛ vult vt mēbra spūa-
lia mutuo se ament ꝛ iuuent. Ipi eñi sequnt
dei volūtateꝫ: ꝛ in oibus eam implēt. ꝛ nos
eoꝝ sum⁹ mēbra. ꝛ ideo solliciti sūt nos ad
iuuare. Tertio pter charitatē ꝛ effectū ma
gnū quē hñt ad salutē nostrā. Nūq̄ eñi aliq̄
mater intiñ dilexit filiū suū sic ipsi angeli et
sancti in celo diligūt nos. Nec vnq̄ parētes
in psūti vita tam ardēter affectabant honoꝫ
et honorē suis pueris sicut sancti in celo affe
ctant nobis. Quinto querit̃ ex quo scti tā fi-
deliter orāt p nob. an semp a dño p nob in
suis petitionib⁹ exaudiātur. Rñdetur q̄ sic.
qꝛ nõ orāt nisi p eis in q̄b⁹ se cognoscūt vel
le ꝛ posse exaudiri a deo. qꝛ voluntas eoꝝ est
conformis volūtati diuine sic q̄ nūq̄ petūt nec
quicq̄ faciūt qđ sit cõtra voluntatē dei. Ex
q̄bus iam dictis ptꝫ error illoꝝ q̄ diffinitiue
credūt et firmiter tenēt q̄ qui hoc seruicium
vel illud fecerit isti sctō vl̃ huic q̄ sibi hoc fa
ciat. s. q̄ tpale aliqđ donet̃: vel q̄ ab ista infir
mitate vel tribulatione liberet̃. qꝛ põt esse q̄
de⁹ vult q̄ illo bono tpali careas vel q̄ illaꝫ
infirmitatē vl̃ tribulationē sustineas p pec
catis tuis ꝛ pter saluteꝫ tuā. Et sic scti nul-
lo modo orāt p te q̄ sit tibi ipedimentū sa
lutis tue. qꝛ fortassis tal' infirmitas aut pau
pertas est tibi cā salutis ꝛ p̄seruat te a pctō.
Uñ Hugo li. iij. de arra aie. Quosdam deus
p̄sciēs multa peccare posse flagellat eos in-
firmitate corpis aut pauptate: vel alia q̄cū-
q꜠ tribulatione ne peccēt: vt eis vtili⁹ sit frā
gi languorib⁹ ad salutē: q̄ remanere incolu
mes ad dānationē. Ergo cū q̄s ifirmat̃ aut
per pauptatē affligit̃: aut cū puer alicui⁹ in
firmat̃: ꝛ cū inocat sctōs debꝫ deo ꝛ sctis cõ
mittere si sit p salute: vt ꝛ de⁹ illos sctōs ꝛ
ipm exaudiat qꝛ fortassis infirmitas ꝛ tribla
tio ē sibi cā salutis. Nā si sctūs paul⁹ tā multū

amis nō habuiſſet. nunq̄ ſaluatus fuiſſet.
dicēte ſibi dn̄o. Paule ſufficit tibi gr̄a mea
vel q2 fortaſſis talis demeruit q̄ .ſ. puer ſu⁹
infirmaē. Nā ꝑ patr puerī q̄nq̄ puniunē pro
pter peccata pentū .ſed nō eternaliē. et de h⁹
ẜ in decre. Puniē q̄s ꝑ alio a deo ꝑ paliter
ſ eternaliter nullus. Aīa enī que peccauerit
ꝑa morieē. xxiiij. q. iij. Si habes. Sʒ tn̄ bo
na et firma ſpes eſt hn̄da ad ſuffragia ſctōꝝ
q̄ tibi hoc poſtulas ab eis impetreē a deo ꝛ
hn̄ impetrare pōt a deo .ſi ſaluti tue ꝓderit.
et diuine volūtati placuerit. et ergo ſcōʒ tho
mā .iij. pte. q. xxv. arti. vi. Sanctos dei in ve
neratōne hre debemus tanq̄ mēbra xp̄i et
dei filios et amicos et intercellores nr̄os. et
iō reliquias et corpa eoꝝ q̄ fuerūt tēpla ꝛ or
gana ſpūſſancti in eis habitantis et opantis
deus honorat in eoꝝ p̄ſētia miracula facien
do. Vn̄ ſi quis ꝯ eādē ſn̄iam crediderit non
xp̄ianus ſed hr̄ticus eſt hn̄dus. et iō circa re
liquias ſctōꝝ q̄ritur vtrū reliquias ſctōꝝ lice
at portare circa collū. Rn̄deē ſcōm Tho .ij. ij
q. xcvi. Si reliquie ſanctoꝝ portanē ex fidu
cia dei et ſanctoꝝ quoꝝ ſunt reliquie nō ē il
licitū. ſi aūt circa hoc attenderet aliq̄d aliud
vanū. puta q̄ vas in quo ſunt eſſet triangu
lare et hmōi. q̄d nō ꝑtinet ad honorē dei ſi
ue reuerentiam ſctōꝝ. ſic eſſet ſupſtitioſum ꝛ
illicitū. Querit̄ ꝯſequēter vtrū reliquie ſan
ctoꝝ poſſint furtiue ſubtrahi. vt honorabili
us reponātur. Rn̄deē ſcōm Guil. q̄ non. et
rō eſt. Nam ſacrilegiū eſt quocūq̄ſcunq̄ ſa
crū de ſacro auferē. xvij. q. iiij. Quiſq̄s. Que
ritur etiā. vtrū liceat reliquias ſanctoꝝ eme
re vel vēdere. Rn̄det Raymūdus q̄ nō. q2 ibi
ſymonia cōmittiē. et iō nō dʒ fieri. Quan
tū ad tertiā ptem illius ſermonis ſciendum
q̄ nō ſolū ſancti et reliquie ſanctoꝝ ſunt ho
norāde. imo etiā ymagines ſanctoꝝ ſunt ve
nerande. Vn̄ in decre. dz. Ymagines ſctōꝝ n̄
ſunt cōtemnende. ſed venerande. de cōſe. di.
iij. venerabiles. Queritur circa iſtam ma
teriam. vtrū ſine ydolatria poſſumus yma
gines adorare ſanctoꝝ. Rn̄deē q̄ ymago du
pliciter pōt cōſiderari. Uno mō ꝓut eſt res
quedā puta lignū ſculptū vel pictū. et ſic a
doremus ymaginē nequaq̄. q2 h⁹ eſſet ydo
latria. Alio mō cōſideraē vt eſt ſignū alicui⁹
rei. et q2 idē eſt motus quo quis vertitur in
ymaginē. et in ipſam rem in q̄tum eſt ſignū.
Ideo etiam eſt eadem adoratio qua venera
mur ipſam ymaginem et ipſam rem cuius eſt
ymago. Unde et de hoc habeē in decre. Nō
ymaginū pictura eſt adorāda ſed res ꝑ ipſas
repſentata. de cōſe. di. iij. Uenerabiles. Et iā
dictis ptʒ q̄ heretici iſti errant qui. ymagi
nes deſtruūt et dehoneſtant. Nam a prīa
pio xp̄ianitatis ymagines fuerūt iniacte ꝛ pi
cture. Vn̄ ipſe xp̄us ſaluator nr̄ ꝓ ſalute nr̄a
iturus in mortē impſſit faciē ſuā in vnū pā
nū qui vocaē pānus veronice. Et ſctūs Lu
cas ēūāgel. ita ſculpſit ymaginē crucifixi et v̄gi
nis glorioſe q̄ adhuc in hodiernū diē habeē
rome. q2 ymagines ſanctoꝝ ꝛ picture ſunt li
bri laycoꝝ et ſcripture. vt hētur de cōſe. diſ.
iij. platū. Ergo bonū eſt et ſalubre hr̄e yma
ginē crucifixi. aut etiā hrē marie v̄ginis ac a
lioꝝ ſanctoꝝ i domib⁹ ꝓprijs: vt i ſtuba aut
in camera: aut circa lectū. vt et hoc hō reno
cet ad memoriā dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m et btām
virginē et alios ſanctos q̄n videt cum deuo
tione ymagines ipoꝝ. Sed oppoſitū faciūt
qui depingunt ſibi in domibus corizantes.
bibulos et venatores cum auib⁹ et cum ca
nibus et hmōi vanitatib⁹. et in hoc oñdunt
ſe plus inclinatos eſſe ad mūdū q̄ ad deum
q2 q̄d homo diligit hoc libenter videt. et de
hoc libenter loquitur et audit. Unde .i. Jo
han. iiij. Ipſi de mūdo ſunt. et ideo de mā
do loquūtur. Et .i. Joh. ij. Nolite diligere
mundum neq̄ ea que in mūdo ſunt. Si q̄s
diligit mundum non eſt charitas patris in
eo. Rogemus igitur omnipotentem deum.
vt per merita ſanctoꝝ ſuoꝝ largiatur nob re
miſſionem peccatoꝝ noſtroꝝ.

De ſancto Andrea. Sermo. ij.

Enite poſt me

faciā vos fieri piſcatores hoim.
Uerba iſta originaliter ſcribunē.
Mathei. iiij. Marci. i. Luce. v. Recitature in
pſentia feſtiuitatis beati andree apoſtoli e
uangelio. Sup que verba in pſenti ſermōe
tria ſunt dicenda. Primo de dignitate et pri
uilegijs ſancti andree apoſtoli. Secūdo ſpe
cialiter aliqua ſunt dicenda ꝓ informatione
ſimplicium. Tertio et vltimo miracula que
dam de ſancto andrea apoſtolo ante ipſius
mortem et poſt mortem. Quantum ad pri
mum ſciendum q̄ chriſtus multipliciter pri
uilegiauit beatum Andream apoſtolū. Pri
mo fecit cum primicerium ſuum quādo eū

ante ceteros apl'os ad se vocavit. Et h° in yma vocatione. De qua habet. Joh. i. Sed q̄ritur. quis adduxit andreā ad xp̄m? R̄ndet. q̄ sanct' Johēs bap. q̄ dixit ad duos discipulos suos quo℞ vnus erat ip̄e andreas. Ecce agn' dei ecce q̄ tollit peccā mūdi. Que q̄dā testificatio fuit cā cōuersionis et salut) i beato andrea. q₂ mox xp̄m secut' est. Et q̄ p₂ q̄tū valet bonā societatem h̄re. vba dei libenter audire. Multū enī valuit btō ādree h̄re societatē cū Johē bap. q₂ p eu₂ meruit xp̄m inuenire. Eccl. xxxvij. Cū viro scō assiduus esto. quēcunq₂ noueris h̄re timorem dn̄i. Sicut enī carbo mortuus cū viuis positus accēditur. sic peccator ex bono℞ cōuersatione et societate ad dei amorē inflammatur. Vn̄ d₂ in ps. xvij. Cū sancto sanct' eris et cū puerso puerteris. Multū etia₂ valuit andree vbū dei a Johē audire. q₂ fuit occasio salutis sue. Vn̄ in ps. cvi. Misit dominus verbu₂ suū et sanauit eos. Johes igit exēplo suo et doctrina sua beatū andreā ad xp̄m duxit tanq̄ precursor ad regē. Johes erat enī precursor xp̄i. Luc. i. Ibis añ faciē dn̄i parare vias eius. xp̄us aūt erat rex. Apoc. xix. Rex regū et dn̄s dn̄antiū cuius regnum nō h₂ finē. Itē Lu. i. Et regni eius non erit finis. Secūda dignitas beati andree est q̄ frēm suū petrū p̄ncipē apl'o℞ ad xp̄m duxit et vocauit eū ad ip̄m. O q̄tū tenet petr' andreā diligere p quē meruit xp̄m inuenire. O q̄ntū meruit vir iste erat apud deū: q̄ p̄ncipē aplo℞ cōuertere meruit. et xp̄m ad ip̄m pduxit. Tertia dignitas est q̄ xp̄s fecit eū suū legatū in xp̄ū eū fecit suū p̄dicatorē. ij. Cor. v. Pro xp̄o legatōne fungimur. Fuit aūt p̄dicatio andree multū cōformis p̄dicatōi xp̄i. Habuit enī xp̄s in sua p̄dicatōe sapiam. Ad coll. ij. In quo sunt oēs thesauri sapiētie et sciētie absconditi. Sic andreas in sua p̄dicatione habuit sapiam. vt p₂ in misterio crucis. q̄d tam sapienter exposuit dicens. O bona crux diu desiderata et concupiscēti aīo p̄parata. Suscipe me discipulū eius qui pepēdit in te. et redde me magistro meo. Itē xp̄s habuit eloquentiam. Joh. vij. Nunq̄ sic locutus est homo sicut hic loquitur. sic et Andreas habuit eloquentiam. De his duobus dicitur. Lu. xxi. Ego enī dabo vobis os et sapientiam. Item xp̄us habuit sanctam vitam. q₂ illa que p̄dicabat semp prius facie-bat. Actu. i. Cepit ihesus facere et docere. sic et beatus andreas habuit sanctam vitā. vn̄ de eo canitur in diuino officio. Vir iste i populo suo mitissimus apparuit in sanctitate et gratia plenus. Item sicut christus habuit finalem pseuerantiam. q₂ vsq₂ ad mortem predicatione non destitit. imo in cruce pendens septem verba valde informatiua p̄tulit. Sic et beatus andreas nec in vita nec in morte a p̄dicatione cessauit. Unde de eo canitur. Biduo viuens pendebat in cruce. p christi nomine beatus andreas et docebat populum dei. Nam legitur de eo q̄ quasi. xx milia hominum circūsteterūt eū quando in cruce pēdebat. et verbū dei ab ip̄o audierūt et receperunt. Et hoc est q̄d xp̄us dixit quando illos quattuor vocauit apostolos vt p₂ in euangelio hodierno dicens. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Ubi scīēdum q̄ p̄mitiui p̄dicatores erant piscatores. Quia sic piscator vno tractu retibus magna₂ multitudinem piscium capit. sic in vna p̄dicatione beatus Petrus apostolus tria milia iudeo℞ cōuertit ad xp̄m vt habetur Actu. ij. Et beatus andreas totam p̄uintia₂ achaiā et etiam mirmidones ecclesijs et christi fidelibus repleuit. sed moderni p̄dicatores sūt venatores. quia vix cum magnis laboribus et clamoribus possunt comphendere vnam animam. quasi venator vnam feram. Biere. xvi. Ecce ego mittam piscatores multos et piscabuntur eos. et post hec multos mitta₂ eis piscatores et venabuntur eos. Item sciēdum q̄ diabolus illis temporibus est quasi vindemiator. christus aute₂ quasi racemorum collector. Michee. vij. Ve mihi q₂ factus sum sicut ille qui in autumno colligit racemos. Quarta dignitas est q̄ xp̄us ei dedit iudiciariam potestatem cum ceteris apostolis suis. Unde Math. xix. Sedebitis et vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Quinta dignitas eius ē quia similis fuit christo in passione. Nā xp̄s crucifixus est. sic et beatus andreas in cruce mortuus est. Sed in hoc dissimilis fuit. q̄a xp̄s erectus fuit crucif. t'. beat' petr' deorsu. beatus andreas vero p transuersum. Itē christus sponte sustinuit cruce₂. Esaie. liij. Oblatus est. quia ipse voluit et peccata nostra portauit. Et beatus Andreas videns crucem sibi paratam dixit. Securus et

gaudēs venio ad te. amator tuus semꝑ fui. et semꝑ desiderans amplecti te. Itē xp̄s de cruce descēdere noluit. Vñ iudeis dicētib⁹ Math. xxvij. Si fili⁹ dei es descende nunc de cruce acqēscere recusauit. Similiter dum egeas andreā de cruce deponere vellet dicebat. Scias qꝛ ego viuus de cruce nō descendam. Jam enī video regem meū xp̄m: q̄ me expectat. Vñ ⁊ xp̄m i cruce erozauit ne ipm de cruce viuū deponi permitteret. Itē xp̄us per crucē ad gloriā suā peruenit. Luce. xxiiij. Oportebat xp̄m pati ⁊ ita in gliaꝫ suā intrare. Similiter btūs andreas crucē salutando ait. Accipe me ab hoibus et redde me magistro meo ihū xp̄o. Sexta dignitas eius est ꝙ corpus eius in sepulcro miraculorꝫ gloria illustrauit. Vñ ⁊ manna in modū farine ⁊ oleū cū odore suauissimo cōsueuit de eius sepulcro manare. Septima dignitas ei⁹ est ꝙ festū ipsius hodie p totū mundū celebratꝰ et ipse ab oibus xp̄ifidelib⁹ veneratur tanꝙ̄ singularis patron⁹. q2 oib⁹ pōt subuenire qd̄ ptꝫ in multis miraclis. Req̄re in ei⁹ legēda. Octaua dignitas est ꝙ in qlibet missa p totū mundū nomen ipi⁹ bis in canone noiatur. s. ante eleuatōnē corpis xp̄i ⁊ post. Nona dignitas ei⁹ est ꝙ ipse quartū articulū fidei cōposuit. Vñ sciendū ꝙ in simbolo aploꝝ sunt duodecim articuli fidei scd̄m numerū duodecim aploꝝ a q̄bus cōpositū est. Nam duodecim apl'i ꝯgregati descripserūt duodecim articulos fidei. Et hoc in pmo cōcilio. de quo habet̄ Act. xv. Et quartū articulū scd̄m magistrū Henricū de hassia ꝓposuit beatus andreas. scꝫ Passus sub poncio pylato. crucifixus. mortuus. ⁊ sepult⁹. Qui quidē articul⁹ necessari⁹ est ad salutē nr̄aꝫ. Nam sicut debemus credere incarnationeꝫ filij. ita necessariū est credere passionē ⁊ mortē eius. qꝛ scd̄m beatū Grego. Nihil nasci nobis profuisset: si redimi non profuisset. Itē sciendū ꝙ pōtius est cognomen ab insula ponti noiatū. sed pylatus est ꝓpriū nomen. et erat gentilis ⁊ indignus pane. quia scd̄m Au. cri. Peccator non est dignus pane quo vescit. A quo pylato ip̄e ad mortē sententiat⁹ est et iudicat⁹. Itē sciendū ꝙ scd̄m Vincen. in speculo hystoriali. pylatus accusatus est in multis. Vñ et a pside syrie et ꝓ his missus est in exiliū: vbi multis fatigatiōes calamitates seipm manu ꝓpria interfecit.

De eodem. Sermo tertius.

Relictis rethibus

secuti sunt dn̄m. Mathei. iiij. Ex his v̄bis ostidit ꝙ conuersio beati andree ⁊ beati petri illoꝝ duoꝝ fratrꝫ fuit velox ꝙ cōtinuo ad vocē vni⁹ instionis relictis rethibus secuti sunt dn̄m. Vñ quantū ad secundā ptē illius sermonis precedentis p nostra informatōne est sciendū scd̄m Bonauentu. ꝙ hi q̄ exemplo illoꝝ aploꝝ renunciant bonis temporalibus ꝓ deo. nimis et multis est sperandū. Aut ꝙ deus ꝓcurabit homini vires quas in abūdātia possit habere. et hoc est iocundi⁹ de modico esse fortes ꝙ̄ alias de multis. Ad qd̄ subtrahit corpori res fundamentū in consolatōne spūali: vt libentꝰ caret tēporali abundantia que spiritualibus delectis felicius recompensatur. Insuper magnā gloriā in celo meretur patienter sustinendo pro xp̄o penuriam temporalem.

Item pro informatione simplicium sciendum ꝙ heu plures sunt q̄ nō relinquunt cū illis apl'is ꝓpria. sed qd̄ pessimum est inuadunt bona aliena. Primi sunt illi qui furtū cōmittunt in paruis reb⁹. vt q̄ furant̄ gramina in pratis. fructus arboꝝ. et rapas. ⁊ caules subtrahunt cōtra voluntatē ꝓprietariꝫ. Similiter q̄ botros de vineis abscindunt. ⁊ etiā venatores q̄ cū equis ⁊ canib⁹ ꝓximis dāna in segetib⁹ inferūt. et tales tenent̄ vnā summā restituere iuxta cōsiliū suoꝝ ꝯfessoꝝ. Unde dicitur in decre. Inferens damnū nō est absoluendus nisi damno scd̄m arbitriū lesi restituto. xiiij. q. vij. pessimū. Et si nescitur q̄bus dāna illata sūt. tūc talis sūma danda est pauꝑib⁹: aut ad fabricā ecclesie illius parrochie. qꝛ scd̄m Augu. ⁊ allegatur in decre. Non dimittitur peccatū: nisi restituatur ablatū. xiiij. q. vi. si res. Secundi sunt q̄ rem inuentam retinent et non restituunt. Unde beat⁹ Augu. Si quid inuenisti et non reddidisti rapuisti. Tertij sunt serui et ancille qui bona dominoꝝ suoꝝ furtiue subtrahunt sicut vinum ⁊ panem et cetera ⁊ occulte comedūt: vel alijs suis leccatorib⁹ tribuunt vel alijs hominibus. Quarti sūt mechanici qui fraudulenter ꝓximis laborant. vel et q̄ qui nimiū ꝓ labore recipiunt. Quinti sunt mercatores qui cum mendacijs ꝓximos decipiunt. Et tales scd̄m Raym. . . dū. tenentur

peccāt mortaliter ⁊ tenētur ad restitutionē.
Sexti sunt hospites vel caupones q̄ nimiū
cōputant suis hospitib⁹. Septimi sunt vsu
rarij qui ꝓpter dilationē temporis charius
vendunt ꝙ illis qui incōtinenti soluunt. Si
militer qui ꝑ prompta pecunia iam emūt ⁊
īmediate super dilationem illi eidem a quo
emerunt vel alteri ecōuerso vendunt in cha
riori foro ꝙ valet vel valere pōt. Et etiaȝ illi
q̄ concedunt pecunias sup̄ prediū aliqd: vel
sup̄ villā vel sup̄ castrū: vl̄ sup̄ aliquā ciuita
tem: et fructus eius nō computant in sorteȝ.
Oēs tales sunt vsurarij et pꝫ extra de vsu
ris. Cōsuluit. Octaui sunt lusores q̄ causa
lucri ⁊ et auaricia ludunt. tales peccāt mor
taliter. et si lucrātur tunc infernū lucrātur. et
si perdunt tunc vitā eternaȝ perdunt. Noni
sunt q̄ furta vel rapta emunt: vel de rapinis
comedunt et viuunt. vel etiaȝ q̄ a iudeis do
na vel munuscula recipiunt. et tales omnes
tenētur ad restitutionē si volunt ꝯsequi pec
catoꝝ suoꝝ remissionē. Quantū ad tertiā
partē illi⁹ sermonis precedentis est sciendū
q̄ oēs hoīes solēniter ⁊ deuote debent fe
stum beati andree celebrare: ⁊ ipm̄ tanꝙ sin
gularē patronum inuocare. qꝛ habet a xp̄o
magnā ptātē subueniēdi in q̄licūq₃ necessi
tate ipm̄ inuocantib⁹. Vn̄ de eo legitur ad
huc ipo viuente ꝙ quidā nauigauerunt cuȝ
eo. ⁊ ecce cōmotū est mare et flauit vent⁹ va
lide ⁊ submergebatur nauis. Orauit beatus
andreas ad dn̄m. ꝑcipiens ventis ⁊ mari in
noīe ihu xp̄i. ⁊ statim tranquillitas magna fa
cta est in mari: ⁊ sic hoīes a piculo liberati sut.
Itē qui vadunt q̄sq₃ ꝑ terrā sanctū andreā
inuocare debēt ne incidāt in latrones. Vn
de legitur de eo ꝙ cū aliqn̄ terrā cū q̄busdā
perambulasset. apparuit eis multitudo ho
minum a longe lanceas et euaginatos gla
dios gestantiū in manib⁹ q̄si in eos vellent
irruere. Qd̄ cū vidisset sctūs andreas faciēs
signū crucis cōtra eos ait. Oro dn̄e ihu xp̄e
vt decidat robur illoꝝ ne noceāt sperātib⁹ in
te. Hoc aūt eo dicēte angel⁹ dn̄i apparuit cū
magno splēdore pterrēs eos tetigit gladios
eoꝝ: ⁊ corruerūt ꝓni in terrā. trāsiēsq₃ btūs
andreas cum suis ⁊ nihil est ab eis passus.
oēsq₃ piectis gladijs ⁊ lāceis eū adorabāt.
Angelus aūt dn̄i discessit ab eis cū magno
lumine. Itē parētes hn̄tes pueros infirmos
debent sanctū andreā inuocare. Vn̄ legit̄ de
eo ꝙ q̄daȝ puer ab īpulsu demonis iacebat
paralisus. ⁊ spumās denicq₃ inuocato ap̄lo ro
gauerunt eū ꝑ puero. Et ille apprehēsa ma
nu eius ait illi. Surge puer in noīe ihu xp̄i
quē p̄dico. ⁊ stat. in puer surrexit san⁹. Pat
vero pueri credidit: ⁊ cū tota domo sua bap
tizat⁹ est. Itē quidā. xxij. ānis fuit infirm⁹
et debilis et accersito sctō andrea. Andreas
apphēsa manu ei⁹ leuauit eū. qui statim sur
rexit ⁊ ambulauit magnificās deū. Et btūs
andreas dixit sanato. Vade ꝑ domos egro
tantiū ⁊ in noīe dn̄i nostri ihu xp̄i i quo sa
nat⁹ es iube eos exurgere. At ille abijt ꝑ do
mos infirmoꝝ inuocatoq₃ noīe ihu xp̄i resti
tuebat eos sanitati. Credidit q₃ oīs popul⁹
offerētesq₃ ei munera rogabāt eū vt audirēt
ab eo vbuȝ dei. Btūs vo andreas p̄dicans
eis vbū dei multos ꝯuertit ad xp̄m: et nihil
de muērib⁹ ab eis recepit. Itē sctūs ādreas
habet pctōrib⁹ impetrare veniā. Vn̄ legitur
de eo ꝙ q̄dā peccator nicola⁹ noīe beatū an
dreā adijt dicens ei. Dn̄e ecce. lxx. anni vite
mee sunt in q̄b⁹ semp̄ luxurie adhesi sed ora
ꝑ me ad dn̄m deū. Audiēs hoc btūs andre
as flere cepit a tertia vsq₃ ad horā. ix. orauit
et ieiunauit q̄nq₃ dieb⁹. Et tandeȝ venit ad
andreā vox dicēs. orōnē suā ꝑ nicolao pec
catore esse exauditā. q̄ in via ꝑditōis erat.
Itē btūs andreas habet ptātē subueniē
di hoīb⁹ etiā post mortē. Vn̄ legit̄ de eo. Cū
quidā viri numero. xl. ad ap̄lm nauigarent:
vt ab eo fidei normā reciperēt. Ecce diabo
lus mare cōmouit ⁊ oēs pariter submergunt̄.
Cū antē eoꝝ corpa ad littus delata fuissent
ante ap̄lm deportātur: q̄ inuocato xp̄i noīe
tandē ab illo cōtinuo suscitātur. q̄ oīa q̄ eis
acciderāt narrauerūt. Itē legit̄ in dyalogo
cesarij. ꝙ cū mulier q̄dā sctūm andreā trāsisset
in ap̄lm ⁊ ei nō placuisset. Secūdario traxit
et iterū idē occurrit. Postea traxit sibi aliuȝ
ap̄lm sibi placentē. Cui cū multaȝ obsequia
exhibuisset ꝑ oēs dies vite sue ⁊ ad extrema
vite veniēs cū esset moritura nō illū ap̄lm
placētē sȝ btūm andreā assistere vidit q̄ inq̄t
ad eā. En inq̄t ego sum ille despectus andre
as. Ex quo colligitur ꝙ nōnunꝙ sancti etiā
vltro se ingerūt hūane deuotioni eoꝝ q̄ bea
toꝝ suffragia negligūt acceptare. Itē legit̄
in cronica Helinandi. ꝙ anno dn̄i. Mlvq.

Gotfridus dux burgūdie ⁊ quattuor comi-
tes cruce signati contra infideles vna cū du
cēris militib⁹ antiochiā ceperunt. Tunc q̄-
dam rustic⁹ a sctō andrea amonit⁹ ⁊ p visio
nez edoct⁹ inuenit ibi lanceā q̄ transfixū fuit
lat⁹ xp̄i saluatoris. Cū qua lancea ignē ma-
gnū. xiiij ped. ī q̄das ptbolome⁹ noie nudus
corpe ptrāsiuit illesus. Exercit⁹ igit aiatus
hoc miraculo lete pcessit ecclesiā. Itē ē pulcrū
exemplū de quodā epō qui dilexit beatū an
dreā: et de trib⁹ questionib⁹ sibi ppositis a
diabolo. qre in legenda aurea. Itē aliud mi
raculū de sctō andrea quere in promptuario

De sancto nicolao. Sermo. iiij.

On est inuẽtus

n similis illi q̄ pseruaret legē excel
si. Eccl. xliiij. Hec v̄ba sunt a ihu
filio sirach recitata. et ad honorē beati nico
lai cantātur. Quia q̄libet sanctus in aliqua
virtute eminebat in q̄ null⁹ similis fuit sibi.
Et in hoc apparet mirabilis sapientia dei q̄
in tanta multitudine ac varietate sanctorū
tantā posuit differentiā meritoꝝ in quibus il
li sancto nullus similis fuit. ergo bene dicit.
Non est inuentus similis illi. Uñ ad hono-
rē sancti nicolai q̄ claruit in hoc mūdo. An-
no dñi. cccxlij. In pūti sermone tria sunt di-
cenda. Primo de dignitatib⁹ et priuilegijs
scti nicolai. Secūdo aliqua p informatione
simpliciū. Tertio ⁊ vltimo aliqua miracula.
Quantū igit ad primū sciendū q̄ btūs nico
tuūt. Uñ Augꝰ. Nō dimitti pctm̄ n. si resti
tuat̄ ablatū. Et talis restitutio etiā debet fie
ri de rebꝰ paruis. sic q̄ diuersis hoībꝰ paruis
dāna intulisset i pratis. in agris. i piris. ⁊ sic
de singulis. Sed si q̄bꝰ hoībꝰ dāna intulit
ignorat. tūc debet talis facere vnā sūmā de
oībus illis paruis. ⁊ tm̄ de cōsilio sui cōfes-
soris dare ad illā eccliā3 parrochialē in q̄ ta
lia dāna intulit. vel pōt etiā3 dare paup̄ibꝰ.
Et sciēdū q̄ quilibet volēs cōmunicare de-
bet restituere ante accessum sacramenti om-
nia debita si terminꝰ solutōis instat: aut pe
tere dilatōē3 ab illo cui tenet̄. ⁊ si occultū est
tūc d3 restituere p̄ cōfessorē in occulto. sed si
publicū est tūc p̄ se d3 restituere aut vlterio-
rē dilatōnē petere. Noni sūt q̄ detraxerūt ꝓ
ximis ⁊ nolunt restituere famā ꝓximis. Uñ
sanctus Tho. ij. ij. q. lxij. Tenetur q̄s ad resti
tutionē3 fame: sicut ad restitutionē cuiusli-
bet rei subtracte. Uñ etiā hiero. Non facilis
venia p̄ua dixisse ꝯ reci. Decimi sūt q̄ nō cō
fidūt q̄ deꝰ velit pctā sua indulgere eis: s3 ꝓ-
pter multitudinē pctoꝝ desp̄ant. Itē Aug.
Pnia q̄ ex fiducia nō p̄cedit inutil' sterilisq̄3
manet, ⁊ sine fructu. vñ etiā amb. Nō pōt bū

re penitentiã q̃ nõ speraſ indulgentiam. Uñ vere penitẽs nunq̄ debet desp̃are. etiã si mille milia peccatoꝝ mortaliũ cõmisisset. Unde Bern. Maior est dei pietas: q̄ que-nis iniquitas. Undecimi sunt q̃ cõfitentur nõ ex charitate. sed ex humano timore. Et illoꝝ qui solũ ex timore et verecundia hũana cõfitenſ sunt duo signa p̄ que cognoscunſ. Primũ est q̄ tales differunt confessionẽ suam vsq̧ ad vltimã ebdomadã. ⁊ tunc quando vltra differre nõ possunt: tũc cõfitenſ ex quodã timore humano: ne post mortem priuentur ecclesiastica sepultura. vñ dicitſ extra de peniten. et remissio. Omis vtriusq̧ sexus qui in quadragesima nõ confitentur: nec in pascha cõmunicant debẽt carere introitu ecclesie ⁊ ecclesiastica sepultura. Secundũ signũ q̄ tales post pascha viuũt sicut añ vixerunt: ⁊ eadẽ peccata iterato cõmittunt q̃ ante cõmiserũt. et hoc est signũ q̄ nõ vere sed ficte. nõ ex charitate sꝫ ex cõsuetudine et humano timore penitentiã egerunt: nec firmũ p̄positũ emendãdi habuerũt. Duodecimi ⁊ vltimi sunt qui confitentur ⁊ penitentiã suscipiunt: sed postmodũ eandem penitentiã paruipendunt: ⁊ obliuiscũtur nec p̄ficiunt. Et talis confessio nõ p̄ficit ad salutẽ. Similiter qui scienter ⁊ ex p̄posito querũt simplices ⁊ illiteratos ꝯfessores: ⁊ bñ possent habere litteratos ⁊ discretiores. ⁊ tales seipsos decipiũt. quia si cecus cecum ducit ambo in foueã cadunt. Unde xp̄s in euangelio. Ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Ex omibus iam enumeratis cõsulendũ est q̄ quilibet hominum faciat generalẽ ⁊ integrã cõfessionẽ de oibus peccatis a iuuẽtute cõmissis: ⁊ aliã penitentiã accipiat ⁊ eã deuote cõplere studeat. Et q̄ plures p̄ plures annos nõ bene cõfitẽtur ptꝫ p̄ tale exẽpluꝫ. vt habeſ in sermo. dis. de tp̄e sermo. xcij. ¶ Quãtũ ad tertiã ptẽ huiꝰ sermonis. sciẽdũ q̄ oẽs pctõres ⁊ peccatrices: ⁊ cõsequẽter omnes hoĩes senes et iuuenes debent gl̃iosam virginẽ mariã diligere ⁊ eã crebrius cũ angelica salutatiõe salutare. qꝛ omnibꝰ parata est succurrere tam deuote inuocãtibus. Et primo peccatoribꝰ. Exemplũ de theophilo q̃ abnegauit baptismũ deum: ⁊ mariã. et tamen maria impetrauit sibi misericordiã dei. Et hoc quere infra in promptuario de exemplis beate marie virginis. xlij. Etiam peccatricibus. Exemplum de adultera: que quottidie centies flexit genua ad honorem virginis marie. Cui maria succurrit: ⁊ postmodũ vitam laudabiliter finiuit. Quere in p̃optuario de exemplis virginis marie. xlviij. Etiam qui patiuntur vehementes infestatiões demonũ debẽt beatam virginem mariã salutare p̄ angelicã salutationẽ. que salutatio angelica demones fugat. Exemplũ de cõcubina sacerdotis que intrauit religionẽ nec poterat diabolũ vincere p̄ aquã bñdictã: nec p̄ signũ sancte crucis. sed p̄ aue maria. Hoc quere ibidẽ. lxxv. Ultimo sciendũ q̄ qui libẽter orat aue mariã: raro aut nunq̄ dãnabitur. Exemplũ de milite qui frequenter de sero ⁊ de mane beatam virginem mariã salutauit. ⁊ feliciter ad xp̄m migrauit. Hoc quere ibidem. lvij.

Sermo breuis de vera pñia ⁊ ꝯfessione.

Conuertimini ad

me in toto corde vestro. Johel. ij. In verbis illis iam premissis dñs nos in hoc sacro tempore quadragesime qđ est tempus penitẽtie inuitat ad penitentiã. ostendens qualis debeat esse penitẽtia nostra. Primo debet esse recta. ideo dicit. Conuertimini ad me. Secũdo debet esse integra ideo dicit: in toto corde. Tertio debꝫ eẽ aspera ⁊ dolorosa. ĩõ dicit: in ieiunio fletu et plãctu. Unde in presenti sermone qui erit de vera penitẽtia ⁊ confessione ⁊ preparatione super festũ pasche ad sacramentuꝫ eucharistie tria sunt dicenda. Primo q̄ peccator q̃ vult esse verus penitens tria debet habere: vt deꝰ ⁊ cognoscat sibi de omnibꝰ peccatis suis. Hoc quere supra sermone. v. parte. iij. Secũdo dicendũ est de duodecim generibꝰ hominũ q̃ cõmuniter peccãt mortaliter iam in hoc seculo: vt ipsi simplices hoĩes qui nõ sciunt cõfiteri addiscãt: ex his. xij. generibꝰ hoĩm quõ cõfiteri debeant. Hoc quere infra ser. xxvij. parte. ij. Tertio exemplũ de illis qui propter verecundiam humanã nõ plene confitentur oĩa peccata sua. qꝛ tales hoĩes eternaliter dãnabũtur. hoc q̃re in p̃optuario. xxiij. C.

De passione domini. Sermo. xiij.

O vos omnẽs qui

trãsitis p̄ viã attẽdite ⁊ videte si ẽ dolor similis sic dolor meꝰ. Threnorũ. i. Considerando passionem dñi nostri

ihũ xp̃i. tunc plus flere libet q̃ aliq̃d dicere.
Ex quo creator noster. de⁹ noster. dñs nr̃. re-
dẽptor noster. pater noster. frater noster. ho
die amare fleuit in cruce pro nobis. nõ solũ
lacrimas effudit oculor: sed ꝑ p̃ri⁹ sangui
nẽ ex omnib⁹ membris sui corporis. et etiã
hodie tot creature fleuerunt sicut in fine ser
monis dicet. quare merito quilibet nostrũ
hodie flere deberet ꝛ contristari ꝛ cõpati dño
nostro ihu xp̃o. Sed q2 sine gratia nec flere
nec loqui possumus salubriter de passione
dñi. Idcirco recurramus primo ad filiũ dei
dñm nr̃m ihm xp̃m: q̃ licet hac die fuerit ple
nus dolorib⁹. faciliter tñ est largitus regnũ
suũ ad p̃ces vni⁹ latronis. scʒ paradisum.
Et etiã ad matrẽ que hodie tristis est super
omnes matres. Nam sicut angelus gabriel
in annũciatione dixit. Bñdicta tu in mulie-
ribus: sic hodie per oppositũ possumus dice
re ei. Tu tribulata es sup oẽs mulieres. Ro
gemus igit̃ filiũ et matrẽ vt dent nobis lo-
qui de sua passione: vt sit sibi placitũ et no-
bis in nostre deuotionis augmentũ. Et vt
hoc impetremus dicam⁹ cũ deuotõne quili
bet nostrum Pater noster et Aue maria. O
vos omẽs qui trãsitis ꝛc. Si passiones san
ctorũ recitant̃ populis vt inducãtur ad cor-
dis deuotionẽ. peccatorũ contritionẽ. mun
di despectionẽ: ꝛ tribulationũ supportatio
nem. quanto magis passio xp̃i omni deuo-
tione: attentione: ꝛ reuerentia: est audiẽda.
q2 ipse est sanctus sanctoꝝ. dñs vniuersorũ.
iudex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ: vt audientes consi
derent eius excessiuã charitatẽ ad gen⁹ hu-
manũ. Ipse enĩ tam excess. ac nos dilexit q̃
nõ tantũ vnã guttam sanguinis: sed totũ
sanguinẽ suũ preciosum largiter pro nobis
effudit. Vñ beatus Bern. Sufficisset ad re-
demptionẽ humani generis minima gutta
sanguinis xp̃i. Sed tanta est copia vt ex in-
undatione huiusq̃ virtus innotesceret dilig̃
tis. Passio autem dñi nostri ihu xp̃i a quat
tuor euangelistis describit̃. et ideo quattuor
dieb⁹ in ista ebdomada legit̃. vt quod oẽs
quattuor scripserũt ab omnibus audiatur.
q2 aliqua vnus scribit q̃ alius omittit. Et er
go in presenti passione tria sunt dicẽda. Pri
mo quomõ passio xp̃i a iudeis fuit inchoa-
ta. Secũdo qualiter ꝑ gẽtiles fuit cõsũma
ta. Tertio q̃ sũt illa q̃ hodie in eccl'ia fiũt. et
alias nunq̃ ꝑ totũ annũ, et q̃ hodie nos de-
bent inducere ad fletum cum vno exemplo.
Quantũ ad primũ sciendũ q̃ xp̃i passionẽ
cũ dei adiutorio ex hystorijs quattuor euan
gelistarũ breuiter recitare intendo. incipien
do passionẽ xp̃i feria sexta ante dñicã de pas
sione. Sicut enĩ habet̃ Joh. xi. sic q̃ hodie
sunt. xv. dies q̃ ihs suscitauit lazarũ quatri
duanũ. Et istud miraculũ fuit ita manifestũ
q̃ ꝑpter illud miraculũ ꝛ alia miracula que
xp̃s fecit. ꝛ ꝑpter vitã suã sctiss.mã: ꝛ ꝑpt̃
verba sua gratiosissima quasi totus mund⁹
ibat post ip̃m. ꝛ plures de populo iudeorũ
cõuertebant̃ ad ih̃m. Vñ Joh. xi. Pharisei
dicebãt ad seip̃os. Videtis q̃ nihil ꝑficim⁹
Ecce totus mũdus post eũ abit. Igit̃ princi-
pes iudeorũ ꝛ pharisei q̃ erant inuidiosi et
inimici xp̃i. videtes gratiã magnã quã com
munis pp̃ls habebat ad ip̃m statim in sab
bato sequẽti habuerũt consiliũ. In quo di-
xit vnus ex eis. Quid facim⁹: q2 hic hõ mul
ta signa facit. ꝛ si dimittimus eũ sic omnes
credẽt in eũ. ꝛ veniẽt romani ꝛ tollẽt nostrũ
locũ ꝛ gentẽ. Tũc vn⁹ ex eis Cayphas noĩe
dixit. Vos nescitis quicq̃ nec cogitatis. Ex
pedit vt vn⁹ moriat̃ hõ ꝛ nõ tota gẽs pereat.
Et sic conclusum fuit q̃ xp̃us mori deberet.
Et ex illa die cogitauerũt interficere eũ. Vñ
illa dñica vocatur dñica in passione. Sciẽs
aũt ihs q̃ nouit abscõdita q̃ cõsiliũ esset cõ
clusũ de morte sua. recessit de illo loco. s. de
bethania. ꝛ iuit in locũ desertũ q̃ vocatur ef
frem cũ discipulis suis. et permãsit ibi septẽ
dieb⁹ vsq̃ ad sabbatũ palmaꝝ. et Vincẽ. in
specu. histo. li. viij. c. xxix. dicit q̃ in illis die
bus Abagarus rex infirmabat̃ morbo quo
dã irremediabili. q̃ audiẽs miracla q̃ xp̃s fe
cit cecos illuminãdo. leprosos mundando.
mortuos suscitãdo. cupiebat ihm videre. et
misit ad eũ nuncios vt ad eũ veniret ꝛ eũ sa
naret. Rñdit ei ihs ꝑ nuncios illos dicens.
Si faciẽ meã corporaliter cernere cupis. ec-
ce tibi vultus mei speciẽ trãsformatã in lin-
theo dirigo: ꝑ quã desiderij tui feruorem re
frigeres. Et quicquid de me audisti nequaq̃
impossibile fieri existimes. Postq̃ tñ cõple
uero ea q̃ de me scripta sunt dirigã tibi vnũ
ex discipul' meis q̃ tibi ꝛ pp̃lo tuo sanitatis
impartiat̃ auxiliũ. et ad sublimitatem fidei
vos ꝑducat. Et i sabbato palmaꝝ reuersus
est ihs cũ discipul' suis i bethaniã: et fecerũt
ei ibi cõuiuiũ. et martha eis ministrabat: et la

zarus erat vnus ex discũbentibus cũ ihũ. Et plures euenerũt de ihrl'm nõ ꝓpter ihm tñ: sed vt lazarũ viderēt quē suscitauit a mortuis. Cogitauerũt ergo ꝑncipes sacerdotũ vt lazarũ interficerēt: q2 multi ad.b it et iudeis ꝓpter illũ et credeb āt in ihm. Ubi Augu in libro de verbis dñi dicit q' in illa cena interrogauerũt lazarum de amaritudĩe mortis corpalis. Qui rñdit q' nulla creatura possit cogitare amaritudinē mortis anteq̃ oia separatur a corpe. Tũc xp̃s cepit tremere et sudare q2 cognouit amaritudinē mortis sue: q2 hõ erat sicut ⁊ nos. Tũc maria magdalena vnguentũ ꝑciosuȝ effudit sup caput ei' vt cõfortaretur. et tota dom' impleta est ex odore vnguẽti. Tũc iudas murmurauit dicens. Ut qd ꝑditio hec? Quare hoc vnguentum nõ venijt trecẽtis denarijs: et datuȝ est egenis. Dixit aũt scd̃m Johem. nõ q2 de egenis ptinebat ad euȝ. s3 q2 fur erat: et loculos habebat. et ea q̃ mittebantur portabat. Et iudas ab illa hora cogitabat quõ ihm tradere venderetq3 iudeis posset: vt sic recuperaret illos. xxx. denarios quos putabat se perdidisse. q2 decimã ꝑtē cõsueuit furari. Hoc totũ factũ est in sabbato palmarũ. Dñica antē palmarũ venit ihs de bethania in ihrl'm. et cum appropinquaret ciuitati fleuit super eam dicēs. Quia si cognouisses et tu fleres. Et ibi receptus fuit cũ maximo honore quē vnq̃ habuit in hac vita. quia quasi tot' cõmunis ppl'us ciuitatis venit obuiã ei cũ ramis palmarũ cantando ⁊ clamando. O sanna filio dauid. bñdict' q̃ venit in noie dñi. Secũda feria diluculo venit d' bethania iterũ in templũ et docebat ppl'm dicens. Ego si exaltatus fuero a terra oia traham ad meipm. Et tunc adduxerunt ei mulierē in adulterio dep̃hensaȝ dicētes. Magister hec mulier mõ dep̃hēsa est in adulterio. in lege aũt mãdat moyses huiusmodi lapidare. tu ergo q̃d dicis? Tunc ihũs rñdit dicens. Qui vestrum sine peccato est. pmus lapidem in illã mittat. Et in fine dixit ihũs mulieri. Uade et noli ampli' peccare. Tertia feria iterũ de bethania in templũ venit: ⁊ docebat populũ ⁊ ꝑdicauit de extremo iudicio et dixit. Ego mõ vobiscũ sum ad t̃ps puũ. ego recedaȝ a vobis ⁊ nõ me videbitis. et hoc t̃pũs dixit de morte sua. Sed ꝑncipes ⁊ pharisei intellexerũt de recessu suo corpali. Et statim principes et pharisei q̃rta feria ꝯgregati sũt in atriũ caiphe: ⁊ tractauerunt de morte xp̃i dicētes. Quid facim' q2 hic hõ multa signa facit? faciam' cõsiliũ nostrũ cito: q2 si hi notificatũ est quicq̃d in alio ꝯsilio decreuim' ne effugiat man' nr̃as: ⁊ dixerũt. Nõ in die festo: ne forte tumult' fieret in ppl'o. q2 timebāt pplm cõmunē q̃ hēbat singularē ꝯfam ad xp̃m ne eriperēt eũ de manib' eo2: sed in die in quo ppl'us intēt' eēt labori suo. ⁊ in illa quarta feria xp̃s mãsit in bethania: et nõ venit in ihrl'm. Judas aũt scarioth sciuit q' iudei erāt cõgregati simul. et iuit a xp̃o ⁊ discipulis de bethania ad ꝑncipes ⁊ phariseos dicēs. Quid vultis mihi dare et ego vobis eũ tradã? Audiētes hoc gauisi sunt valde. et ꝓmiserũt ei pecuniã dare. s. xxx. denarios. Sciēdũ q' isti denarij erāt hismaelitarũ ꝑ quib' ioseph q̃ tenet figurã xp̃i venditus fuit ante q̃tuor milia anno2. et hereditaria successione fuerũt deuoluti ad illos iudeos et vnus valuit decē vsualcs. Et in signũ huius postmoduȝ ꝑ illis denarijs emptus est ager vn' in sepulturã pegrino2. Ista venditio facta est q̃rta feria an̄ cenã dñi. Et ꝓpter illã vēditiõeȝ aliq̃ abstinēt q̃rtis ferijs a carnibus. et est bonũ ⁊ laudabile. Et quinta feria appropinquāte hora mortis appropinq̃re voluit loco. et dixerũt discipuli cũ irēt in ihrl'm. Quonis eamus et parem' tibi vt mãduces pascha? Et mittit duos de discipulis suis. scilicet petrũ et iohannem. et dicit eis. Jte in ciuitateȝ ⁊ occurret vobis hõ lagenã aque baiulãs: sequimini eũ. et quocũq3 introierit ibi parate nobis. Et vespe facto cenauit cũ discipulis suis in signuȝ amoris. ⁊ in illa cena xp̃s tria fecit. Primo comedit agnum assatũ cũ lactucis agrestibus i vno cacabino terreo. Ad ostendendũ q' ipse erat iste agn' bñdict' q̃ deberet assari in ligno crucis. Et in Luca habet q' post esum agni ihũs dixit discipulis suis. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ anteq̃ patiar. ⁊ vn' ex vob me tradet. Ue aũt homini illi ꝑ quē tradar ego. Melius illi erat si nat' nõ fuisset hõ ille. At illi ceperũt contristari ⁊ dicere a singulatim. Nunquid ego sum dñe? s3 iudas dixit. Nũquid ego sum rabi? Quasi minus peccaret tradēdo magistrũ q̃ dñm. Et tunc petrus annuit iohãni vt interrogaret eum quis esset qui traderet eũ. Et ihs dixit

Johannis. Cui intinctū panem porrexero ip
se est qui me tradet. Et statim in eū intrauit
diabolus. Scḋo lauit pedes discipuloꝝ su-
orum ad ostendendū ꝙ passio sua habitura est
que lauit nos ab omnibus peccatis nr̄is. Et
Chriso. dicit ꝙ a iuda cepit lauare pedes.
Tertio cōsecrauit corpus suū et sanguinē ad
hoc vt illo sacro vti debeamus in memoriā
passionis eius. et tūc cōsecrauit eos sacerdo
tes et impressit eis caracterem. et dedit eis po
testatem cōficiendi hoc venerabile sacr̄m. et
ibi institutū est hoc sacr̄m. Et post dixit ih̄s
ad iudam. Quod facis fac citius. Et statim sur
rexit et abijt ad p̄ncipes et phariseos vt p̄fi-
ceret traditionem ih̄u xp̄i. Et post recessum iu
de tūc xp̄us dulciter locutus est. et p̄dicauit
discipulis suis longū sermonē. Et postea di
xit. Omnes vos scandalū in me patiemini in
ista nocte. R̄ndens petrus et ait. Et si omnes
scandalisati fuerint in te. ego nunq̄ scanda-
lisabor. paratus enī sum tecū et in mortē et
in carcerē ire. Ait illi ihesus. Amen dico tibi
q2 in hac nocte anteq̄ gallus bis cantet. ter
me negabis. ait illi petrus. Etiā si oportue-
rit me mori tecū non te negabo. Similiter ꝛ
oēs discipuli dixerūt. Egressus aūt ih̄s do-
mū cū discipulis suis duxit eos extra hieru-
salem. et transiuit cū eis ad quēdam torrē
tem qui dicit̄ cedrō. Et est vallis q̄ dr̄ cedrō
ꝑpter multitudinem cedroꝝ q̄ ibi nascuntur
ꝑ quā vallē fluebat torrens de duobus mō
tibus. s. de mōte syon et de monte oliueti. ꝛ
ip̄e cū discipulis suis introiuit in quendam
ortum quē sepe cōsueuit cū discipulis intra
re ad cōsulendū et docendū eos. et iudas ꝓ
ditor sciebat illū locū. eo ꝙ sepius ibat illuc
cū discipulis suis ih̄s. Cūq̄ intrasset i hor-
tū dixit ih̄us discipulis suis. Sedete hic do
nec vadam illuc et orem. Et assumpto petro
et duobus filijs zebedei scꝫ iacobo et ioh̄e.
cepit contristari et mestus esse. Tūc ait illis.
Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Su-
stinete hic et vigilate mecum et orate ne intre
tis in temptationē. et ꝓgressus ad iactū lapi
dis ꝓcidit in faciem suam orans et dicens.
Mi pater si fieri pōt transeat a me calix iste
Verūtamen non sicut ego volo sed sicut tu.
O q̄ miser homo qui non vult suam volun
tatem diuine voluntati conformare. cū xp̄s
eterni patris filius ꝓ eo obediēs extiterit vs
q̄ ad mortē crucis. Facta aūt orōne redijt ad
illos tres discipulos suos. et inuenit eos dor
mientes. et dixit Petro. Symon dormis.
non potuisti vna hora vigilare mecum. glo.
Ideo xp̄us increpauit petrum p̄ ceteris sin-
gulariter. q2 p̄ ceteris petrus gloriabatur di
cens. Etiam si oportuerit me mori tecū non
te negabo. Iterum abijt secūdo et orauit di
cens. Pater mi si non pōt hic calix trāsire ni
si bibam illum. fiat voluntas tua. q. d. Si
non potest genus humanū aliter redimi nisi
ꝑ mortē meam. fiat volūtas tua non mea. ꝛ
venit iterū ad discipulos suos. et inuenit eos
iterū dormiētes. erant enī oculi eoꝝ grauati
somno p̄ longitudine vigiliaꝝ et tristicie ma
gnitudine. et ignorabant quid responderēt
ei. Et rel ctis illis tertio iterū abijt et orauit
eūdem sermonē. Tunc apparuit ei vt lucas
ait Angelus cōfortans eū in suis magnis
angustijs. quas circa mortē futuram habu-
it. Et dicūt doctores ꝙ appitio hec erat cor-
poralis in assumpto corpe humano. Sed hic q̄
ritur q̄re dn̄s cū esset fortitudo angelorum ꝛ
oim creaturaꝝ. indiguit cōfortatione et cōso
latōe angeli. R̄ndet venerabilis Beda. Cre
ator non indiguit creature subsidio. sed hō
factus fuit ꝓ nobis. sicut ergo ꝓpter nos cō
tristatus est. sic ꝓpter nos cōfortatus ē. P⁹
hoc dicit Lucas. Et factus est in agonia. i.
certamine cōtra mortem quā sensualitas ab
horrebat. sed scḋm volūtatē et iudiciū rōis
mori volebat ꝓpter salutem nr̄am. vt nos
liberaret ab eterna morte. et sic ꝓlixius ora-
uit. et tam intime et tam seriose et in tāta an
xietate ꝙ oēs vene sui corporis mouebant̄. Et
sic ex vehementia anxietatis factus est sudor
eius sicut gutte sanguinis decurrentis i ter-
ram. O purū cor cōsidero hic. q̄ tā q̄ amara
q̄ anxia fuit mors et passio tui redemptor̄.
cuius sola ymaginatio tantū naturā immu
tauit ꝙ p̄ angustia sanguineū sudorē suda
uit. Hic queritur verū iste sanguis fuit ver⁹
et naturalis. R̄ndet̄ ꝙ sic. sed nō fuit natura
li mō ꝓfusus. q2 contra naturam est sudare
sanguinem. vt dicit Beda. tūc venit tertio
ad discipulos suos. et cōpatiēdo eis dixit illis
Dormite iā et requiescite. et cū paulultū requie
uissent dixit eis. sufficit. venit hora ecce fili⁹
hoīs tradet̄ in manus pctōꝝ. ecce qui me tra
det prope est. Et adhuc eo loquente ecce iu
das traditor venit in hortum. et cum eo tur-
ba multa cum gladijs et fustibus ꝛ laternis

et facibus et armis. missi a principib⁹ sacer-
dotū et senioribus ppli. s. iudeoꝝ ad ꝯph e-
dendū et ligandū ihm. et iudas traditor an-
cedebat eos. deditq; eis signū di. Quēcūq;
osculatus fuero ipe est tenete eū. et ducite eū
caute. s. ne vob euadat. Et hoc iō faciebat ne
Jacobū alphei qui multū silis erat dn̄o ca-
perēt loco eius. Jh̄s itaq; sciēs oīa q̄ ventu-
ra erāt sup eū. volūtarie ꝓcessit obuiā et di-
xit ad eos. Quē q̄ritis. R̄ndērūt ei. Jh̄m na-
zarenū. Dn̄s ih̄s dixit eis. ego sum. Ut ḡ di-
xit ego sum. Abierūt retrorsuꝫ. et oēs cecide-
rūt in terrā. Per hoc osidit xp̄s suā magnaꝫ
potētiaꝫ q̄ vnico v̄bo hostes suos ꝓstrauit
in terrā. et si mille milia fuissent. eū nō cepis-
sēt nisi voluissꝫ. Et hoc fuit manifestū signū
volūtarie passionis sue. qꝛ noluit fugere cuꝫ
bene potuisset. Post hoc vt dicit Amb. Per-
misit eos dn̄s surgere et iterum interrogauit
eos di. Quē q̄rit'. Jlli r̄nderūt. Jh̄m naza-
renū. R̄ndit ih̄s. Dixi vobis qꝛ ego sum. Si
ergo me q̄ritis sinite hos abire. Tūc iudas
traditor accedēs osculatus est eū dicēs. Aue
rabi. r̄ndit ihesus. Amice ad quid venisti.
Querit̄ quare xp̄s dixit amice. cū sciuit ipm
inimicū et traditorē suū. R̄ndetur p̄mo ido
qꝛ iudas habuit tria signa amicicie. scꝫ am-
plexando. osculādo. et salutando. Scd̄o q̄a
merito debeat esse amicus xp̄i ꝓpter multa
b̄nficia q̄ xp̄s ali sibi exhibuit. Tertio quia
xp̄us fuit iam pat9 iterū eū recipe ad ami-
ciciam suā. etiam si adhuc grauius eū offen-
disset. Tūc post osculū accesserūt et man9 in-
iecerut in eū et tenuerūt eū. Uidētes autem
discipuli qd̄ futurū erat dixerut ei. Domine
si pcutimus in gladio. Añq̄ aūt dn̄s respō-
sum dedisset di cipul9 petrus qui erat ardē-
tior alijs gladio euaginato amputauit ser-
uo cayphe noīe malchus auriculā dexteraꝫ.
sed voluit eū adhuc dolorosius verberasse.
si non ecadisset cum capite. Dicit quidā doc-
tor q̄ petrus tam ardēs erat q̄ sibi caput
diuidere volebat qꝛ temerius sup xp̄m pre-
mebat q̄ ceteri. et hoc cor petri valde pene-
trauit. Jh̄s aūt dixit petro. Mitte gladiū
in vaginā suā. Omnes eñ qui acceperint gla-
diū. i. temere et indebite et ꝓpria auctorita-
te extrabūt cōtra ꝓximos. gladio ꝑibūt. i. in-
cident in gladiū maledictois eterne. An nō
putas si vellem me defendere q̄ possem ro-
gare prēm meū et exhiberet mihi plusq̄ xij.
legiones angeloꝝ. Un̄ Esa. xxxvij. legit̄. q̄
angelus domini in vna nocte in castris assi-
rioꝝ ꝑcussit de exercitu regis Sennacherib
centū octoginta quinq; milia viroꝝ. tempo-
re Ezechie regis hierusaleꝫ. et statim tetigit
ihesus auriculam serui illius. et sanauit eum
in p̄sentia omniū nobis in exemplum. qꝛ no-
luit aliquem ꝓpter se ledi. In illa hora di-
xit ihesus turbis. i. armatis circumstantib9
pie et mansuete. Tanq̄ ad latronem existis.
id est huc venistis cum gladijs et fustibus
compr̄hendere me. cum tamen quotidie erā
apud vos in templo docens et non me tenu-
istis nec manus extendistis in me. sed hec ē
hora vestra et potestas tenebrarū. Tunc to-
taliter accesserunt ꝛ in eum omnino irruerūt
tanq̄ lupi rapaces in agnum mansuetū. Et
scd̄m Bern̄. ꝓstrauerunt eū durissime sup
terram. sicut ipe eos ꝓstrauerat. et appodia-
uerunt se sup pectus eius. et spuerunt in fa-
ciem eius speciosissimam et iocūdissimam.
in quā angeli desiderant ꝓspicere. et durissi-
me strinxerūt eū ad collū eius. ligantes sibi
manus ad tergū sicut malefico. et sudor san-
guineus adhuc ex nimia anxietate mortis ꝑ
totam faciem eius in os defluebat. et sputa
iudeoꝝ sibi in faciem illata et cū non posset
sputa et sanguinem in os defluētia cū mani-
bus extergere. qꝛ ligatas habebat in dorso.
quasi latro. oino suffocatus fuisset ex sputo
iudeoꝝ et sudore sanguineo. nisi diuina vir-
tus eū ꝓ nobis ad vlteriora tolerāda reser-
uasset. Tunc christo capto oēs discipuli reli-
cto eo fugierunt. Et quidam adolescens se-
quebatur eum a longe scd̄m Marcū. Amic-
tus syndone. i. veste linea sup nudo corpo-
re. quia non habebat aliam vestem. quē eti-
am compr̄henderūt et tenuerunt eū ꝑ vesteꝫ
At ille relicta syndone nudus ꝓfugit ab eis
Quis iste fuerit discipulus euangeliste non
exprimunt Jeronimus tamē vult q̄ fuit ia-
cobus minor. qꝛ xp̄o similis fuit. Cum autē
ihesus duceretur ad domū anne ꝑ vallē io-
saphat. vbi erit extremū iudiciū tūc Petrus
sequebatur eū a longe. et aliꝰ discipulus. s.
Johānes. Et ipe iohēs introiuit cum alijs
in atriū. qꝛ erat notus pōtifici. qꝛ forte p̄ io-
hannis seruierat ei piscando et forte porta-
uit pisces ad domū pōtificis Petrus aūt sta-
bat ad ostiū foris. Exiuit autem iohānes ꝛ
per ancillam ostiariam intrauit ac petro ab

ea ancilla ingressum impetrauit. Accenso autē igne in medio atrij et circūsedētibus illis erat petrus in medio eorum. quē cū vidisset ancilla quedā dixit. Nunquid et tu ex discipulis hominis istius es? Tunc negauit primo. scȝ simpliciter dicēs. Nō sum. nec noui illū. nec scio quid dicis. Stabāt ergo serui et ministri in circuitu. sc. illi qui ihm cōprehenderunt et ligauerunt secundum sanctū Tho. et calefaciebāt se ad prunas. quia frigus erat. et petrus stabat inter eos quasi vnus et illis qui calefaciebant se. Et secundum Bedā. Interim quod petrus se calefaciebat. Annas pontifex qui dicebatur pōtifex. nō quia actu esset pōtifex: sȝ quia quondā fuerat. interrogabat ihm de discipulis et de doctrina eius. Et ihs ad primā questionē. s. de discipulis nihil respondit. quia pro tūc nō sciuit aliquid boni loqui de eis nec voluit aliquod malū loqui de eis. In hoc dans nobis exemplū vt cū nō scimus loqui bona de proximis: nec etiā mala. quamuis vera sint: tamen intētione mala loqui nō debemus. Vnde Criso. Sicut est mortale peccatū innocēti falsuȝ crimē imponere: sic verum crimē occultū mala intentione alijs reuelare. et in hoc plures grauiter delinquūt. Sed de secūda questione scȝ doctrina. respondit secundum quod habetur Joh. xviij. Ego palā locutus sum mūdo. ego semper docui in sinagoga et in tēplo quo omnes iudei conueniūt. et in occulto locutus suȝ nihil: quid me interrogas? interroga illos qui me audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt quid dixerim ego. Hec autē cū dixisset vnus assistēs ministrorum dedit alapā ihu dicens. Sic respondes pōtifici. i. quod sic audes et taliter respondere pontifici vel prelato. Respondit ei ihs. Si male locutus suȝ testimoniū perhibe de malo. Si autē bene quid me cedis? Hec alapa fuit penalis et iniuriosa xpo quadruplici rōne. Primo quia seruus percussit dñm. Secūdo quia in partē nobiliorē et teneriorē. s. in facie. Tertio in publico quia corā oībus. Quarto quia sine cā. Et tūc annas misit ihm ligatuȝ ad Caypham: qui erat pontifex anni illius et socer ipsius. In cuius iam domo cōuenerant maiores iudeorum. Notandum quod presentatio hec maior fuit quam prima. quia secundum reuelationē Brigide. in via ad Caypham. xxx. vicibus cōspuerunt eū. et. xl. vicibus alapis eū cedebāt. et tribus vicibus ante domū Cayphe. In domo autem cayphe xlij. vicibus percusserunt eū in faciē. et totiens cōspuerunt et talia multiplicata maiorem lessionem xpo inferebant. Modo nulla mentio de beato iohāne fit. qui fortasse ad beatā virginē iuit. et quid filio suo acciderit ei nūciauit. Insuper notādū est quod verisimile est petrū post primā suā negationē xpm captiuatū et ductū de domo Anne ad domū Cayphe fuisse secutū. vt adhuc videret finē vtrū dimitteretur vel cōdēnaretur. sȝ antequam intrauit domū cayphe gallus cantauit. scȝ primo et petrus nō aduertit propter strepitū. sȝ intrauit domū cum alijs. volens se iterum calefacere. et sedit ad ignē in medio circumsedentiū. Quē cum iterū ancilla que erat ibi intuita fuisset dixit. Et hic cum ihu nazareno erat. Ille autem negauit secundario cū iuramento. quia nō noui hominem. Et interuallo facto quasi vnius hore. vt habetur in Math. Accesserunt qui stabāt circa ignē: et dixerūt petro. Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestū te facit. scȝ quod galileus es. Maxime autē vrgebat eum vnus ex seruis pontificis cognatus malchi: cui petrus auriculā absciderat qui dicebat secū in horto vidisse cū ihu. Tūc petrus plus timuit et negauit tertio. vt habetur Mathei. et cepit anathematizare et cum maledictione seipsum iurare. quia nescio hominem istū quē dicis. Et adhuc eo loquēte vt dicit Lucas gallus cātauit. scȝ secūdario. Tūc respexit dñs petrū oculo misericordie. et non corporali secundum Augu. et Ambro. Ex quo respectu illuminatus recordatus est verbi quod dixerat ei dñs. Antequam gallus bis cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. et ita amare quod pena et culpa fuit sibi remissa. Notādum quod beatus petrus primo simpliciter negauit. secundo iurauit. tertio anathematizauit. quia peccatum non deletū in deterius trahit. Post negationem iuit in fouea que dr gallicātus. vbi iam est ecclesia edificata in honorē sancti petri. inter montē syon et ciuitatē ihrlm. et in ea latuit plorando nō audēs se ceteris iungere discipulis vsque dum ihs a mortuis resurgēs die tertia in eadē fouea sibi apparuit: et vt se ceteris aplis iungeret precepit. Post recessuȝ petri. summi sacerdotes et omne cōsiliū querebant aduersus ihm testimoniū vt eū morti traderēt: nec inueniebāt. s. quod falsuȝ et iniustū esset in eo. Cayphas vero volens eū capere in sermone dixit ad eū interrogās. Adiuro te per deū viuum: vt dicas nobis si tu es xpus filius dei

v.xl. Et rñd ei. tu dixisti. qr ego sum. veritatē
dico vobis. amodo id est in futuro. s. in die
nouissimo videbitis filiū hoīs sedētē a dex
tris virtutis dei: et venientē in nubibus ce
li. Tūc caypbas scidit vestimēta sua dicēs:
blasphemauit. Quid adhuc egem⁹ testib⁹?
Ecce nūc audistis blasphemiā ex ore ei⁹. qd
videtur vobis? At illi respōdētes dixerūt. Re⁹
est mortis. Post huiusmodi clamores eum
turpissime tractauerūt. Primo faciem eius
cōspuēdo quasi esset leprosus. Secūdo col
lū eius pcutiēdo. Tertio faciē alapis ceden
do. Esa. l. faciē meā nō auerti ab increpan
tibus et cōspuentibus in me. Quarto faciem
eius velādo et pcutiēdo dicētes. pphetiza
nobis xpe quis est qui te percussit. Quinto
barbā extrahendo. Vñ Esa. l. Corpus meū
dedi percutiētib⁹: et genas meas vellētib⁹.
Cuž enī essent crudelissimi et sine misericor
dia cōtra xpm. oia mala et vituperia q̄ pote
rant excogitare ei faciebāt. Alij ad hoc mo
ti ex inuidia et ppria malicia. alij vt maiorib⁹
placerēt modo trahēdo eū p crines supra: et
per pedes infra pcutiēdo. trudendo. et cōspu
endo. Quāuis enī euāgeliste nō omia scrip
serunt explicite q̄ passus est dñs ihs xpus.
Tamē sanct⁹ lucas. xxij. c. implicite cōprehē
dit dicēs. et multa alia cōuiciabātur ei. O fi
delis xpiane considera hoc et ppende quan
tas et quot iniurias passus est p te hac no
cte vsq̄ mane dñs ihūs. Jam ab illudenti
bus. Jam a collaphizātib⁹. Jā a cōspuenti
bus et cē. tota nocte nihil quieuit p te et ppē
eū dormias hac nocte in stropodio vel scap
no. Et recordare qr pctā tua fuerunt caula
sue acerrime passionis: et caueas tibi a sup
bia. a luxuria. ab amore illicito. ab auaricia.
a rebus iniustis. ab iniusta emptione. et ven
ditione. a ebrietate. a chorizatione. ebrietate. periuratione.
turpiloquio. blasphemijs. detractionib⁹. et
sic de alijs prauis operibus et peccatis que
te retrahūt ab ei⁹ amore. Jam habetis quo
modo et qualiter passio xpi a iudeis fuit in
choata. Et hoc quantum ad primā partem
huius sermonis. Quantum ad secundā par
tem huius sermonis. scz. et qualiter passio
xpi per gētiles fuit cōsumata. Mane igitur
scz. et sexta feria consiliū inierunt. scz. secun
dario oēs principes et seniores ppli aduer
sus ihesum vt eū morti traderēt: et vinctū du
xerunt eū de domo caypbe in pretoriū et tra

diderunt eū pontio pylato qui erat gentilis:
et custos ierlm ex parte tiberij cesaris roma
nor. et habuit ptātē ipm dānandi ad mor
tē. Vñ iudas audiēs ipm ductum ad pyla
tū iam non estimauit eū amplius posse eua
dere: penitentia duct⁹ retulit iudeis. xxx. de
narios dicēs. Peccaui tradēs sanguinē iu
stū. At illi dixerūt: quid ad nos. tu videris.
Videns aūt iudas q̄ eū vendebāt lapsus est
in desperationē: et piectis argēteis in tēplo.
Abiēs laqueo se suspēdit. Judas tria fecit.
Primo penituit. Secūdo restituit denari
os. Tertio cōfessus est dicēs. peccaui tradēs
sanguinē iustū. s; qr desperauit hoc fuit pessi
mū. Dicto. Judas plus peccauit desperan
do q̄ xpm tradēdo. Unde de iuda habetur
in decre. Judas a venia exclusus nō fuisset
si ipam a xpo postulasset. de pe. di. i. q. Jnt
hec dicit. Cum xps staret corā pside in pto
rio iudei nō introierūt ne cōtaminarent. sed
vt māducarēt pascha. s. mundi. Criso. O im
pia cecitas. cōtaminari timēt alieno habita
culo: et innocētis sanguinē fundere nō verē
tur. Similes illis sunt quidā facientes sibi
cōsciētias de leuib⁹ peccatis: q̄ tñ grauiora
madere nō formidāt. Accusabant aūt dñm
ihesum de quattuor. Primo qr phibebat tri bu
tum dare cesari: vt ex hoc pylat⁹ q̄ recepit ta
le tributū moueretur cōtra eū. Secūdo q̄ di
cebat se regē. Pylat⁹ aūt primā accusatonē
nō reputans. qr forte dñm audierat dixisse
iudeis. Reddite q̄ sunt cesaris cesari: et que
sunt dei deo. sed qr secūda accusatio videba
tur derogare ptāti cesaris. ideo pylat⁹ voca
uit ihm seorsum et interrogauit eū dicēs. Tu
es rex iudeorū? Rñdit ihs dicens. dicis hoc
de te ipo. an alij dixerūt hoc tibi de me? Rñ
dit pylatus. Nunq̄d ego iudeus sum? gens
tua de q̄ nat⁹ es et pōtifices tui tradiderunt
te mihi: q̄ dixit q̄ dicis te esse regē iudeor.
Rñdit ihs dicēs. Regnum meū nō est de hoc
mūdo. id est terrenū. sed celeste. Dixit pylat⁹.
ergo rex es tu. Qui ait. tu dicis. Pylat⁹ au
diens q̄ regnū suū nō esset de hoc mundo.
nō curauit istā accusationem sicut nec primā
curauit. tunc pylat⁹ exiēs de pretorio ad iude
os dixit. Ego nullā cām mortis inuenio in
isto hoie. Tunc iudei allegabant tertiā accu
sationē dicētes. Ipse sua doctrina noua cō
mouit. id est peruertit a via veritatis populū
per vniuersam iudeā. incipiēs a galilea vsq̄

hac. Cum autem audisset pilatus q galileus
esset. et de iurisdictione herodis. tūc misit eū
ad herodē regē galilee. q tūc tpis erat in ie
rusalem vt eū iudicaret scḋm iudiciū suū. he
rodes aūt viso ihesu gauisus est valde qz ex
multo tpe cupiebat eū videre. eo q multum
audierat. s. de miraculis et doctrina eius. et
etiā qz sperabat se ab eo aliqḋ signū videre.
et interrogauit eū multis sermonibus. Etiā
iudei accusabant eū in multis: sed xp̄s neqz
herodi neqz iudeis eū accusantibus respon
dit. Iō ne vtilitas sue passionis impediret.
Si enī rndisset herodi tūc eū herodes libe-
rare poterat. Cū g̃ xp̄us nullū signū faceret.
nec herodi rndere vellet reputauit herodes
eū fatuū. et spreuit eū et repulit eū a se. et i sig-
nū fatuitatis induit eū herodes veste alba τ in
dicta et derisoria. et remisit eū ad pilatū vt cū
eo faceret qḋ vellet. Et ob hanc cāz herodes
et pilatus facti sunt amici. qui prius erant
inimici ad inuicē. Cū ergo xp̄s reductus essz
ad pilatū. conuocatis iudeis dixit. Nullam
cām inuenio in hoīe isto ex his in quib⁹ euz
accusastis. sed neqz herodes. supple reperit
eū dignū morte. Nā remisi vos ad illū. emē
datū g̃. i. flagellatū eū dimittam. sequit̃ in io
hāne. Pilat⁹ volens liberare xp̄m dixit iu-
deis. Est vobis cōsuetudo vt vnū vinctum
dimittā vob in pasca. habebat aūt tūc vnuz
vinctū qui dicebatur barrabas. et erat ppt
homicidiū incarceratus. Cōgregatis g̃ illis
dixit pilatus. Quē vultis de duob⁹ his vo-
bis dimittā. barrabā an ihm qui dr̄ christus.
Sciebat enī pilatus q ppter inuidiā tradi-
dissent eū. i. obtulissent. Principes autem sa
cerdotū et seniores psuaserūt pplis vt pete-
rent barrabā. s. latronem. et iesum. s. innocē
tē interficerent. Cū ergo deliberassent. pila-
tus cōsiliū interrogans dixit. Quē vultis de
duobus dimitti? Et illi clamantes dixerunt
barrabā. Putabāt eī scḋm Chriso. se posse
astruere q iesus deterior esset latrone. Pyla
tus aūt dixit. Quid tūc faciam de ihū q vo-
catur xp̄s. Dicūt oēs. crucifigatur. ait ill' pre
ses. Quid enī mali fecit. At illi magis clama-
bant. crucifigatur. Vidēs igit̃ pilatus qz ni
hil pficeret in liberatione xp̄i volens popu-
lo satisfacere. et vt vt eos cōpesceret a psecu-
tione xp̄i fecit dn̄m virgis flagellari et illudi.
et hoc fecit scḋm Chriso. vt iudei saciati fla-
gellis xp̄i cessarēt eū ꝑlius psequi. et iō milites
pilati exuentes ihesum p̄mo alba veste qua
eum herodes induit quā adhuc habuit. Se
cundo ligauerunt eū durissime ad quandaz
colūnam. Tertio flagellauerunt eū acerrime
flagellis. ita q sibi sanguis suus preciosissi-
mus p totū corpus suū deflueret. et sic vul-
neratus fuit p totū corpus. Unde Ambro.
Superaddebant plagam sup plagam. liuo-
rem sup liuorem. quousqz tā ipī q inspecto
res fatigati iuberent eū solui a colūna. Hec
oia xp̄s libenter p nobis et patiēter sustinu-
it. qḋ nos p eo? His penis peractis iudei sua
serunt militibus. i. ministris pilati. vt illude
rent ei tanq̄ regi fatuo. Et p̄mo ministri in-
duerunt eum antiquo purpureo indumēto
in derisum et cōtemptū. Scḋo plectētes co
ronam de spinis acutissimis. quam imposu
erunt capiti eius p dyademate regali irriso-
rie. Et dicit̃ illa corona ex iuncis marinis fu-
isse. qui sunt acutiores spinis nostris. et vo
lunt quidā q hāc coronā cū magnis lignis
sibi acriter impresserunt. et fuit ad modum pi
lei. Jero. Quasi mille puncturas in facie et
capite suo percepit a corona. Et ergo scḋm
Bern. Os dn̄ici capitis pforauerut et vsqz
ad cerebrū puenerūt. Tertio dederūt ei arun
dinem in dexteram eius p sceptro. Quarto
genuflexi ei illudebant dicentes. Aue rex iu
deor. colaphizantes et expuentes in euz. q
illusio fuit sibi multū penalis scz eum ado-
rantes vt deum et salutantes vt regem. cala-
phizantes eum et spuētes in eum vt fatuuz
et vilem ac cōtemptibilem psonam. Quinto
accipiebant arundinem τ pcutiebant caput
eius vt spine fortius capiti infigerētur. et h⁹
fuit valde lesiuū dn̄o nostro ihesu xp̄o. Veri
simile est q tantus sanguis p spinas de ca-
pite eius extractus largit̃ fluebat in frontez
et genas et collum eius. ita vt apparebat q̄-
si leprosus. et sanguis et sputum faciebāt eū
leproso similem. vn̄ Esa. liij. Et nos reputa
uimus eum quasi leprosum. His pactis ad
duxit pylatus foras ihesum ad iudeos. Exi
uit ergo ihs de ptorio portans spineā coro-
nam et arundinē in manu. et purpureum ve
stimentū antiquū. Et dicit eis pilatus. Ecce
hō. ecce rex vester. Iudei aūt vidētes ihm
sic coronatum et flagellatum. clamabāt. Tol
le tolle crucifige eum. Et ad hoc ipsi alios
vulgares. prouocabant quasi dicerent. Hec
pena non sufficit nobis, sed crucifigatur.

Respondit eis pilatus. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eum. dixit eis pilatus. Accipite eum vos et crucifigite. responderunt iudei. Nobis non licet interficere quenquam. Tunc iudei accusabant eum de quarta causa dicentes. Nos legem habemus et secundum legem nostram debet mori quia filium dei se fecit. unde Leuit. xxiiij. precipitur quod blasphemi occidantur. et tale crimen imponebant christo quod filium dei se nominauit. Cum autem pilatus audisset hunc sermonem magis timuit et egressus pretorium dixit [illegible] intro et dixit ad ihesum. unde es tu? Ihesus autem non dedit ei. dixit ei pilatus. mihi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem habeo dimittere te. Respondit ei ihesus. Non haberes in me potestatem ullam: nisi tibi data esset desuper. i. a deo. propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Et ex illo querebat rex pylatus dimittere illum. Iudei autem hoc intelligentes clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem fac. contradicit cesari. Cum igitur pilatus audiret hos sermones. i. minas de indignatione cesaris plus timuit hominem. i. cesarem offendere quam christum innocentem occidere. ergo adduxit ihesum foras et sedit pro tribunali. et eo sic sedente misit ad eum uxor sua dicens. Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum. i. in somno propter eum. Et dicit Nico. de lyra. quod diabolus apparuit uxori pilati inducens eam terroribus ad liberationem christi ne per eius mortem perderet suam potestatem. et utrumque impediret salutem et liberationem. Sed pilatus insistit ihesum in iudicio assistit. Et dixit iudeis. Ecce rex vester. tunc illi clamabant. Tolle tolle crucifige crucifige eum. Tunc enim tempus mortis crucis erat turpissima. dixit eis pilatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt iudei. Non habemus regem nisi cesarem. scilicet romanum. Videns autem pilatus quia nihil proficeret. sed magis tumultus fieret in populo. Accepta aqua lauit manus suas coram omni populo di. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. vos videritis. Audientes hec iudei dixerunt. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Audiens autem pilatus quod crimen vellent super se recipere atque ostenderent imperatori romano subiecti esse: tunc dedit sententiam ut christus crucifigeretur. unde in eadem hora duos latrones sic ad mortem iudicauit. Sciendum quod pilatus conabatur christum liberare quinque modis. Primo in hoc quod ipsum ad herodem misit. Secundo quia excusauit eum per herodem. Tertio in hoc quod dixit corripiam ergo illum et dimittam. Quarto per personarum adequationem scilicet barrabe et christi. Quinto per sue dilationem. sed male fauit. quia plus cesarem quam deum timuit. Etiam notandum quod pilatus fecit sicut olim consuetudo fuit quando aliquis innocens fuit in aliqua re tunc manus coram hominibus lauit. sed tota aqua maris non poterat lauare pilatum quin nocens erat. et hoc triplici ratione. Prima quia sciuit quod per inuidiam tradidissent eum. Secunda quia dixit non inuenio causam mortis in eo. Tertio quia potestatem habuit dimittere vel crucifigere eum propter quod tenebatur eum tanquam innocentem liberare ex officio iudicis. Data igitur sententia christum a pilato. suscipientes eum milites presidis. Primo induerunt eum vestibus suis vt homines eum melius cognoscerent in sua veste. et sic maiorem verecundiam susciperet coram hominibus aspicientibus. Secundo imposuerunt ei crucem ponderosam et longam super humeros eius. Sancta Brigida et Ansbel dicunt quod crux christi xv pedum fuit in longitudine. Tertio associabant sibi duos latrones secum damnatos qui cum eo ibant. vt ex eorum societate magis diffamaretur. Cum autem christus per medium urbis duceretur cum latronibus multitudo maxima proximorum tam iudeorum quam gentilium sequebantur eum. Quidam plangebant suam innocentem mortem quidam illudebant et insultabant ei gaudentes de morte et passione eius. Quidam forte ratione curiositatis, vt viderent si de pena se liberaret. vel si moriens aliquod miraculum faceret. et ad quem finem deueniret. Queritur vtrum maria mater christi presens fuerit cum christo? Respondetur quando christus fuit captus flagellatus. coronatus. tunc mater christi non fuit presens. quia iudei de honestate affecit matrem propter filium. sed quando exiuit portando crucem propriam tunc mulieres deuote stabant iuxta portam ciuitatis. et non est dubium quin maria mater christi inter illas fuerit. quia dicit bea. Bern. in quadam auctoritate quod ipsum vsque ad crucem secuta fuit. Et quando matrem vidit cum ceteris mulieribus stantem. Et etiam quia fatigatus et debilitatus fuit propter penas et afflictiones preteritas tota nocte et etiam de die sibi illatas quod lento gradu incederet. et sic infra crucem inclinauit se ad terram et amplius crucem portare non poterat. Et dicitur quod in eodem loco sancta helena mater constantini imperatoris quando visitauit terras

sanctam et sepulchrum christi cõstruxit sibi
vnam solennẽ ecclesiam in honore btẽ Ma
rie virginis. Tũc ministri pilati coegerũt quẽ-
dam noĩe symonẽ patrẽ rufi et alexandri ve
nientẽ de villa cũ do ad ciuitatẽ vt portaret cru
cem post ihm. Nam lignũ sancte crucis ita p-
probanũ reputabatur vt nullus iudeorum portare vel
let nec etiã tangere. Sancta brigida dicit q̃ g
ui pondere crucis dñs septies quinquies cecidit.
Considera hic q̃ta sit passa mater xp̃i virgo
maria in corde suo. cũ sic videret filiũ suũ ple
nũ doloribus et cõtumelijs incedẽtẽ et cru-
cem baiulantem. pie creditur q̃ multas lacri
mas feruidas ex oculis virgineis per genas sa
nas fuderat. Verissime sciẽdũ q̃ in omni passio
ne et tristitia nullũ signũ impatientie ostẽdit
in passione xp̃i. Tunc dixit ihs mulieribus lu
gẽtibus. Filie syon nolite flere sup me sed su-
per vos ipsas flete et sup filios vr̃os quia veni-
ent dies in quibus dicẽt: Beate steriles que
non genuerũt et vbera que non lactauerunt
Et sic factũ est in tpe destructionis hierusalẽ
xlij. an. post passionẽ et ascẽsionẽ xp̃i cũ Titus
et Vespesianus romani pontifices hierusa
lem destruebãt et mr̃es filios proprios come
debant et q̃. xxx. iudei vendebant pro vno de
nario, sicut pro. xxx. denarijs vẽditus fuit do-
minus noster ihs xp̃us. Josephus dicit q̃
vndecies centenamilia fame et gladio peri
erũt et nonagintaseptẽmilia vẽditi sunt et di
spersi. et verificata est illa maledictio quan-
do dixerũt pilato. Sanguis eius sup nos et
sup filios nostros. Et illã plagã xp̃s fleuit
in die palmarum vt dr̃ Lu. xix. Vidẽs ihs ciui
tatem fleuit sup eam et in signũ huius dixit
filie hierlm nolite flere tc. Cũ igitur venis
sent ad locũ caluarie deposuerũt crucem sup
terram postea exuerunt eũ vestibus suis. et
nudus stetit ante crucẽ corã oĩ pplo et ex illa ex
utione dolor ipsius renouatus est. quod in
hoc ppendi põt. quia q̃n aliquis pannus extra-
hitur de vulneribus violẽter qui in eo compa-
ctus est. dolor eius innouat. sic fuit cũ dño
nostro ihu xp̃o. O q̃tus dolor erat tũc i cor
de marie mestissime matris eius cũ oculis su-
is videret filiũ suũ sic nudatũ corã oĩ po-
pulo. sic vulneratũ et plenũ doloribus vt habe
tur ex Anselmi. in virginali planctu. q̃ maria
velamẽ sui capitis accipiẽs circũligauit lum
bos eius. Deinde scd̃m reuelatõem sctẽ bri
gide xp̃m eleuauerũt et ipm crudelissime su
per crucem iactauerunt ita q̃ omnia vulne-
ra eius de nouo cruentare ceperũt. prius eñ
fecerũt foramina in cruce. et tũc primo vnũ
clauũ ad manũ eius incusserũt adeo spissus
q̃ tunc sanguis non potuit emanare ita vul
nus clauo replebat. Postea q̃n volebant al
terã manũ affigere inuenerũt q̃ brachiũ eius
sic foramen attingere non poterat. ob hoc li
gato fune ad brachiũ cũ violẽtia traxerũt et
similem clauũ eidem manui incusserunt. Et
dicit quidam doctor q̃ foramen pedũ etiam
excessit longitudinẽ corporis xp̃i. ideo etiã funi
bus ipm trahẽdo nimis prolongauerũt vt pe
des foramini coaptarent. Ideo propter hãc vio
lentiam tractionis mẽbra xp̃i adeo distincta
sunt q̃ coste et ossa numerari poterãt. Iuxta il
lud quod an̄ pphetisatũ ẽ ps. xxi. Foderunt eñ
manus meas et pe. m. dinu. o. ossa mea. mõ
illam penalẽ extensionem qualiter xp̃s pro te
expansus et tractus fuit in cruce quotidie in
spice cum deuotione et cõpassiõe cordis tui
Nam legitur q̃ cum quedam psona deuota
in quadam reuelatione interrogaret a xp̃o i
quo xp̃s magis pro nobis doluisset Respõdit q̃n
extẽsus fuit in cruce vt omnia ossa eius nu-
merari poterãt. et quicũq; mihi pro illo dolore
gratias egerit. ita gratũ obsequiũ mihi pstã
bit ac si oĩa vulnera mea vnguẽto preciosissi-
mo deliniret. Postea eleuauerũt xp̃m i cru-
ce et scd̃m Brigidã. Pessimi crucem leuan-
tes ad terram relabi fecerũt et sic claui ex illo
casu quasi exiuerũt. et ipsi clauos iterũ percus-
serũt. et sic erexerũt crucẽ secũdario in subli
me cũ clamore et posuerũt in foramen quod pa
rauerũt et miserũt tam fortiter intus cadere
q̃ oĩa vulnera eius apta et renouata fuerũt
Itẽ nota q̃ crux xp̃i solũ cõstabat ex duobus
lignis scz hasta et transuerso et hinc ẽ q̃ non
haberet vbi caput suũ reclinaret. sed pilatus
supposuit tabulam vnicã ei in q̃ erat titulus
scriptus. Jhesus nazarenus rex iudeorum. Et
pontifices iudeorum dixerũt pilato. Noli scri-
bere q̃ sit rex iudeorum. sed quia dixit rex sum iu
deorum. pilatus rñ. dicẽs. Quod scripsi scripsi. et cũ
xp̃s sic pẽderet in cruce plenus doloribus.
tunc iudei blasphemabant eum mouẽtes ca
pita sua et dicentes. Vah qui destruis tem
plum dei et in tribus diebus illud reedifi-
cas. Silr̃ et principes sacerdotũ illudebant
ei cum scribis et senioribus dicẽtes. Alios
saluos fecit seipm saluũ non potest facere. S:

si rex israel est descendat nunc de cruce et credi
mus ei. Has irrisiones et cõtumelias xp̃us
patiẽter ꝓ nob sustinuit et nihil rñdit. Sequi
tur scdm Math. A sexta hora tenebre facte
sunt vsq3 ad horã nonã sup vniuersam terrã
et sol obscuratus est scdm Lu. Rõ qz sol iu-
sticie ihs xp̃s patiebatur innocentẽ mortem
in cruce. Idcirco sol iste visibilis factori suo
cõpatiens lucis sue radios occultauit Chri-
so. Sol obscuratus est nõ enĩ poterat ferre
creatura iniuriam sui creatoris. Et ꝑplus vi
sis tot signis tũdentes pectora sua recesserũt.
Septẽ verba sunt q̃ xp̃s ꝓtulit pẽdẽs in cru
ce. et post recessum populi ihs xp̃s dñs no-
ster pẽdẽs in cruce ꝓtulit ista septẽ vba que
cordibus hoim sunt deuote imp̃mẽda. Pri
mum vbum. Pater ignosce illis qz nesciunt
quid faciũt. et exauditus est. qz virtute illius
orõnis postea vna die ꝯuersa sunt tria milia
iudeoꝝ. Act. ij. et alio die. v. milia iudeorum.
Act. iiij. Ergo hodie exẽplo xp̃i ꝓ oibus ini
micis nr̃is orare debemus. eisq3 de cordib⁹
nostris totaliter indulgẽdo. Post h⁹ latro
a sinistris noie Iesmas. blasphemauit dñs
ihm dicẽs. Si tu es xp̃s saluũ fac teipsuz et
nos. Et alter a dextris noie Dismas increpa
uit eũ dicẽs. Neq3 tu times deũ cũ sis nobis
cum dãnatus vsq3 ad mortẽ. nos quidez iu-
ste. qz digna factis recipimus. i. talẽ mortez
bñ meruimus. Hic bo non. qz nihil mali fecit
et cõuersus ad ihm dixit. Memẽto mei do
mine dũ veneris in regnũ tuũ. Luc. xxiij. ꝓ
tulit scdm vbũ. di. Amẽ amẽ dico tibi hodie
mecũ eris in pa̾dẏso. i. aia tua erit mecũ vbi-
cũq3 ero. et videbit diuinitatẽ meã. Stabãt
aũt iuxta crucẽ maria mr̃ xp̃i et sorores matris
eius. s. maria cleophe et maria mater filioꝝ
zebedei et maria magdalena et iohẽs. Cũ er
go ihs vidisset mr̃em suã et discipulũ suuz
quẽ diligebat. s. iohẽm. dixit mr̃i sue. Mr
et non mater. qz plus eam lesisset. Ecce fili⁹
tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mr̃ tua.
q. d. Recõmendo tibi mr̃em meã. teq3 ei i fi-
liũ tribuo. i. tu retine eam in tua custodia. et il
lud est tertiũ vbum xp̃i in cruce ꝑ qd instru
it nos parentes nostros añ mortẽ et post mor
tem diligere. Et maria nõ recessit vsq3 more
retur filius eius in cruce. Postmodũ in p̃n-
tia mr̃is et hoim circũstantiũ clamauit i cru
ce. Hely hely lamasabatani. hoc est de⁹ me⁹
de⁹ me⁹. vt q̃d dereliquisti me. Et hoc erat

quartũ verbũ xp̃i in cruce pendẽtis. Per h⁹
docet nos in angustijs et tribulatõibus et i
infirmitatibus corpis et anime ad deum ꝛ nõ
ad phitonissas recurrere. Post hoc vt consu
maretur scriptura que de eo scripta erat i ps
lxviij. Dederunt in escam meam fel et in siti
mea ꝛc. Dixit sitio. Et hoc erat quintũ vbũ
in cruce. Sitiebat autem xp̃s dupliciter scili
cet sp̃ualiter salutem humani generis. Un-
de Bern. Dñe quid sitis. certe salutem nr̃az
qz ꝓpter hoc venisti in mũdũ. et etiã corpa
liter. qz naturale est hoim morientiũ sitire rõ
ne anxietatis. Sequitur. Et statim currens
vnus accepta spongia impleuit eam aceto ꝛ
circũponens ei ysope po cũ arũdi. ac obtulit
ori eius. cum ergo accepisset ihs acetũ dixit
Consũmatum est. Et hoc erat sextum verbũ
q. d. Cõsũmatũ ẽ quicq̃d ꝓphete de me di-
xerunt. Consũmatum est opus redemptõis
humani generis. Consũmatum est op⁹ pas
sionis mee. qz tantas penas sustinui ꝙ am
plius viuere non valeo. Cum ergo dixisset cõ
sũmatum est. tunc iterum clamauit voce ma
gna dicens. Pater in manus tuas commẽ-
do spiritum meum. Et hoc est septimũ vbũ
et vltimum in cruce. Et hoc dicto inclinato
capite tradidit spũ. Hic quilibet dicat chri-
sti expiratõni vnũ pater noster. Item septez
fiunt hodie in ecclesia que alijs diebus non
fiunt in anno. Primũ est ꝙ hodiernũ officiũ
non habet p̃ncipiũ neq3 finem sicut alia of-
ficia habent ꝑ totum annũ. qz hodie ille pa
titur qui est p̃ncipiũ et finis. Apocal. i. Ego
sum alpha et o p̃ncipiũ et finis. Secundũ ẽ
ꝙ hodie cões orationes fiunt ꝓ papa. ꝓ re-
ge. ꝓ epo. ꝓ cl'icis ꝓ laicis. et ꝓ oi g̃du ecce
et ꝓplo catholico. Etiã orat hodie ꝓ infide
lib⁹. paganis hereticis et etiã ꝓ iudeis. et g̃ qn
cũq3 hodie sacerdotes flectũt genua. tunc et i-
am oẽs xp̃ifideles debẽt flectere genua ꝛ de-
uote inuocare dñm nr̃m ihm xp̃m. Itẽ sciẽ-
dũ ꝙ sanctus Bern. dicit. ꝙ in memoriam
derisionis et adorationis iudeoꝝ in corona
tione ihu xp̃i ecclia in parasceue qñ ꝓ vniuer
so statu fideliũ et ifideliũ genuflectẽdo orat
tunc ꝓ ipsis iudeis sine flectione solet orare
Et non immerito. qz si xp̃us ihus adhuc in
terra ambularet hodierna die iudei ip̃m fe
cundario crucifigerent. qd ostẽdit in illis iu-
deis qui in die parasceues ceream ymaginẽ
crucifixi flagellauerunt et cruci affixerunt.

et lancea ꝓdiderunt. et marie matri xp̄i con
questa est de ipsis. Exemplū hoc q̄re in prō-
ptuario. clvi. P. Itē sciendū q̄ in dieb⁹ dn̄i
ce passionis nō debēt iudei in publicū ꝓdi
re. et etiā in die parasceues nō debent habe-
re ostia et fenestras aptas. vt p̄z extra de iu
deis. c. Sola sup his. Itē sciēdū q̄ nos ho
die oram⁹ ꝓ iudeis vt deus illuminet eoꝝ
corda. sed ipsi ꝑsequunt̄ nos et maledicunt
nobis. Unde habet̄ in li. iudeorū q̄ vocatur
talmorh. Optimū xp̄ianoꝝ occidere melius
est q̄ caput serpētis cōterere. et in eodem li-
bro habetur q̄ omnis maledictio prohibi-
ta est iudeis: nisi ecclesie. Tertiū crux adora-
tur et osculatur hodie a xp̄ifidelib⁹ in signū
q̄ sumus reconciliati deo patri per passionē
filij sui. Quartū hodie ecclesias visitamus:
et hoc propter nouē ductiones xp̄i. Prima
fuit de monte oliueti vbi captus et ligatus:
ductus fuit ꝑ vallē iosaphat ad annā. Se-
cunda de domo anne ad cayphan. Tertia
mane. scz feria sexta hora prima ad pylatū.
Quarta a pylato ad herodē. Quinta iterū
ab herode ad pylatum in veste alba. Sexta
quando milites pylati duxerunt eum intro
in atriū vbi fuit flagellatus. coronatus. et
arundine in capite percussus dicentes. Aue
rex iudeoꝝ. Septima quando pylatus du-
xit eum foras pretoriū dicens. Ecce homo.
Ecce rex vester. Octaua quādo ad tribunal
fuit ductus et ad mortem sententiatus. No-
na quando fuit ductus extra ciuitatē ihrl'm
ad locū caluarie vbi fuit crucifixus. Istas
nouem ductiones debemus hodie premedi
tari quando visitamus ecclesias. Quintum
q̄ hodie exaltatur crux et cātatur ter. Popu
le meus q̄d feci tibi: aut quid molestus fui
tibi. Et tria dona obijciuntur iudeis que fe
cit eis de⁹. Primo q̄r liberauit eos de egyp-
to. Secūdo pauit eos māna q̄draginta an-
nis in deserto. Tertio duxit eos in terrā opti
mā. vnde merito regratiari debuissent sibi.
Un̄ cōqueritur de eis xp̄s in ps. xxxiij. Retri-
buebāt mihi mala pro bonis. Sextū q̄r ho-
mies cōmuniter hodie incedūt nudis pedi-
bus: et etiā sine lineis. Et inclinato capite in
signū ꝯpassionis xp̄i. Nec homies cōsueuerūt
hodie ridere ꝓpter fletum xp̄i. quod tñ plu
res ribaldi nō aduertūt. de quibus xp̄s cō-
queritur Esa. xlix. Inuacuū laboraui sine cau
sa et vane ⁊c. Septimū q̄r hodie artum ieiu

nium seruatur. q̄r xp̄s nihil gustauit in cru
ce nisi acetum et fel. ergo laudabile est hodie
ieiunare in pane et aqua. et si quis propter de
bilitatē corporis nō potest. tñ aliqualē absti-
nentiā habeat a q̄busdā cibarijs voluptuo-
sis. vt piscibus vel alijs. Ista debēt nos ho
die inducere ad fletum. Primo q̄ xp̄us fle-
uit ꝓpter corporis passionem et vulnerum do
lorem. Ad Hebre. v. Cū clamore valido ⁊c.
Itē amare fleuit ꝓpter infructuositatē sue
passionis. q̄r multi sunt ingrati et reddunt
se indignos merito passionis xp̄i. vnde con
queritur Esa. vt supra. inuacuum laboraui ⁊c.
Secūdo fleuit hodie beata ṽgo maria ma-
ter xp̄i ꝓpter cōpassionē sui filij. q̄r oia vul
nera q̄ xp̄us sustinuit in corpore. ipsa in corde
sustinuit. ergo plus est q̄ martir. nā tristissi
ma mater fuit hodie. q̄r vnicus filius eius
hodie innocēter passus est. et etiā q̄r p̄sens
fuit et impotens ad subueniendum sibi nec
haustū aque porrigere sibi potuit. cum dice
ret in cruce filius eius. Sitio. hodie gladi⁹
doloris pertransiuit animā eius. Tertio fle-
uit petrus Luce. xxij. Egressus foras fleuit
amare. Quarto oēs apli. Un̄ canit̄. Tristes
erāt apli de nece sui dn̄i. Quinto turba mu
lierū ipsum sequentiū. Un̄ dixit eis xp̄s. Fi
lie ihrl'm nolite flere super me ⁊c. Sexto q̄r
sol obscuratus est. vn̄ Enso. Sol obscurat⁹
est. Non enī ferre poterat creatura iniuriam
sui creatoris. Septimo t̄ra hodie mota est.
Octauo sepulcra mortuoꝝ hodie apta sunt.
Nono petre scisse sunt. Decimo velū templi
scissum est a sūmo vsq̄ deorsū. Undecimo
q̄r altaria hodie denudata sunt: et significāt
xp̄m qui hodie denudatus fuit ante crucē
stans: et postmodū nudus pendēs in cruce
corā oīm pplo. Duodecimo tabule pulsant̄.
et significāt strepitū iudeoꝝ q̄ cū gladijs et fu
stib⁹ cōprehēderunt dn̄m. Et etiā significāt
clamorē xp̄i in cruce. Math. xxvij. Clamās
voce magna emisit spm̄. Itē sciēdū ex quo
illa iam enumerata hodie fleuerūt passionē
xp̄i. tūc nos magis debem⁹ cōpati dn̄o nr̄o
ihu xp̄o: et flere passionē ei⁹ ꝓ q̄b⁹ hodie ip̄e
passus est. et nob̄ maximā et supexcellētē cha
ritatē ostēdit. vn̄ Ioh. xv. Maiorē charitatē
nemo h̄z ⁊c. et ē bonū signū salutis q̄ hodie li
bēter et deuote audiūt p̄dicare passionē xp̄i: et
salubriter passionē xp̄i memorādo flent. math.
v. Beati q̄ lugēt. et q̄cūq̄ hodie deuote salubrit̄.

ter et pie fleet p totū ānū maiorē grāz ad xpi passionē mēorādo ꝯpatiēdo et flēdo hēbūt. Et q̄ hodie aridus est timendū est ꝙ p totū annū aridior inueniat. Et insup est malū signū q̄ hodie non cōpatit nec flet cū xpo: nec aliquā afflictōnē suo corpi īponit. vñ Leui. xxiij. Aīa q̄ hodie afflicta nō ē. Imo timēdū est ꝙ talis aridus nō est ī grā nec mēbrū xpi. qꝛ naturaliter membrū cōpatit capiti. Modo scdm apl'm. Xp̄s est caput ecclie: et nos mēbra. Insup naturale est fedus sāguinis q̄n pater et mater tribulant et flēt vel q̄ō mai' est q̄n flagellarent et sanguinē propriū funderēt innocēter. tūc filij et filie naturalit cōpaterent: et etiā flerēt cū suis charis parētibus. Modo debet xpm q̄libet nostrū plus diligere q̄ patrē et matrē. qꝛ maiorē charitatē et plura beneficia tibi exhibuit quē vides hodie p te captū. ligatū. flagellatū. coronatū. consputū. illusum. crucifixū. et occisum. Idcirco merito cōpati et flere debes hodie cū xpo. Et tales lacrime passionis xpi sunt xpo dulcissime. Vñ ondit in quadā vgine cui' lacrimas xps recepit et perunxit pectus suū cū ipsis lacrimis. Hoc exemplū quere in promptuario. xxviij. P. Sed diceres quid faciet' est q̄ fleret libenter hodie et nō potest. Rñdet ꝙ debet seipm cogere ad fletū puniēdo et flagellādo corp' xpprm: et hoc est bonū et laudabile. Et si nec sic pōt cogere ad fletū se. tunc xps recipit voluntatē pro facto. Vñ Augu. Coronat de' intus volūtatē vbi nō inuenit facultatē. Itē sciendū ꝙ nihil ē deo accepti' et homini etiā vtili' q̄ frequens meditatio passionis xpi. Unde Albertus magnus doctor theologie. Simplex recordatio seu meditatio passionis xpi plus valet q̄ si integrū annū ieiunaret qs in pane et aqua: vel q̄s quotidie virgis et flagellis cederetur vsq ad effusionē sanguinis. vel si quotidie legeret vnū psalteriū. Vñ etiā Bonauē. Nihil in aīa ita opat vniuersalē satisfactionē sicut meditatio xpi passionis. Sed diceres quē honorē debeo exhibē passioni xpi. Pro quo sciendū scdm iordanū ꝙ quicūq quotidie dix. xv. p̄ nr̄ p totū annū [illegible] pat noster ꝙ anno cōpleto cuilibet vulneri xpi dixit tm̄ vnū Pater noster. ita ꝙ tot sunt vulnera xpi quot sunt dies in anno quindecies accipiendo quālibet plagā flagellatōis pro vno vulnere. et puncturam cuiuslibet spine pro vno vulnere. Que quidē oratio multū efficat esse phibetur. Vñ Bern. in sermone quodā in persona xpi. O homo vide quid pro te patior non est dolor sicut quo crucior ad te clamo qui p te morior vide penas quibus afficior. vide clauos quibus cōfodior. cū dolor tantus sit exterior: interior est tāto grauior quāto te ingratiorē experior. Item sciendū ꝙ qsicūq pertransis imaginē crucifixi in publica strata siue in ecclesia. vel etiā in quocunq loco. tunc reuerentiam exhibe dn̄o nr̄o ihesu xpo. et cōsidera hoc ꝙ habet caput inclinatū ad osculandū. brachia extēsa ad amplexandū. pedes affixos ad tecum manendū. Vñ Augu. in li. de virginibus. Xp̄us habet caput inclinatū ad osculandū. Cor apertum ad diligendū. Brachia extensa ad amplexandum. Totum corpus expositum ad redimendum. Sed pchdolor infideles quidam heretici hoc nō faciūt q̄ imagines xpi et marie virginis et sanctorū destruūt. Cōtra hoc habet in decre. Imagines sanctorū nō sunt contēnende sed venerande de conse. dist. iij. c. Venerabiles. Ex his iam dictis patet ꝙ laudabile est habere crucifixum in domo circa mensam vel circa lectū. vt qsicūq intueris crucifixū gratus sis dn̄o nostro ihū xpo qui te in cruce redemit. Vltimo sciendū ꝙ oēs hoīes debēt diligere et meditari passionē xpi. qꝛ quicunq venerat passionē xpi firmā spem debet habere ꝙ passio xpi non frustrabitur in eo. Vñ Criso. sup Math. Omnis sal' hoīm in xpi morte posita est. Nam passio xpi trahit hoīem a proposito peccādi: et a ptāte diaboli in pñti vita. qd ostendit in illo iuuene qui iuit ad peccandū: et xps ei ondit vulnera. Hoc quere in promptuario. xxv. P. Itē passio xpi liberat hoīem ab eterna dānatione. hoc ondit ī illo qui quotidie de sero et de mane dicebat titulū illū. Ihu nazarene rex iudeorū miserere mei. hoc exēplū qre ibidē. xxij. P. Itē passio xpi succurrit hoīb' in extremis. Exēplū de abbatissa q̄ fecit xpi passionē sibi legi in agone ib. de. xxxij. P. Postremo notandū ꝙ si sacerdoti q̄ habet pdicare xpi passionē placet facere duos sermones. tūc pñtē passionē pōt diuidere in duos sermones. Primus sermo erit a pncipio illi' sermonis vsq ibi. Qualit passio xpi a iudeis fuit incohata cōcludēdo cū illo exēplo vbi iudei imaginē

crucifixi cum pedibus cōculcauerūt. et cun-
cta obprobria dñice passionis renouauerūt
Hoc quere in pmptuario. xliiij. P. Si autē
vult breuiter pdicare passionē xpi. tūc inci-
piat ibi. Mane aūt facto. z sic iterū tria erūt
dicēda. Primo q passus ē xpus illo die. Se-
cūdo que fuit ea q fiūt illa die et q nos ida
cere debēt ad fletū hodierno die. Tertiō sicut
xpus olim a iudeis occisus est et crucifixus.
sic hec quotidie crucifigit̃ a malis xpianis.
qd ostendit in balistario qui vulnerauit ima-
ginē crucifixi. Hoc q̃re in pmptuario. xliij. P
Itē i illo catholico q ppt linea camisia vul
nerauit imaginē crucifixi. hoc q̃re ibidē xliij.

De sancto Georgio. Sermo. xv. P

Bona sicut bo
n⁹ miles ihesu xpi. ij. ad Thimo.
ij. c. magnū est esse militē. sz ma-
ius bonū militē esse. sed maximū esse mil'tē
ihu xpi. Et talis fuit bea. Geor. cuius festuz
hodie celebramus. Vñ in p̃senti sermōe ad
honorem sancti georgij martiris tria sūt di-
cenda. Primo priuilegia sancti georgij. Se-
cūdo aliqua p nostra informatōne. Tertio
miraculū. Quantū ad p̃mū sciendū q beat⁹
georgius habuit septē priuilegia. Primū
qz est verus miles xpi et fortis miles in fide.
qz mortem nō timuit p defensione fidei. vñ
legitur de ipso q tpe Daciani cū tanta essz p
secutio xpianorū vt infra vnū mēsez. xvij. mi
lia martirio coronarentur qd videns fort' mi-
les xpi georgius tactus dolore intrinsec⁹ ex-
clamauit. Omēs dij gentiū demonia. dñi
nus aūt celos fecit. Et in hoc ostēditur cōstā-
tia illius militis. Scōm qz vicit draconez
qui significat diabolū. Draco enī est aīal val-
de nociuū. nocet enī flatu p aeris infectionez
et inde morbus pestilens generatur. sic dia-
bolus flatu suo. i. inspiratōne malarū cogi-
tationū i gnem diuini amoris extinguit cuz
hō ei cōsentit. Tertiū priuilegiū q ē filius
aplico qz ppter xp̃m oia tpalia reliquit. Naz
legit̃ de eo q cū esset diues oēs diuitias de-
seruit et eas pauperibus distribuit. et dei ser-
uitio se totaliter mancipauit. Quartū pri-
uilegiū q similis est beato iohanni aposto-
lo et euangeliste qui venenū bibit et nihil si-
bi nocuit. Simile legitur de sancto georgio
q quidā maleficus bis sibi venenū fortissi-
mum ppinauit. qd ipse ipm illo signo crucis
sine lesione aliqua bibit. Iuxta illud euāge
lij Marci. xvi. Si mortiferum quid biberit
zc. Quintum priuilegium q christus cum
multo lumine ad ipm descendit cum essz in
carcere positus et ipm dulciter confortauit.
cuius melliflua locutione ac visione sic con-
fortatus est vt p nihilo duceret cruciat⁹ sui
corporis. Sextum priuilegium q fuit ma-
ximus martir. Primo enī fuit in eculeo suspē-
sus et mēbratim corpus eius dilaniatuz cū
vngulis ferreis. Scōo plage et vulnera ei⁹
sunt cum sale confricata. Tertio facibus ad
latera eius appositis et sic crustus et crucia-
tus fuit. Quarto quidam magus et malefi-
cus venenū miscuit vino et sancto georgio
sumendū porrexit. Contra qd vir dei crucis
signum edidit hausitqz eo nihil lesionis sē-
sit. Rursum magus fortius venenum immi-
scuit qd vir signo crucis edito sine lesione ali
qua totum ebibit. quo mag⁹ viso ad pedes
eius cecidit et se fieri xpianū postulauit quē
mox iudex decollari fecit. Quinto iudex ius-
sit georgiū poni i rota gladijs bis acut] vndi
qz circusepta sed statim diuina potentia ro-
ta frangitur. et georgius penitus illesus in-
uenitur. Sexto iussit eum in sartaginem ple
nam plumbo liquefacto pnci. Septimo ius
sit eum p pedes suspendi et fumuz fecit fieri
sub capite eius vt sic suffocaret. Octauo iu-
dex fecit fieri vas quasi lagenam. et p totuz
clauis ferreis interius circūdari. et fecit euz
in illo vase volutari. Nono fecit eum trahi p
ciuitatem. Decimo decollari ipm iussit. Et
sic mortuus est circa annū dñi. cclxxviij.
Septimū priuilegium q p quibuscūqz ho
minibus orat. dñs ipm exaudit. Unde legi
tur de eo q cū decollari deberet flexis genib⁹
orauit dicens. Dñe ihesu xpe hoc oro vt ani
mam meam non separes a gratia tua et q̄cū
qz me in necessitate sua inuocauerit cū exau-
dire digneris. Et venit ad eū vox dicens q i
omnibus esset exauditus et sic fieret vt ora
uit. ps. xc. Clamauit ad me et exaudiam eū.
Quantum ad scōam ptem istius sermonis
sciendū q oēs hoīes tam nobiles. q̄ igno-
biles. tam diuites q̄ paupes sūt similes in
q̄tuor. Primo qz deus oēs hoīes creauit.
ps. xcix. Ipse fecit nos et non ipsi nos. et oēs
ab adam nati sumus et de eodem limo terre
omnes formati sumus. Secundo qz oēs
nudi nati sumus. Tertio qz omnes sumus

breuis vite et omnes habebimus eundem
finē. Et si hoc vis ꝓbare vade ad ossa mor
tuoꝝ et oñde mihi q̄ sunt ossa nobiliū ⁊ ru
sticoꝝ. s; nulla est dr̄ia. Quarto q2 oēs in no
uissimo die resurgem⁹ et añ tribunal xp̄i sta
bim⁹. vn̄ Ap̄ls. ij. Cor. v. Oēs nos manife
stari oꝫ añ tribunal xp̄i ⁊c. Ex quo oēs ho
mines sunt siles tūc q̄rit vn̄ nobilitas regū
militū baronū et alioꝝ nobiliū habuit ortū.
R̄ndet̄ ꝙ ex ṽtutib⁹. vn̄ prim⁹ rex filioꝝ isrl̄.
scꝫ Saul est electus a deo. q2 humilis fuit et
virtuosus. i. Regū. xv. Cū esses paruulus in o
culis tuis cōstitui te regē sup ppl'm meū isrl̄.
Silr̄ scd̄us rex fuit dauid qui etiā ꝓpter suā
ꝓbitatē elect⁹ est a deo. Vn̄ dicit de eo do
minus. Inueni virū scd̄m cor meū. et ex his
habet̄ ꝙ nobiles et ṽtutib⁹ cognoscēdi sūt
nō ex longis tunicis et magnis manicis et
incisuris multis q̄s gerūt in pal'ijs et tuni
cis. q2 alr̄ iā oēs mechanici et rustici essent
nobiles q2 oēs volūt portare scissuras i ve
stibus. Q̄d aūt nobiles debent esse virtuosi
et ꝑ ṽtutes cognosci oñdit Aresto. iij. politi.
Virtus et malicia determināt nobiles et ig
nobiles. Circa q̄d querit̄ que sunt ille vir
tutes ꝑ q̄s cognoscūtur nobiles. R̄ndet̄ ꝙ
sunt p̄ncipaliter tres. Prima est largitas ad
subditos et ad paupes. Vn̄ deus qui est no
bilissimus est largissimus. vt p3. q2 nō dat
nobis solū sua bñficia. s; etiā dat seipm̄ i sa
cramēto altaris. et in futuro vult seipm̄ nob
dare i p̄miū ꝑpetuū. Itēꝫ appatet in hoc sua
largitas ꝙ ip̄e solē suū facit oriri sup bonos
et malos et bñfacit bonis et mal' amic' et i
imic'. ḡ q̄ largitor est paupibus ille est nobi
lior. Hoc etiā p3 in aquila que est auis nobi
lior et ex nobilitate sua nō solū comedit p̄e
dam sed cōdunt al'ys auib⁹. s; petras. auari
cia. rapina. et exactiones in subditos sunt si
gna ignobilitat'. Scd̄a ṽt' est gratitudo et
cognitio bñficioꝝ dei et hoim̄. s. ꝙ deo sunt
grati in hoc ꝙ eos p̄ alijs hoibus honora
uit et sublimauit. Silr̄ grati debēt esse sub
dit' suis a quibus nutriunt̄. q2 ip̄i nō colūt
agros. nec serunt. nec metunt. nec laborant
in vineis nec triturāt. nec panem. nec carnes
nec pisces nec alia comestibilia sibi p̄parāt.
sed alij ꝑ ip̄is laborant. sicut rustici in agri
cām suos pastores. ꝑ mulieres sutores. sarto
res. ip̄is p̄parant necessaria corpis quo ad vi
ctū et vestitū. ergo suis subditis debent esse
grati et clementes et q̄to magis sunt grati
et pij suis subditis tāto nobiliores esse cog
scūtur. Sic ꝑ oppositū isti sūt ignobiles q̄
sunt austeri et ingrati et vilipēdunt subditos.
imo tales ignobiles sunt brut' aialibus. q2
aialia bruta recognoscūt illos qui eis bñfa
ciūt et in signū gr̄itudinis applaudūt ip̄is.
Tertia ṽtus est strēnuitas vt virilitas defē
dendi subditos. Vn̄ nouis militib⁹ dat̄ en
sis ꝓpterea vt viduas et orphanos et subdi
tos suos defendāt. q2 oīa mala ⁊ oīa dāna
q̄ fiūt in terra alicui⁹ militis ac p̄ncipis ꝑ ra
ptores vl' lusores et alios malefactores q̄b⁹
resistere posset redūdabūt in aiaꝫ suā. vn̄ dr̄
in decre. Nō defēdere quos defendēdo q̄s
suscipit execrabile ē. dis. lxxxvij. Irreligiosus
Sꝫ quidā defendūt subditos suos ab alijs
et postmodū ꝑ seipsos eos spoliāt exactionā
do ꝯ deū et iusticiā et sine cā rōnabili. ⁊ tales
tenent̄ ad restitōem si volūt saluari. vt hr̄ se
cūdū Guilh̄. ex de cōsue. in fi. et de hoc q̄re
exēplū in ꝓmptuario. li. D. Quantū ad ter
tiā p̄tē hui⁹ sermonis sciēdū ꝙ hodie festū
georgij deuote et solēniter celebrare debem⁹
et ip̄m tanq̄ singularē p̄ronū et potentē a
pud deū inuocare q3 p3 ꝑ tale exēplū. Vn
de legitur de eo ꝙ cū eductus fuisset ex ciui
tatem in locū decollatōis erat magnus cu
mulus cadauerū et ossium mortuoꝝ. Vn̄ il
li qui venerunt ad spectaculū. dixerūt Ecce
eq modo volum⁹ expiri ptāte dei tui. ꝑ quo
sancta passus es. vt resuscites oēs istos mor
tuos. Qui respondit. Licet nō sitis digni vt
aliq̄d beneficiū dei recipiatis. tamen ad con
firmatōem credentiū. et vt vos cognoscatis
ip̄m esse verū deū qui fecit celum et terram.
hoc rogo ih̄s vt ip̄e eis vitā dignetur redder.
Et statim illa cadauera oia surrexerūt quos
ip̄e baptisauit et multos alios qui hoc mi
raculo viso in xp̄m crediderunt. Vn̄ si hoc
potuit impetrare a deo viuens adhuc in mū
do quid iā pōt apud deū in celo. ergo hono
randus ē et inuocād⁹ a nobis tanq̄ potens
intercessor apud deū in' oibus necessitatib⁹
et tribulationibus nostris.

De sancto Marco euangelista. Ser. xvi.

Go sum vitis ve
ra et vos palmites. qui manet i me
⁊c. Joh. xv. Et in instāns festiuita
te euāgelio. Vn̄ in p̄nti sermone ad honorē

sancti marci cui⁹ hodie festũ celebram⁹ quat
tuor sunt dicẽda. Primo aliqd de euãgelio.
Secũdo de priuilegijs sancti marci. Tertio aliq̃
p informatõne nr̃a. Et q̃rto aliq̃ miracula.
Quantũ ad primũ sciendũ q̃ tria sũt genera
palmitũ vt ex euãgelio hodierno colligit. q2
sunt qdã viti adherẽtes: s3 nõ fructificãtes.
sicut sut illi q̃ hñt fidẽ xp̃ianã: s3 nõ fructifi
cant p opatione. vt sũt ociosi. Istos pr̃ cele
stis penit⁹ sepabit a societate xp̃i ꝛ a consor
tio beato℞ p iniuriam finalẽ: et mittet eos ĩ ca
minũ ignis. Talis nãq3 loc⁹ cõpetit ociosis
q̃ die dormiunt nec deo seruiũt. orãdo. ieiu
nando. necnõ ecclesias frequentando. missas
et sermones audiendo. Nam qlibet tenet in
dieb⁹ festiuis: ꝛ signanter in diebus dñicis
audire integrã missam sub pcepto eccl̃ie. Vñ
in decreto dicit. Die dñica missa est ab oibus
vsq3 in finẽ audienda. de cõse. dis. i. missas.
Item sunt quidã palmites viti nõ adheren
tes: et ideo nõ fructificantes. sicut infideles
q̃ nec in vite manẽt per fidẽ. Similiter xp̃ia
ni q̃ sunt excõicati maiori excõicatiõe. Tales
sunt abscisi a vite q̃ est xp̃us: ꝛ amplius ni
hil valent nisi ad ignẽ. sicut palmes abscisus
a vite. Vñ Ezech. xv. Fili hoĩs qd fiet de li
gno vitis ex oib⁹ lignis nemo℞ q̃ sũt inter
ligna siluarũ. nunqd tolletur de ea lignũ vt
fiat opus aut fabricabit de ea paxill⁹ vt de
pẽdeat in eo quodcũq3 vas ecce igni datum
est in escã. Nã excõicat⁹ priuatus est missis
et indulgẽtijs et oibus bonis op. b⁹ q̃ fiũt
in toto mundo. et ad nihil valet nisi vt eter
naliter cõburat. ꝛ quicũq3 xp̃ian⁹ scienter cõ
municat tali excõicato incid. t in minorẽ ex
cõicationẽ. Vñ dr̃ in decre. Cõicãs excõica
to indebite excõicat onem incurrit. xi. q iij.
Precipue. et. c. Si qs ep̃s. Vocisti deberẽt
attendere q̃ loquũtur. emunt. vendũt. come
dunt. ꝛ bibunt. cũ excõicatis. Itẽ qdã sunt
palmites q̃ xp̃o adherẽt p fidẽ ꝛ opationẽ3.
De qb⁹ dr̃. Qui manet in me ꝛ ego in eo. hic
fert fructum multum. Nam homo existens
in gratia semp meretur quicquid facit oran
do. ieiunando. peregrinando. imo manuali
ter laborando. vnde se vxorẽ et pueros pos
sit nutrire. talis semp enim quolibet labore
quantũcũq3 paruo meretur premiũ eternu3
q̃diu est in gratia ꝛ fideliter laborat. Vnde
ps. cxxvij. Labores manuũ tuarũ: q2 man
ducabis ꝛc. Ergo dicitur in euãgelio. Qui
manet in me hic fert fructũ multũ. Quantũ
ad secundã partẽ hui⁹ sermonis sciendũ q̃
sanct⁹ Marcus habet septẽ priuilegia. Pri
mũ priuilegiũ q̃ a deo est elect⁹ in euãgeli
stam. Nam secutus est petrũ q̃ eũ baptizauit
vsq3 romã tanq̃ ouis pastore suũ. tanq̃ di
scipul⁹ magistrũ suũ. tanq̃ filius prẽ3 suũ.
vbi anno dñi. xl. Rogat⁹ a fratribus scripsit
euangelium grecis litteris: et sermone gre
co iuxta quod petrũ referentes audierat et a
xp̃o per inspirationem acceperat. Unde hie
roni. Cõueniens enim fuit q̃ et ille qui erat
discipulus eius qui est caput apostolo℞ scri
beret euangelium rome: que est caput om
niũ ciuitatũ. et in lingua greca que erat tunc
caput omniũ linguarũ. Qd quidem euãge
lium in aquilegiensi ecclesia olim ostende
batur: sed modo florẽtie apud senatum de
uotione cõgrua cõseruatur. Item sciendum
q̃ sanctus Marcus nõ solum est euangeli
sta: sed etiã testis xp̃i. Nam in xp̃o quattuor
fuerunt de quibus oportuit testimoniũ per
hiberi. sc3 vera humanitas. vera diuinitas.
vera passio. ꝛ vera resurrectio. Et ideo quat
tuor euãgelistas. id ẽ quattuor testes habe
re voluit. Nam testis de vera sua humanita
te fuit. Matheus q̃ in principio sui euange
lij xp̃i genealogiam texuit. ꝛ ideo in figura
hominis ponitur. De diuinitate testis fuit
iohãnes. ideo in specie aquile figuratur. Te
stis de eius passione fuit lucas. et ideo in fi
gura vituli qui deo in sacrificium offereba
tur designat. Testis de resurrectõne sua fuit
marcus qui ipsum eleganter conscripsit. et
ideo in figura leonis figuratur. Sicut enim
leo ad sui clamore3 post tertiũ diem leuncu
los mortuos suscitat. sic pr̃ in diuinis filiu3
suũ post tertiũ diẽ suscitauit. ꝛ q2 marc⁹ de
hac suscitatiõe eterna sp̃ti⁹ agit. iõ ei⁹ euan
geliũ ĩ die resurrectiõis xp̃i in toto mũdo re
citat. Secũdũ priuilegiũ: q2 fuit p̃riarcha ale
xandrin⁹: cui⁹ p̃riarchal dignitas cõmẽdabi
lis est a trib⁹. Primo ex rõne pmotiõis. q2 a
btõ petro spũ sctõ reuelãte fuit pmotus. Se
cũdo cõmẽdabil est rõne pmoti. q2 hãc di
gnitatẽ nõ pcupiuit: s3 ex corde fugit ꝛ humi
tus obediuit vñ pollicẽ sibi amputauit. vt sa
cerdotio reprob⁹ haberet. q2 et huilitate se indi
gnũ reputauit. S3 tñ btũs petr⁹ secũ dispẽ
sauit: ꝛ ipm psidere coegit. Cõmendabilis
est etiã ex pte officij psecuti. q2. s. p̃riarch⁹ nis

sam alexandrie celebrauit: et populū sibi cōmissum scientia et doctrina pauit. Tertiū priuilegiū, q2 est virgo a deo elect9, et in hoc dat exemplum castitatis ipsis sacerdotibus. Multū enī decet castitas ipsos ministros ecclesie. Primo q2 sacerdotes sunt loco dei. et ideo debent viuere spūaliter et nō carnaliter. Secūdo quia habēt angelicū officiū. Nam eidē dn̄o seruiunt cui et angeli. et ideo debent esse puri et mundi sicut angeli. Tertio q2 ipsi cōtractāt sctā: et ideo decet esse eos mundos: et maxime a carnis imūdicia. Vn̄ Leuitic. xxi. Homo qui habuerit maculam nō offerat panem dn̄o deo suo: et nō accedat ad ministeriū eius. Quartum priuilegium q2 nō solū fuit euāgelista: sed etiā magnus martir xp̄i. Unde legitur de eo. q anno dn̄i lvij. sanctus Marcus passus fuit in alexandria grecie. vbi ipse primus patriarcha fuit: quē pontifices idolorū fune collo eius immisso ip̄m p ciuitatē trahētes. ita q carnes eius in terraz fluebant. et lapides sanguine suo rigabātur. Ille aūt cū traheretur clamauit ad dn̄m et orauit p seipso dicens. Pater in manus tuas cōmendo spm̄ meū. Orauit enī p populo peccāte vt sibi indulgeret dicēs. Pater dimitte illis q2 nesciūt qd faciūt

Quintum priuilegiū. q2 xp̄i consolatus est eū tempe sue passionis et adeū descēdit. vn̄ legit de ipso q anno dn̄i. lvij. cū esset in alexandria in carcere venit ad eū xp̄s cōfortans eū et dixit. Pax tibi Marce euāgelista me9: noli timere q2 ego tecū sum: vt eruam te ab hostibus tuis. et pmitto tibi q a me nunq separaberis. Sextū priuilegiū q hodie celebratur festum eius ab omnibus xp̄ifidelibus. et insuper ieiunamus hodie et imus cū reliquijs: vt deus preseruet nos per infinitā suam misericordiam a subitanea morte. Et vocatur letania maior quam sanctus gregorius instituit p magno morbo et plaga dei. de hoc quere in primo sermone sequenti in principio. Septimū priuilegiū q cū magna solēnitate corpus eius venetias trāslatū est. vn̄ legit q anno dn̄i. cccclxvij. Veneti corpus sancti marci de alexandria transtulerūt ad venetias: et cū corpus deferretur fuit odore mirifico circūfusum adeo vt tota alexandria mirabili odore pfunderet. Et veneti in honorē sancti marci ecclīaz mire pulcritudinis fabricauerunt. Quantū ad tertiā

partē huius sermonis sciendum q sicut hodie ieiunam9 p subitanea morte tūc p nr̄a informatiōe. Primo hic querit q̄ sint remedia ctra subitaneā mortē. Rn̄detur scd̄m doc. q sunt principaliter tria. Primū vt quis hodiernū diē et pcessiones veneret deuota oratiōe et ieiunio et deuoto comitatu cū crucis pcessione pro euadēda morte impromisa et subitanea. Vn̄ sanct9 thomas in. iiij. di xv. dicit ille qui orat pro se pie et pseueranter in his que ad salutē suā pertinent semp exauditur. Cur talis q̄ singula p se facit. scz ieiunando. orando. et processionem crucis et reliquias deuote sequēdo nō exaudiret. Secundū est vt quis singulis noctibus in fronte signaculo crucis se muniat dicendo. Jhū nazarene rex iudeorū miserere mei. Vn̄ vincen. in specło histo. libro. xxxij. c. lxviij. refert de sancto Edmundo cantuariensi episcopo qui cum puer esset et scolaris ab anglia missus parisius. cui mater sua deuotissima singulis annis necessaria victus et cilicium misit. Cum aūt ibi cū scolarib9 suis gratia spaciandi in pratū exiuisset. relictis scolaribus suis in iocis prout a matre didicerat. secedendo deuotioni se dedit. Cui puer ihūs in forma pulcerrima apparuit dicens. O dilectissime Edmunde salue dilecte mi. Cūq3 pauefact9 edmund9 admiraret denuo xp̄s puerulus ait ridendo. Nunquid me nosti: Respondit edmundus. Nullam tui noticiā habeo nec puto tu mei. Cui xp̄s. Cū in scolis es et studio intēdis. Et etiā vbicunq3 es inseparabiliter assisto tibi. cur me nō nosti in faciem respice et lege. Cum autem Edmundus in facie pueri litteris celestibus legeret Jhūs nazarenus. et quid legeret. responderet. puer subintulit. Hoc nomen memoriale tibi sit. et noctibus singulis imprime fronti tue. Per hoc enī potens contra mortē subitaneam muniri. et quisquis eadē scriptura se muniuerit cōsimili modo in frōte sua. Quibus dictis relicta magna dulcedie in corde Edmundi disparuit. Similiter cum quis ex corde illū versū qui habetur in ps. cxv. Dirupisti dn̄e vincula mea etc. frequenter trina vice dixerit. vn̄ Cassio. in glo. sup illo versu dicit. Iste vsus tante vtutis creditur vt peccata hoīuz dimittantur. si in fine vite trina confessione dicatur. Tertium est et optimū vt quis quolibet sero cōtritionē habeat de

petis suis ꝑteritis: ⁊ bonā volūtatē amplius emendādi. Un̄ Ezech. xviij. In q̄cūq; hora pctōr ingemuerit ⁊c. Grego. Qui ex corde dolet se cōmisisse culpā ato pctōꝝ suoꝝ obtinebit veniā. Insup alicui sanctoꝝ. s. beate virgini marie vel aplo suo: vel sctō nicolao: vel simili sctō crebro speciale obsequiū exhibeat: vt sibi īpetret q̄ten⁹ nō subito necīprouise: sz munit⁹ ecclesiasticis sacramentis moriatur. Nā etiaz nr̄is tpibus et antiq̄tus repim⁹ multos sic faciētes exauditos fuisse miraculose q̄ satis in grossis morib⁹ ꝑus viuebāt. Et quāq̄ nō sit tenendū ꝙ infallibiliter q̄s q̄litercūq; viuendo exaudiatur. tn̄ pie sperari pōt exauditio ab eo q̄ spālia obseq̄a aliq̄b⁹ sāctis ꝑuilegiatis porrigit. Cōtulit eni de⁹ specialib⁹ sanctis specialia priuilegia ꝓ pctōrib⁹. sicut sācto anthonio cōtra ignis incēdiū. put determinat sanctus Tho. in. iiij. dis. xlv. de orōnibus sctōꝝ. q. ij.

Itē queritur secundo q̄d sentiendū sit de illis qui sine rōne moriunt̄. R̄n̄det̄ ꝙ sic fuerunt in illa hora qn̄ ꝑdiderūt rōnez. sic vult eos xp̄s iudicare in agone. Si enim fuerint in grā in illa hora qn̄ vsum rōnis ꝑdiderūt et sic moriunt̄: tunc sine dubio saluātur. Sz si fuerūt in peccatis mortalib⁹ illa hora. tūc dampnabūtur. si sic decedunt sine vsu rōnis. Un̄ in decre. d̄r. Qualē te inueniat dn̄s cuz vocat: talē pariter ⁊ iudicat. de pe. di. i. Nunquid.

Itē querit̄ quare aliq̄ tā amarā mortē ⁊ durū finē h̄nt. R̄n̄detur ꝙ deus hoc ꝑmittit triplici de causa. Prima cā q: aliq̄b⁹ in penā ⁊ plagā: qui demeruerūt cū magnis peccatis suis. ꝙ nō sunt digni vt cū ratione et ꝯfessione et sacramētis: sed sicut bestie sine penitentia et confessione decedāt. Unde Augu. Ita fit ꝙ in fine obliuiscit̄ sui: q̄ duz viueret oblitus est dei. Insuper talibus peccatoribus magnis datur iam amara mors: vt in ꝑsenti inchoet̄ eoꝝ infern⁹ et ineternuz nunq̄ terminabit̄. Unde aliqui mordēt linguas suas in extremis. q: cum linguis suis deceperūt ꝓximos mentiēdo. detrahēdo. maledicendo. iurando. blasphemādo. scurrilia verba ꝓferendo. Item aliqui in extremis percutiunt cum manib⁹. cū pedibus trudunt. q: offenderūt deum impudice tangendo et cum pedibus chorizando. Item aliqui vestes lacerant: ⁊ tecturā a lecto ꝓiciūt. et sic nudi iacent sine verecundia tanq̄ bestie. q: offenderūt deū in sup̄bia vestiū cum caudis lōgis ⁊ scissuris multis. Q: aliquorū infernus hic incipit patet in antiocho. ij. Machabeorū. ix. q̄ voluit delere filios isrl̄ quē dn̄s percussit plaga insanabili: vt vermes ex corpe suo scaturirēt ⁊ sic miser obijt. Silr̄ in nouo testamēto herodes q̄ pueros occidit etiā scaturiebat vermib⁹ et postmodū occidit seip̄m. Silr̄ carnifices q̄ occiderunt sanctū Kilianū. postremo deuorauerūt man⁹ suas ꝓprias. Similr̄ ⁊ satellites diaboli q̄ occiderūt sctm̄ Tho. cantuariensem q̄ etiā amarā mortē sustinuerant ⁊ sine sacramentis obierūt. Secūda cā est ꝙ deus hoc permittit in terrorē viuentium. vt qn̄ q̄s videt mori iuuenē amara morte ⁊ sine vsu rōnis ⁊ sine sacramentis. vel subitanea morte vt sic cōuertat̄ ⁊ querat indulgentiaz et misericordiā dei: ne similis mors sibi eueniat. Tertia causa q: aliq̄bus bonis cōtingit hoc in bonū vt vsum rōnis amittāt in extremis. sicut sūt pusillanimes: ne in extremis desperent ⁊ a demonib⁹ decipiant̄. q: cū q̄s est in grā et sic ꝑdit vsum rōnis. tūc nō pōt amittere regnū dei: nec peccare mortalit̄ sine vsu rōnis. Itē qn̄q; contingit ex ꝑmissione dei ꝙ aliq̄ hoīes deuoti tā grauē ⁊ amarā mortē sustinent. ⁊ hanc dat eis de⁹ qn̄q; misericorditer ꝓ purgatorio. Ad Roma. viij. Scimus qm̄ diligētib⁹ deū oīa ⁊c. Et contingit malis in malū et bonis in bonuz. sed tn̄ nostrū nō est tales iudicare. Luce. vi. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini: nolite cōdēnare ⁊c.

Quātū ad q̄rtā ptē sciēdū ꝙ oēs xp̄iani debēt sctm̄ marcū tanq̄ singularē patronū inuocare. ⁊ ꝑmo q̄ vulnerant̄ in corpe. Un̄ legit̄ ꝙ q̄dā calciator grauiter se in manu sinistra vulnerauit. cui⁹ manū marc⁹ luto ꝑungēs cū sanauit ⁊ ad fidē ꝯuertit. Itē qn̄ occurrit sterilitas t̄re inuocād⁹ est. Un̄ legit̄ ꝙ cū totā apuleā magna sterilitas occupasset reuelatū est eis ꝙ hoc eis acciderit. q: festuz beati marci nō celebrarēt. Dū igit̄ btm̄ marcū inuocarēt ⁊ festū ei⁹ celebraturos ꝓmitterēt sterilitas abijt: ⁊ abundātia superuenit. Itē pōt īpetrare grāz. Un̄ legitur ꝙ cū q̄dā sarracen⁹ naufragiū pateret sctūs marc⁹ ei deē apparēs cū eripuit ⁊ ad fidē baptismi ꝑduxit. Itē in extremis inuocād⁹ est. Un̄ cū q̄dā religiosus q̄ btm̄ marcū i m̄lta deuotione habuerat: ⁊ ei⁹ sepulcruz sepi⁹ visitauerit

moreret btūs marc⁹ eidē apparuit ꝛ aīam ei⁹
ad celi gaudia itroduxit. Itē obsessus a demo
nib⁹. Unī legit ꝙ qñ corp⁹ suū de alexādria
trāsferret ad venetias q̄dā noluit credere h⁹
ipm eē corp⁹ beati marci: q̄ stati a demonio
capit. ꝛ tādiu vexabat donec ad corp⁹ beati
marci duct⁹ est ꝛ in se credere fateret. q̄ libe-
ratus gloriā dedit deo. ꝛ btm̄ marcū euange-
listā de cetero in magna reuerentia habuit.

In diebus rogationum. Sermo. xvij.

O Rate pro inuicē

vt saluemini. Jacobi. v. Quāuis
omi tpe sit orandū. ꝑcipue tñ die
bus et tpib⁹ statutis. Inter ceteros aūt dies
statutos orōni sunt dies isti in q̄b⁹ ecclīa ce
lebrat letanias. Unde in pñti sermone tria
sunt dicēda. Primo de letania maiori. Se-
cūdo de letania minori. Tertio de orōne qua
vn⁹ orat ꝑ alio. Quantū ad primū sciendū
ꝙ letania interptat rogatio vl supplicatio.
ꝛ letania maior pagitur in die sancti marci
et est instituta a bto Grego. papa. Et est cā
ppter quā instituta est. qꝛ ꝑ magno morbo
epidimie. Romani em̄ cū in q̄dragesima ca-
ste viuerēt ꝛ ieiunarēt: ꝛ in pascha corp⁹ xpi
reciperēt. postmodū cū cōmessationibus lu
dis ꝛ luxurijs frena laxabāt. Ideoq̄ dñs ꝓ
uocatus pestilentiā maximā in eos ꝑmisit.
quā inguinariā vocabant. i. apostema siue
inflaturā in inguine. Pestis itaq̄ ista ita se-
ua fuit vt hoies i via. in ludis. in mēsa subi
tanee morerent. ac etiā in colloquijs. ita cū
osciarēt spm̄ subito emiserūt ita vt dictū est
in ↄsuetudinē: ꝛ adhuc hodierna die seruat.
Unī cū q̄s se olim velle osciare sentiebat cō
muniter sibi signū crucis imprimere festinabat.
Silr cū aliq̄s aliquē sternutantē audiebat
statim accurrēs de⁹ te adiuuet acclamabat.
hec consuetudo etiā vsq̄ hodie seruat. Hec
aūt pestis vn̄ originē habuit i vita sci gre-
gorij inuenit. Unī legit ꝙ quodā tpe t brio
fluui⁹ alueū suū egressus intm̄ creuit vt sup
muros vrbis effluerēt ꝛ plurimas domos euer
teret. Tūc p tibrim fluuiū multitudo serpētū
cū dracone magno descēdit: sꝫ a fluctib⁹ suf
focati ꝛ ad litt⁹ ꝓiecti totū aerē sua putredi
ne corruperūt. ꝛ stati plaga illa quā inguina-
riā vocāt exorta est. q̄ primo oim pelagiū pa-
pā extinxit postmodū in vulg⁹ ita decreuit vt
subtractis hitatorib⁹ plurimas domos in vr-
be vacuas reliq̄rūt. Sed qꝛ ecclīa dei sine re
ctore esse nō poterat Gregoriū licet inuitum
plebs oīs elegit. Cū em̄ esset elect⁹ letanias
instituit. ꝛ vt hoies atten⁹ orarēt aiauit. Sꝫ
qꝛ romā pestis supradicta adhuc vastabat.
ꝓcessione cū letanijs tpe paschali instituit: ꝛ
ordinauit ꝙ imaginē beate vginis: q̄ vt dr
adhuc rome est quā Lucas arte medicus ꝛ
egregi⁹ pictor formauit. ꝛ ꝑ oia beate vgini
est silis. an ꝓcessionē reuerēter portarēt. et
ecce tota aeris infectio ꝛ turbulētia imagini
cedebat. ac si ipsam imaginē fugeret ꝛ ipsi⁹
pñtiā ferre nō posset. Sicq̄ imaginē mira
serenitas ꝛ aeris puritas remāebat. Tūc in
aere vt fertur iuxta imaginē audite sunt vo-
ces angelorū cantantiū Regina celi letare ꝛc̄.
Et btūs grego. subiūxit. Ora ꝓ nobis deū
alla. Tunc btūs grego. vidit sup castrū Cre
scētij angelū q̄ gladiū cruentatū detergens
in vaginā retrusit. Intellexitq̄ btūs grego.
ꝙ pestis illa cessasset. Et sic factū est. Unī ꝛ
castrū illud deinceps castrū āgeli vocatū est
Et ista letania dr maior: ꝛ de ea p̄dicādū est
in die sancti marci qñ hoies ieiunāt ꝛ cū ꝓ
cessiōe vadūt. vt eos deus a subitanea mor
te ꝓseruet. Quantū ad secundā ptē isti⁹ ser-
monis est sciendū ꝙ alia dr letania minor q̄
fit trib⁹ dieb⁹ an̄ ascensionē dñi quā btūs
Mamert⁹ āno dñi. cccclxxiij. epūs viennen
sis instituit. Causa aūt institutōis illi⁹ fuit
hec. cū em̄ apud viennā freq̄ntes ꝛ maximi
terremot⁹ fierent: q̄ domos ꝛ plurimas eccle-
sias subuertebāt. Itē nocturni sonit⁹ ꝛ cla
mores sepi⁹ auditi sūt q̄b⁹ hoies terrebant.
Itē terribile accidit ꝙ ignis de celo descēde
bat q̄ domos ↄburebat. Itē demones i por
cos ꝛ i lupos ꝛ i alias feras introibāt ex ꝑ-
missione dei ꝓpt pctā hoim. ꝛ nō solū ꝑ vi-
as: sꝫ etiā ꝑ villas ꝛ ciuitates publice discur
rebāt ꝛ passim pueros ꝛ senes viros ꝛ femi
nas deuorabāt. Cū igit tāti dolores quoti-
die fierent p̄dict⁹ epūs indixit triduanū ieiu
niū letaniā istituit ꝛ sic p̄dicta tribulatio cō
quieuit. deinde statutū ē ꝛ ↄfirmatū a papa
Simplicio: vt p̄dicta letania triū dierū vni
uersalit obseruet. Itē q̄rit q̄re hoc tpe leta-
nie iste fiūt. Rñdet ꝙ in his dieb⁹ implora-
mus dei auxiliū ꝛ suffragiū sctoꝝ. Primo
vt de⁹ bella sedat q̄ freq̄nter i vere fiūt. Se
cūdo vt teneres fruct⁹ ↄseruet et multipli-
cet. Tertio vt ad receptionem spiritussancti

habilitentur. Item sciendum ꝙ in his letanijs p̄mo inuocamus sanctā trinitatē dicēdo. Pater de celis deus miserere nob. Deinde m̄rem m̄ie imploramus dicētes. Sācta maria ora p nob. Deīde anglos. aplos. martires. cōfessores. v̄gines. et cōsequēter om̄es sctōs in celo erñtes. vt multiplicatis intercessoribus de⁹ nr̄ misereat̄ nr̄i et tribuat nobis misericorditer ea q̄ petim⁹. Itē sciendū ꝙ iste letanie nō solū fiunt cū sanctoꝝ suffragijs q̄ ibi implorant̄. sȝ etiā cū cāpanis que ibi pulsant̄. Pulsant̄ igit̄ campane vt turba demonū effuget̄. Silr q̄n tēpestates iminēt tūc etiā cāpane pulsant̄. vt diaboli in aere existētes et nob nocere volētes terreant̄. qȝ cāpane sunt tube xp̄i celestis regis. Itē cū crucib⁹ et vexillis q̄ ibi portantur. vt p hoc ostēdatur ꝙ xp̄s p passionē victor extiterit. Naȝ crux repn̄tat passionē. vexillū v̄o victoriam q̄ xp̄s triūphauit. demones vincēdo. et hūanū genus redimēdo. Itē in letanijs illis salubre est illud angelicum canticū sepius cātare. s. Sancte deus. sancte fortis. sancte et immortalis miserere nob. Vn̄ Damascen⁹ dic. ꝙ cū apud cōstātinopolim ꝓpter magnam quādam tribulatōem fierēt letanie. Quidaȝ puer de medio ppl̄i in celū est raptus. et illō cāticū ibidē docuit. deinde ad pplm rediens illud angelicū i cōspectu ppl̄i cātauit. et mox oīs tribulatio cessauit. Itē laus et autoritas illi⁹ cātici ex q̄tuor colligit̄. Primo ex eo ꝙ angeli hoc docuerunt puerū sup̄dcm̄. Scdō ex eo qȝ ꝓpter illud cāticū illa magna tribulatio q̄euit. Tertio ex eo ꝙ calcedonēsis sinodus illud approbauit. Quarto ꝙ demones valde illud cāticū timent. et terretur q̄n cātatur. Quātū ad tertiā ptem illi⁹ sermonis sciendū ꝙ qui petit fieri p se oōes q̄tuor dȝ in se h̄re. vt oōes sctōꝝ. aut etiā bonoꝝ hoim p eo facte a deo exaudiātur. Primo dȝ illud desiderāter cōcupiscere p quo vult p se orari ab alijs bonis et deuotis hoib⁹ pō. Desiderū pauꝑm exaudiuit dn̄s. Iere. xxix. Cū q̄sieritis me in toto corde ⁊c̄. Scdō vt ip̄e sit in bono ꝓposito se emendādi. qȝ si staret i malo ꝓposito peccādi deus oōes q̄ p eo fierēt nō exaudiret. Iere. xv. Si steterit moyses et samuel corā me nō erit aīa mea ad ppl̄ȝ istū. Ex h° h̄r ꝙ oōes facte p dānatis vl' demonibus nihil ꝓsunt. qȝ sp̄ sunt in malo ꝓposito et in malis obstinati. ergo cū petis orari pro te tūc debes habere bonā volūtateȝ. Sȝ oppositū faciūt qui nolūt seip̄os iuuare. Et de illis quere duo breuia exēpla in promtuario xix. O. Itē ibidē. xxxiij. Tertio vt reputet se indignū corā deo stare et p seip̄o orare et indignū se a deo exaudiri. Iob. xlij. Seruus meus Iob orabit p vob. et ego faciē eius suscipiā. Vn̄ Greg. in pastoral'. Talis req̄rendus est adorādū qui sit ydone⁹ ad placādū. qȝ cū his q̄ displicet ad intercedēdū mittitur irati enim⁹ ad deteriora ꝓuocatur. Quarto vt bona iusta et licita et salutaria petat sibi a deo ip̄etrari. Chriso. Illa pete a deo q̄ tibi expediant accip̄e. et illū decēat dare. Sciēdū ꝙ q̄n sumus in tribulatōib⁹ vel in angustiatibus vel in p̄ctis. Tūc debem⁹ desiderare p nob fieri cōem oōez sicut cōiter fit finito sermone qȝ hoc est valde vtile. vn̄ scriptū est ipossibile est p̄ces multoꝝ nō exaudiri. et xp̄s in euāgelio dicit. Si duo ex vob consenserint sup terrā de oi re q̄cūq̄ petierīt fiet illis a p̄re meo q̄̄to magis vbi ducēti vel quingenti q̄nq̄ mille fuerint cōgregati et cōeȝ orationē p aliq̄ cā faciūt. Et talis cōis orō ē nimiū efficax. Hoc ostēdit̄ in illo desperato hoie quē cōis orō liberauit a desperatōe. hoc exēplum q̄re infra ibidē. xxi. O. Et q̄libet libenter dȝ p alijs orare et cōem oōes facere. qa hec est elemosina sp̄ūalis et deo valde placet. Vn̄ Chriso. sup Math. Pro se orare necessitas cogit. p alijs aūt charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem est ante deū oratō nō quā necessitas transmittit. sed quā fraternitatis charitas cōmendat. Vltīo sciendaȝ ꝙ deuote orationes sunt multū meritorie. ideo demones multipliciter nitūtur impedire orantes. Exemplū quere de hoc infra ibidem xv. O. Item alios sermones de oratione q̄re in discipulo de tempe. Primū sermo. lxiiij. Secūdū sermo. super pater noster. lxv. O.

De sctō petro mar. ordis p̄dicatoꝝ. ser. xviij.

Si quis vult post me venire abneget semetipȝ ⁊c̄. verba ꝓposita Luce. ix. originalr sunt scripta et in euā. ho. festi. lectionalr sūt recitata. Vn̄ ad honorē scti petri martiris de ordie p̄dicatoꝝ in p̄nti sermone tria sunt dicenda. Primo de priuilegijs beati petri. Secundo

aliq̄ p̱ informatione nostra. Tertio miracula quedā. Quātū ad p̄mū sciendū q̄ btūs petrus septē habuit p̄uilegia. Primū q̄ fuit virgo mente et corpe. Huius aūt v̄ginitatis ostēsum̄ fuit q̄ corpus eius defunctū cū vltra annū in terra iacuisset. ita sanū et integrū est inuētū ac si eadē die fuisset noviter tumulatū. cōueniēs eni erat q̄ corpus illud i morte sua nō corrūperet̄ putredine. q̄ in vita nō fuerat corr. aptū aliq̄ voluptate luxurie. Itē i signū virginitatis ipius vestis sua cōburi nō potuit. sicut legit̄ q̄ cū quidā de tunica sancti petri sup̄ carbones posuisset cōburi non potuit. q̄d vidēs hereticus ad fidē catholicam est cōuersus. Scdm p̄uilegiū q̄ innocētiam baptismalē seruauit et nunq̄ mortaliter peccauit. et hoc donū paucis datū ē nisi pfectis. quoz vnus fuit beatus petrꝰ martir. Attn̄ credendū est q̄ quilibet cū dei adiutorio posset viuere sine peccato mortali. et qui f. uolet oppositū teneret hereticus esset. vn̄ magr̄ sen. li. ij. di. xxxvi. Illos errare dicimus. qui cū manicheo dicūt hoīem peccatū mortale vitare nō posse. Tertiū priuilegium q̄ habuit magnā grām p̄dicādi et ppl's magnā grām ipm audiēdi. vn̄ legit̄ in legenda sua. q̄ hoīes tam ardēter v̄ba sua audiebant q̄ sepe innumeris turbaz cōcursꝰ vbi statuerat p̄dicare cōueniret loca p̄tipiēs. ita vt oporteret q̄ in carrica assribus fabricata ad locū in quo p̄dicare debebat in hūeris fideliū portaret̄. Quartū p̄uilegiū q̄ habuit i p̄nti vitā actiuā et cōtemplatiuā. Vn̄ de eiꝰ vita dr̄ q̄ dies ipendebat cōmodis aīaz vel sedulis īsistēdo p̄dicatōibꝰ vl' cōfessionū audiētie. aut etiā hereticoz dogmata cōfutando. Et de vita cōtemplatiua ipius dr̄ in lr̄a canonizatōis sue. Nocturna silētia hūane deputata quieti post dormitōem breuē decurrebat in studijs lectionū. i. somniū tempꝰ orōnū suspirijs occupabat. Quintū p̄uilegium q̄ tota trinitas attestat̄ sctitatē et pfectionē ipiꝰ. Nā pr̄is potētia attestat̄ i miracul' filij sapiētia in doctrina. spūssancti bonitas in v̄tutibꝰ et donis quibꝰ eū pfecte impleuit. Vn̄. i. Jo. v. Tres sunt q̄ testimoniū dāt i celo. s. bto petro. s. pr̄. v̄bū. et spūssanctꝰ zc. Sextū p̄uilegiū q̄ est martir singularis xp̄i et eiꝰ passio venerāda dūice passioni multū sīlis videt̄. Xp̄s eni passus est p̱ v̄itate fidei quā docebat. petrus p̱ v̄itate fidei quā defendebat. Item xp̄us passus est ab infideli ppl'o iudeoz. petrus ab infideli turba hereticoz. Itē xp̄s in paschali tpe crucifigit̄. petꝰ eodē tpe martiriū patit̄. Itē xp̄s p̱ xxx. denarijs traditus fuit. petrus p̱ xl. libris papientiū fuit venditus. Itē cū xp̄s pateret. In manus tuas dn̄e cōmendo spm̄ meū dicebat. petrꝰ dū occideret̄ eadē v̄ba clamabat. Item xp̄s p passionē suā multos infideles ad fidē adduxit. petrus p suā mortē multos hereticos cōuertit. Licet etiā in vita m'ltos hereticos cōuerteret. tn̄ post mortē suā eius meritis et coruscatōibus diuersoz miraculoz multo plures cōuertit. Septimū priuilegiū q̄ hz trecentenas coronas in celo. ipe eni fuit p̄dicator virgo et martir. ergo habz coronas virginū. martiz. et p̄dicatoz. Quātum ad scdam ptem illius sermonis sciēdūz q̄ plura sunt genera martiriū. nō eni oportz q̄ quisq̄ p̱ fide xp̄i occidat̄. sed pluribus de causis pōt quis fieri martir. Primo cū quis p̱ iusticia et innocentia occidatur. vt Abel qui iusticiam fecit offerendo melius. et innocēter a fratre suo cayn occisus est. et martir effectus est. Secūdo p̱ correctōne fraternali. vt Johes baptista. vn̄ Mar. vi. Arguebat autem herodem iohes dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Si q̄s ex charitate argueret p̱ximum sperans se proficere et ille occideretur. talis martir fieret. Tertio quando p lege dei occideretur quis. vt habetur. ij. Machabeo. vij. vbi mater occisa est cum septem filijs suis zc. Si q̄s xp̄ianus cogeretur vt contra p̄cepta dn̄i faceret et ille nollet et occideretur martir esset. Quarto pro virginitate obseruanda. vt beata Agnes que ad lupanar ducta est. et consequenter pro virginitate et fide occisa est. Sic adhuc si aliqua virgo pro conseruatione virginitatis occideretur. vel etiam mulier in matrimonio nolens consentire in adulteriuz occideretur tales martires fierent. Quinto qn̄ quis patitur p̱ defensione ecclesiastice libertatis. sicut beatus Thomas cantuariensis Ps. lxviij. Zelus domus tue comedit me. Sexto qn̄ q̄s occasione xp̄i occideret̄ vt pueri innocētes q̄ p̄pter xp̄m ab iniquo rege herode interfecti sūt. Sic adhuc si pueri xp̄ianorum occulte vel apte ab infidelibus occiderent̄ martires fierent. Septimo qn̄ q̄s patit̄ pro defensione fidei catholice, sicuti fuerunt

apli martires et etiā ⱴgines. et signāter etiā
sanctꝰ petrus cuiꝰ festū hodie celebramꝰ. Hi
sunt beati q̄ sic occidunt. Math. v. Beati q̄
ꝑsecutionē patiuntur ⁊c. Un̄ etiam in decre.
Qui ꝓ noīe xp̄i martirizant: procul dubio vitā
eternā cōsequuntur. xv. q. i. Mento. Item
sciendū scđm guil. lugdu. ꝙ nulla secta seu
fides infideliū roborat ꝑ miracula: nisi fides
xp̄iana. Nā xp̄us q̄ primo fidē catholicā do
cuit mortuos suscitauit. leprosos mūdauit.
cecos illuminauit. demones effugauit. infir
mos curauit: q̄ nullus naturaliter facere pōt
nisi miraculose. Itē roboratio fidei patet in
aplis qbꝰ data est noticia septuaginta duarū
linguarū. vn̄ Act. ij. Loq̄bant varijs linguis
apli magnalia dei. Item fuerūt simplices ⁊
ideote. et ꝑ spūmsctm̄ facti sunt doctores to
tius mūdi. Un̄ Joh. xv. Paraclitꝰ autē ille
spūsctūs docebit vos oīa ⁊c. Itē fuerunt ti
morosi. qđ patet in beato petro: q̄ maior vi
debat: ⁊ ad voces viuꝰ ancille xp̄m negauit.
Jmo oēs apli relicto xp̄o fugerūt tempe pas
sionis sue ⁊c. Sz post susceptionē spūssancti
nec timuerunt reges: nec principes: nec iudi
ces. Hoc ꝓbatur. Nā nero imꝑator nō pote
rat vincere petrū. nec herodes iacobum. nec
domicianꝰ iohannē. nec egeas andream. nec
astrages bartholomeū. imo nec teneras pu
ellas. Un̄ marcianꝰ non poterat vincere ka
therinā. nec olibriꝰ margaretā. nec quintia
nus agathā. nec dyoscorꝰ barbarā filiā suā.
nec fabricius dorotheā. nec tres iudices chri
stinā. Quantū ad tertiā partē istius sermo
nis sciendū ꝙ oīs homines debent hodie
sanctū petrū honorare ⁊ ipm̄ tanq̄ specialē
patronū inuocare. Et p̄mo mulieres ꝑturien
tes in partu ꝑlis ꝑiclitantes quibꝰ pōt sub
uenire ⁊ a deo impetrare: vt cū gaudio ⁊ si
ne ꝑiculo pariāt. Un̄ legit ꝙ q̄dam aqua ta
ctu reliquiarū eiꝰ cōsecrata multis extitit in
medelā. sic cuidā mulieri parere nō valenti:
et ꝑ triduū in ꝑtu laborāti. q̄ cū de illa aqua
parū gustasset: ꝓtinꝰ sine difficultate partū
emisit. Itē due mulieres magnā pressurā
et dolorē ⁊ difficultatē hn̄tes tp̄e partus: q̄
de eadē aqua biberūt et btm̄ petrū inuoca
uerūt: ⁊ postmodū leniter pepererunt. Itē in
lugdunensi diocesi quedā mulier noīe christi
na. vxor Gilberti anglici valde cruciabatur
in ꝑtu ꝑlis: ⁊ btm̄ petrū deuote inuocabat
et de aqua bibit: et mox peperit. Itē quedā
mulier cū iā tres pueros mortuos peperisset
et ex hoc a viro odio haberet: beati petri au
xiliū postulabat. Cūq3 quartū que postmo
dū peperit similiter mortuū peperisset mr̄ filiū
defunctū accipiens ad rogandū sanctū pe
trū totā se ꝯtulit. deuotis orōnibꝰ vt
eiꝰ filiū suscitaret. vix autē orōnē ꝯpleuerat
et ecce puer q̄ mortuꝰ fuerat viuꝰ apparuit.
quē cum ad baptismū portassent ⁊ diffini
uissent vocari iohēm. sacerdos dum iohēs
dicere debuit. nesciens dixit petrus. vn̄ hoc
nomē deinceps ꝓ beati petri deuotōne reti
nuit. Itē quedam mulier peperit frustū car
nis ⁊ votū fecit sancto petro: ⁊ frustū carnis
fecit portare ad altare sancti petri. et in con
spectu ꝑpli massa carnis formata est in for
mā pueri. q̄ postmodū factꝰ est frater ordīs
p̄dicatorū: ⁊ sctm̄ petrū multū dilexit ⁊ fide
liter ei seruiuit. Itē legit ꝙ quedā mulier
post ꝑtū cū adhuc esset in puerꝑio vehemē
ter tumefacta est: q̄ bibit de aqua sācti petri
et cū deuote inuocauit: ⁊ cōtinue tumor ab
ea recessit ⁊ sanitatē pristinā recuꝑauit. Itē
parētes hn̄tes pueros infirmos debent de
uote sctm̄ petrum inuocare. Un̄ legit ꝙ puer
q̄dā dictꝰ helias a q̄dā ꝯtinua egritudine subi
to est arreptꝰ ⁊ in terrā ꝓstratꝰ linguā extra
os in longū extendens ita ipam atrociter morde
bat immisceꝰ vt ex dolore tumescens post mo
dicū nō linguā hoīs: sz potiꝰ bouis aut eq̄
pre magnitudine videret. Cūq3 circūstātes
timerēt eā sibimet in breui dentiū ꝯstrictio
ne scindendā: nec ipam aliq̄tiꝰ intꝰ valerēt
deponere. vix tandē i os eiꝰ īpedicēte tumo
re aliq̄ntulū de aqua martinis imiserūt. qđ
cū instāte iā nocte fecissent eodē sero linguā
retraxit: ⁊ oīm p̄orsus inflatōne carens expe
dite locutꝰ est ⁊ plena salute recepta cū gau
dio cibū sumpsit. Qđ videntes q̄ aderant stu
pore circūdati reseruare aquā nō inutiliter
curauerūt. Hec aqua cū in quodam vase li
gneo seruaret domū totā ⁊ oīa q̄ ibi erāt va
se illo excepto vorax flāma ꝯsumpsit. Cūq3
aqua fuisset in aliud vas trāslata primū ꝑri
nus in cinerē est redactū. Itē puer quidā in
flatū hebat corpus: ita vt ad videndū foret
horribil ⁊ multū deformis vt mors potius
ꝙ vita a ꝓprijs parētibꝰ adoptaret. Cū aūt
parētes fecissent votū ad sctm̄ petrū ⁊ accep
ta aqua sancti petri: ⁊ lotus a mr̄e ⁊ aliq̄bus
stillis de ipa gustatis ilico totꝰ detumuit: ⁊

pueri iste restitut⁹ est sanitati. Itē q̄dā puer cū inter trabes acutas ġuit corruisset. ⁊ ex casu fuisset mortu ⁊ sensu penitus destitut⁹ ⁊ tanq̄ mortu⁹ deferret a mr̄e. mox apposita terra ei⁹ pectori eiusdē martiris sacro cruore cōtacta: sic incolumis resurrexit q̄si nunq̄ lesus fuisset. Itez nr̄is tp̄ib⁹ q̄si cōtinue coruscat m̄ltis miraculis q̄si p totū mundū. Naz audiui a fidedignis, q̄ in colonia in die petri martiris q̄si oīs pueri ad cōuentū predicatoꝝ ducunt. Et q̄n pueri infirmant in ciuitate vel circūquaq̄ votū emittūt parentes ⁊ deuote inuocāt sctīn petr. Et aliq̄ tantā q̄ntitatē offerūt sc̄tō petro de cera q̄ntū puer possit pōderare. ⁊ aliq̄ tm̄ de pane q̄tū puer hz pōderare. ⁊ aliq̄ offerūt imagines puerorū de cera. ⁊ in tāta multitudine q̄ quasi capella sancti petri in supiori parte repleta est imaginib⁹ talib⁹. Et aqua in eadez ciuitate bn̄dicit̄ cū reliquijs sancti petri. ⁊ omnes bibūt. ⁊ aliq̄ ad domos suas secū portāt: et p totū annū seruāt. Sed audiui q̄ in mediolano vbi sctūs petr⁹ sepult⁹ est ptinue q̄si infinitis coruscat miraculis. ⁊ festū ipi⁹ solēniter celebrat̄ tam in foro q̄ in choro. Itē succurrit v̄ginib⁹. vn̄ legit̄ q̄ q̄dā virgo iacuerat infirma septē ānis: nec poterat de se de lecto suo surgere. ad quā venit sctūs petr⁹ adhuc ētīs in p̄nti vita: et deuote orauit p sanitate v̄ginis dicens. Dn̄e q̄ paraliticū sanasti: obsecro vt digneris huic v̄gini cōcedere sanitatē p̄stinā. Que ptin⁹ sanata est: ⁊ de lecto suo surgēs laudauit dn̄m. Item succurrit mulierib⁹. Vn̄ legitur q̄ quedā mulier ex acumine febriū despata de vita sua terrā sanguine sancti petri aspersam in loco vbi interfectus fuit sup facie sui posuit et sic perfecte sanitati restituta est. Itē succurrit viris in rebus ⁊ in corpe. Vn̄ legit̄ q̄ plures mercatores ⁊ pegrini fuerūt in picule maris. ⁊ vn⁹ locut⁹ est ceteris dicens. Nunquid audistis qualiter q̄dā de ordine p̄dicatoꝝ noie petr⁹: ob fidei defensionē ab hereticis interfect⁹ est: multaq̄ p euz dn̄s signa ondit. Nunc igitur deuote imploren⁹ patrociniū ipsius. ⁊ respiciētes viderūt quendā in habitu fratrū predicatoꝝ sup velū stantē. ⁊ statim cessauit ventus ⁊ mare quieuit: ⁊ facta est tranquillitas magna. Itē q̄dā arnold⁹ noie in extremis laborās. emisit votū vt potuit q̄ monumentū martiris visitaret: si eius meritis sibi sanitas prestaretur. ⁊ statim post votū emissum plenā sanitatez est consecutus. Et plura alia miracula habentur in legenda sua.

In festo sanctoꝝ apl'oꝝ phylippi et iacobi. Sermo. xix. de sancto phylippo.

In domo patris mei māsiones multe sūt. Ioh. xiiij. Et hec v̄ba iā dict⁹ ptz q̄ de⁹ in futuro vnicuiq̄ retribuet prout bn̄ meruit. Et beati sūt illi p̄ ceteris q̄ bn̄ meruerūt tp̄e gr̄e q̄ eoꝝ gaudiū accidētale crescet in statu future gl'ie de die i diē. de āno i annū. ⁊ de his intēdo hic loq̄ in p̄nti sermone i quo tria sūt dicēda. p̄mo d̄ dignitate sc̄ti philippi. secūdo de his quoꝝ gaudiū augmentat̄ in celo. tertio miracl'a. Quātū ad p̄mā ptez istius sermonis sciendū q̄ sctūs philippus hz. vij. puilegia. Primū q̄ xp̄s ipm elegit i aplm. et fuit vn⁹ de primis apl'is quos xp̄s vocauit. Nā primo vocauit andreā. scdo petrū. tertio phylippū. ⁊ iste phylipp⁹ diuine inspirationi velociter obediuit. Nā cū xp̄s eū vocaret dicēs Seq̄re me: eū ptin⁹ est secut⁹. Vocaute nō pcessit ex leuitate cordis: sz ex beneficio gr̄e spūalis. Ioh. iij. Spirit⁹ vbi vult spirat ⁊c. Secundū priuilegiū: q: fuit mediator xp̄i et ppli. Nā sicut dr̄ Ioh. xij. Postq̄ gētiles ad xp̄m accessissent ipse ⁊ andreas inter xp̄m et gentiles mediatores fuerūt q̄ eos sibi recōciliaret ⁊ grām inuenirēt. Sicut aūt tūc fuit mediator in mūdo: ita credendū est q̄ nunc sit in celo mediator p nobis. Tertiū puilegiū est q: fuit cum xp̄o multe familiaritatis. Nā signū magne familiaritatis fuit q̄n ioh̄ānes a xp̄o petijt sibi reuelari proditorē suum quez tm̄ petr⁹ petere nō est ausus. Ioh. xiij. Dn̄e q̄s ē q̄ te tradet. Signū maioris familiaritat' fuit q̄n petrus iacob⁹ ⁊ ioh̄es petierūt sibi reuelari aduētū suum. Math. xxiiij. Dic nob q̄n hec erūt ⁊c. Signū maxīe familiaritat' fuit q̄n a xp̄o philipp⁹ petijt sibi reuelari patrē suū: cum dixit. Dn̄e ostēde nobis prez ⁊ sufficit nob. Secūdū signū familiaritatis q̄ xp̄s reuelauit sibi secreta sua dicens. Philippe qui videt me videt ⁊ patrez meū. Itē terciū signū familiaritatis q̄ cum maxima multitudo ad xp̄m conuenisset. vt habet̄ Ioh. vi. de refectione ipsoꝝ cuz nullo alio discipulo tractauit. sed solummodo cuz philippo dicens. Vn̄ emem⁹ panes vt man

ducent hi. Quartū ꝓuilegiū. qꝛ non solū apl's xp̄i fuit: sed etiā martir xp̄i fuit. et etiā crucifixus est sicut xp̄s ih̄s. Un̄ legit̄ ꝙ cum philippus. xx. an. p̄dicasset: et cū a paganis teneret ipm̄ crucifixerūt ꝓpt̄ xp̄m quē p̄dicauit et sic tres apl'i cruc] suppliciū ptulerūt. s. petrꝰ andreas et philippus. Erat autē philippus lxxxvij. an. qn̄ cruc] patibulū suscepit. Quitū ꝓuilegiū ꝙ vnū articulū de. xij. cōposuit dicēs. Descēdit ad inferna. q̄ est quintꝰ articulus in nūero. xij. articuloꝝ. Circa quē articulū querit̄ q̄ hora vel quo t̄pe xp̄s descēdit ad inferna. R̄ndet̄ scd̄m sctm̄ Tho. ꝙ statī qn̄ aia xp̄i fuit a corpe sepata. tūc aia xp̄i deitati vnita descēdit ad lymbū patrū: et mānsit ibi ab hora mortis xp̄i. q̄ fuit sexta feria hora. ix. vsq; ad horā resurrectōis. Et hoc fuit t̄ps. xl. horaꝝ. qꝛ in diluculo dn̄ice diei resurrexit. et eadē hora resurrectiōis eduxit eos de lymbo. et in die ascēsionis ꝓduxit illas aias ad celū: q̄s in die resurrectōis eduxerat de limbo. Un̄ Aug. i ser. de resurrectōe dn̄i. Sic cū dn̄o resurrexerūt. ita cū dn̄o ascēdēte etiā ascēdisse credūtur. Itē sciendū ꝙ aia xp̄i fuit sepata a corpe. sed deitas mānsit cū aīa ad inferna descēdēte. etiā cū corpe iacēte in sepulcro.

Sextū ꝓuilegiū ꝙ in q̄libet missa in toto mūdo nōiatur. Septimū ꝓuilegiū ꝙ festū ipsius hodie ab oībus xp̄ifidelibus solenniter celebrat̄. Sed vigilia istoꝝ duoꝝ aploꝝ sub p̄cepto ecclesie nō ieiunat̄ ꝓpter leticiā resurrectōis ih̄u xp̄i. Un̄ legit̄ in cronica Hermāni ꝙ Innocentiꝰ papa. ij. anno dn̄i. MCxxiij. sedit annos. xiiij. et menses. vij. hic cōstituit vt vigilie aploꝝ ieiunarent̄ iohis euāgeliste. philippi et iacobi ac barnabe tn̄ exceptis. ꝓ q̄bꝰ ieiunat ecclesia tres dies rogatōnū. Quātū ad scd̄am ptē illiꝰ sermonis ꝓ informatōne nr̄a dicendū est de. x. generibꝰ hoīm. q̄ hic merent̄ t̄pe grē ꝙ eoꝝ gaudium accidētale accrescet quottidie in statu future gl'e vsq; in finē mūdi. Primi sunt ꝓphete et q̄ttuor euāgeliste. et btūs paulꝰ q̄ scripsit ep'las. et etiā alij apl'i ꝑ quos spūssanctus locutus est inspirādo ipis sacrā scripturā. Sil'r et doctores q̄ exposuerūt nob̄ v̄ba sacre scripture. et etiā qui libros et sermones cōposuerūt Nam ꝙ hoies emēdant̄ ex sacra scriptura et ex dict] doctoꝝ tot gaudia accidētalia in celo hēbūt. Scd̄i sunt p̄res q̄ institueruīt ordines sicut sanctus Dn̄icus qui instituit ordinem p̄dicatoꝝ. et sanctus Franciscus qui instituit ordinē fratrū minoꝝ. Nam quotquot bona opa fiūt in toto ordine et a quolibꝫ homine seu ꝑsona ordinis. ieiunādo. orando legēdo. cātando. mane surgēdo. studēdo. p̄dicando tot gaudia accidētalia hēbunt in celo

Tertij q̄ cōstruxerūt vel cōstruūt ecclesias vl' monasteria. et etiā qui iuuerūt cōstruere. ducēdo ligna et lapides et cementū. et etiā qui elemosinā suā dederūt. Nā oia bona opa q̄ fiunt in ecclesia vel monasterio de quolibet opere hēbūt sp̄ale gaudiū in celo. hoc hussite n̄ credunt. In signū huius cōbusserunt ecclesias et destruxerūt. sꝫ a xp̄ifidelibꝰ loca in nomine dn̄i edificata sunt honoranda. vt hr̄ in decre. dis. xli. Et cimiteriū gaudet eadē emunitate sicut ecclesia: et nemo in loco oroīs dꝫ intēdere fabulis ociosis dis. xv. §. Alias. Qꝛ credendū est ꝙ in q̄libet ecclesia et in quolibꝫ cimiterio requiescāt plura corpa sctōꝝ. quoꝝ aie in celo regnāt cū xp̄o. cū maria. cū omnibus sctis et angelis qui etiā intercedūt ꝓ nobis quotidie apud dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m. Quō ergo audes stare et calcare sup̄ sepulc̄ sanctorū et ibi v̄ba inutilia ꝓferre. Quarti sunt qui ꝓcurant aliq̄d crucifixū in publica strata. vel in ecclesia vel etiā imaginē beate marie v̄ginis in altari. vel apl'i tui vel alterius sancti: et etiam qui ornant ecclesiam cum sculptur] et imaginibus ab intus et ab extra. Nam quotienscūq; a quolibet homine p̄tereunte reuerentia deo et sanctis exhibet̄ quoꝝ imagines ibi videntur. de quolibet hoīe hēbis specialem pticipatōem in p̄nti vita. si es in gratia. et in futuro sp̄ale gaudium. si eris in gl'a. nā quilibet p̄tereūdo imagines xp̄i et sctōꝝ debet honorem exhibere xp̄o et sctis. Un̄ dr̄ in decre. Ymagines sctōꝝ non sunt ꝯtēnēde: sꝫ venerāde. de cōse. dis. iij. Venerabiles. Item sciendū ꝙ laudabile est hr̄e crucifixū circa lectū tuū. vl' circa mēsam tuā vt cū inspicis crucifixū circa lectū tuū vel circa mēsam tuā memoreris dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m ꝓ te passū. et etiam imaginē b'tē marie v̄ginis et apl'i tui. sed aliqui seculares depingere faciunt in studiis et in cameris suis hastiludia venatores et corisantes. et bibulos. et sic de singulis. Quinti sunt qui instituunt ꝑpetuas missas scilicet primariam vnam vel aliam qualemcunq; in ciuitate vel in villa. etiam qui iuuant eam elemosinis suis ad vnam perpetuam

missas. Nã de q̃l. hz missa et etiã de orõn. hns
q̃ in capella missas dicunt habebũt specialem
participationẽ in pñti: et spãle gaudium in fu-
turo. Similr̃ qui institueret q̃ semel in heb
domada cantaret̃ missa de corpe xp̃i: vel de
beata virgine vel p defunctis flecibus vel vi
gilias dñica die de sero et missas p defunctis
secũda feria: vel Salue regina quotidie in q̃-
dragesima. Nã quotienscunq̃ ita dicta fiunt
q̃diu mũdus daret tot gaudia accidentalia
hẽbit in celo. Sexti sunt q̃ procurãt de suis
bonis in aliq ecclesia missa. c calicẽ. corporale
et sic de singulis. vel libros ecclesiasticos: et
quibus libris deus laudat̃ vel ornamẽta. Nã
quotiẽs celebrat̃ missa in his sacris vestibus
tot gaudia in celo hẽbunt. Septimi sunt qui
cõstituũt de bonis suis: vel etiã qui iuuant cõ-
struere hospitale vbi quotidie lect' p pauperibus et
erceant. Nã quot infirmi ibi cõsolãt̃: tot gau-
dia q̃ hẽbũt in celo Sic q̃ cõstrueret ĩ ciuitate
vel villa domũ pegrinoz vbi peregrini et ad-
uene hospitarent̃. Nã quotquot pegrini ibi
refocillantur vel fuerint hospitati tot gaudia
habebit Et etiam qui construeret leprosorium
vbi leprosi hospitantur. Similiter qui in re-
frigeriũ oim defunctoz institueret in hebdo
mada vel etiam in quindena semel vnũ bal
neũ aiarũ in quo paupes ppter deũ balnea-
rent̃. sicut in aliquibus ciuitatibus et locis mo-
dernis et hoc esset valde cõsolatoriũ aiab'. Naz
balneantes tenent̃ orare p aiabus illis vt de
us p miam suã velit eos mũdare sic ipi pau
peres mũdant̃. in corpibus suis. et hoc esset
multũ meritoriũ illis qui instituerent illud
balneũ. Nã quot paupes ibi balnearent̃ tot
gaudia haberet in celo. Octaui sunt qui bo-
nũ exemplũ p̃bent proximis. et hoc ẽ valde vti
le in ecclesia dei. hoc patz. qz ad exemplũ bo-
noz hoim. multi mali hoies qui sunt inimi-
ci dei in q̃dragesima ieiunãt qui alias nũq̃
ieiunarent. si exẽplũ ieiunandi in alijs bonis
hoibus nõ viderẽt. Itẽ ad audiendũ missas
et verbũ dei. et ad surgendum de mane. et sic
de alijs. Itẽ sciendũ q̃ hominis est valde me
ritoriũ dare alijs hoibus bonũ exemplũ. q̃a
ex hoc gaudiũ et meritũ eius augmentabit̃
cõtinue in celo. Vñ cesarius. Quãtis exẽplũ
vere humilitatis et pfecte charitatis ostender[unt]
cũ tantis et p tantis eterna p̃mia possidebũt
Noni sunt parentes vel patrini. vel etiam alij
hoies qui docẽt pueros et alios hoies Pat[er]
noster. aue maria. et symbolũ fidei. Nã quo-
tienscũq̃ iste puer quẽ docuisti oibus dieb'
vite sue orat pr̃ nr̃. aue maria. et symbolũ. de
quolibet hẽbis spãlem pticipatiõem. hic dũ
es in pñti vita et post morte spãle gaudium
in celo. qz orõ pueri innocẽtis multũ valet si
ue p viuis siue p mortuis. De hoc q̃re exem
plũ infra in pmptuario. xxiij. I. Quãtum ad
tertiã ptẽ sciẽdu q̃ quilibet hõ dz hodie in-
uocare sctm̃ philippũ tanq̃ singularẽ adiuto
rem. Primo qui sunt infirmi. vñ legit̃ q̃ phi
lippus multos infirmos sanauit. Nam sicut
legit̃ in eius legẽda cũ ex flatu draconis, mlt̃
ti infirmati fuissent. philippus oibus sanita
tem impetrauit. et insup draconẽ expulit et i
desertũ locũ misit p̃cipiẽs vt nulli hoim no-
ceret. Sic igit̃ tũc draconẽ expulit corpalem
et infirmos sanauit corpalr̃. ita mõ nos spiri
tualit̃ sanat. s. morbũ peccati expellẽdo. Lu.
ix. Dedit illis ṽtutẽ et ptãtẽ sup oia dẽo. Itẽ
mortuos suscitauit. vñ legit̃ q̃ tres mortu-
os dũ adhuc viueret in hoc mũdo suscitauit
scz. filiũ pontificis et duos tribunos.

Eodem die de beato Jacobo Sermo. xx.

In domo patris mei mansiones multe sunt. Johã.
xiiij. Sciendũ scd̃m aplm̃ q̃ de' red
det vnicuiq̃ scd̃m opa sua ad Ro. ij. Et sic il
li sunt beati p̃ ceteris. qui hic merent̃ tempe
grẽ q̃ coz gaudiũ accidẽtale augmẽtabitur
in celo. de q̃bus iam dictũ est in p̃cedẽti ser-
mone. Sic p oppositũ infelices sunt illi p̃ ce
teris qui hic merent̃ cũ peccatis suis q̃ eoz
pena accidẽtalis augmẽtabit̃ in inferno de
die in diẽ. de anno in annũ vsq̃ ad finẽ mũ-
di. Vñ deus hz multas mansiones penarũ
in inferno. sic etiã multas p̃mioz in celo. Vñ
in pñti sermõe ad honorẽ sancti iacobi apl̃i
cuius hodie festũ celebram' tria sunt dicen-
da. Primo p̃uilegia sctĩ iacobi. Scd̃o quoz
pena augmẽtabit̃ in inferno. Tertio exẽplũ.
Quãtum ad p̃mã ptẽ illi' sermonis sciendũ q̃
sctũs Jacob' hz. ix. p̃uilegia. Primũ qz ĩ
vtero matris est sctificatus. vñ dic̃ Iero. in li.
de viris illustribus. Ipse ex matris vtero sctũs
fuit et illa sctificatio ipm purgauit ab oi ori
ginali pctõ. Scd̃m p̃uilegiu qz fuit cõsan-
guine' dñi xp̃i. et insup appellat' est fr̃ eius
xp̃i. et hoc p̃mo ex cognatiõe. qz iacob' fuit fi
lius sororis marie. q̃ noiata etiã est maria fi-

lia cleophe. qui quidē cleophas fuit frater io-
seph sponsi marie v̄ginis. vt attestat̄
Egesippus. Xp̄s igit̄ et iacob⁹ sic a duabus
sororib⁹ descēderūt. sic a duab⁹ frīb⁹. s. Jo-
seph qui dict⁹ est p̄r xp̄i putatiu⁹ et cleophas
qui p̄r m̄ris iacobi fuit. Hebrei aūt fr̄es vo-
cabāt q̄ se ex vtroq̄ pente cōtingebāt. Itē dī
frater dn̄i eo q̄ simil' im⁹ xp̄o fuisse phibet̄
adeo vt plerique eoꝝ specie fallerent̄. vñ cū iu-
dei ad capiēdū xp̄m pgerēt a iuda signū os-
culi acceperūt. Tertiū p̄uilegiū q̄ xp̄s p⁹
resurrectōꝫ suā ipi sp̄alit̄ apparuit. vñ legit̄ q̄ in
pasceue mortuo dn̄o iacob⁹ votū vouit se nō
comesturū donec videret xp̄m a mortuis sur-
rexisse. vñ xp̄s i ipa die resurrectōis sibi appa-
rēs dixit. Ponite mēsam bñdicēsq̄ panē ia-
cobo dedit dicēs. Surge fr̄ mi et comede. q̄
fili⁹ hoīs a mortuis surrexit. Quartū p̄ui-
legiū q̄ est filiis iohi bap. ppter austeritatē
vite q̄ sic dic̄ Jero. Uinū et siceram nō bibit et
carnes nūq̄ mādūcauit nisi agnū paschalē.
Itē multe deuotōis fuit. q̄ flexis genibus p-
pstro dep̄cabat̄ intm̄ vt ad modū cameloꝝ
duriciē traxisse ei⁹ genua viderent̄ nō eīn so-
lū in die sꝫ etiā in nocte genu flectebat et ora-
bat. ferrū i caput ei⁹ nō ascēdit. oleo nō ē vn-
ctus. balneo nō vtebat̄. Quintū p̄uilegiū
q̄ scd̄m Jero. ppetuā v̄ginitatē seruauit. et
ista ē vita angelica. q̄ in carne p̄ter carnē vi-
uere nō est vita hūana sꝫ angelica. Sextuꝫ
p̄uilegiū q̄ fuit p̄mus ep̄us hierosolimita-
nus. q̄ scd̄m Jero ap̄li ip̄m in ep̄m p⁹ ascē-
sionē xp̄i hierosolimis elegerūt. Et in hoc eū
ap̄li singulariter honorauerūt. Et sicut dicit
Anaclet⁹ papa. vt h̄r in decre. a petro et iaco-
bo et iohē ordinatus est et cōsecratus. et ipse
iacob⁹ p̄m̄ missam p⁹ ascēsiōem dn̄i hiero-
solimis celebrauit. Itē sicut refert Egesipp⁹
solus inter ap̄los ppter nimiā sanctitatē per-
mittebat̄ intrare sc̄ā sc̄oꝝ. Itē scd̄m Jero.
tante reuerētie et sc̄titatꝫ i pplo extitit vt fim-
briā vestimēti ei⁹ certatim tāgere cuperent et
q̄cunq̄ tāgerēt sanabantur. Septimū p̄ui-
uilegiū q̄ nō solū est ap̄ls. sꝫ etiā martir xp̄i.
Uñ legit̄ q̄ in anno. xxx. ep̄atus sui videntes
iudei q̄ a p̄dicatōne nō cessaret et pplm con-
uerteret ipm̄ p̄cipitauerūt de pinnaculo tēpli
et lapidib⁹ euꝫ obruerūt. qui cū lapidaret̄ p-
cūbens sup genua sua dixit. Rogo te dn̄e di-
mitte eis q̄ nesciūt quid faciūt. Tūc vnus ex
ipis ptica fullonis accipiēs valido ictu caput

eius impetijt et cerebrum excussit taliq̄ mor-
te migrauit ad dn̄m. Octauū p̄uilegiū q̄
nonū articulū de xij articulis fidei cōposuit
dicēs. Credo in sp̄m sc̄m. Sicut eīn in p̄rem
et filiū sic et in sp̄m sc̄m credere opꝫ. cuius s. t
ipi patri et filio cōsbalis eo q̄ p oīa p̄ri et fi-
lio est eq̄lis et eiusdē essentie cū p̄re et filio. er-
go de necessitate salutis tenet̄ quilibet xp̄ia-
nus credere q̄ sp̄us sc̄us pcedit a p̄re et filio
Et in hoc greci errant q̄ dicūt. q̄ solū a patre
pcedit et nō a filio: sed fl̄m est et cōtra fidem.
Uñ canit̄ in symbolo in missa. Qui ex p̄re fi-
lioq̄ pcedit. Uñ etiā ab ap̄lo sp̄us filij nuncu-
pat̄ vñ ad Gal. iiij. Misit de⁹ sp̄m filij sui.
etc. Si ergo ē sp̄us filij vtiq̄ est a filio ita ple-
nū est q̄ pcedat ab eo. Itē sciēdū q̄ āno dn̄i
Mxxviij. Recessit ipa ecclesia oriētalis ab ec-
clesia romana. Etiā ipi greci sibi papā elege-
rūt et fatētur nos esse scismaticos excōicatos
eo q̄ credim⁹ sp̄m sc̄m pcedere a filio sicut a
p̄re. quē ipi a p̄re et nō a filio pcedere credūt
Et etiā q̄ in baptismo et in missa nō serua-
mus formā eoꝝ vt h̄r in cronica Hermāni
Nonū p̄uilegiū q̄ hodie festū ipius solemnit̄
celebrat̄ et insup quolibet in fa sc̄ māndis die-
bus noīat̄. Quātū ad sc̄dam p̄tē ist⁹ sermo-
nis sciēdū q̄ nouē sunt genera hoīm q̄ h̄ de-
merent̄ cū peccatis suis q̄ pene eoꝝ augmē-
tabūtur in inferno vbi etiā multe sunt māsi-
ones dānatoꝝ. Primi sunt q̄ inuenerūt p̄mi-
tus vel adhuc hodierna die inueniūt. vel de
alijs puincijs vl' ciuitatib⁹ huc secū portant
nouos modos vestiū et extraneitates et vo-
lūt h̄re seq̄ces in talibus adinuētōibus suis i
longis caudis et in lōgis manicis et scissu-
ris in cingulis argēteis latis et deauratis
in caputijs. in pileis in peplis in crinalibus in
calceis et sic de singulis. Et taliū sup hoꝝ ho-
minū pena accidētalis augmētabit̄ in infer-
no quotidie vsq̄ ad nouissimū diē a quolibꝫ
hoīe qui eos imitatur in talibus adinuētio-
nib⁹. Sc̄di sunt q̄ nouū teloneū ꝯ deū et iu-
sticiā instituūt. vl' antiquū teloneū aggrauāt
Nā quot denarij vel grossi vel floreni recipi-
untur tot nouas penas accidētales in iferno
hēbūt et hoc q̄diu durat illud teloneū. Que-
ritur q̄ requiritur ad v̄m teloneū. R̄ndet̄ q̄
tria. Primo autoritas illius q̄ hꝫ ptātē isti-
tuēdi vt rex vl' imperator. sc̄do cā vt fiat p pace
tuenda vel p via reparāda. Tertio vt fiat mo-
derate ne paupes nimiū aggrauent̄. vt patꝫ

extra de verbo.sigfi. Sup quibusdā. Itē scie-
ndū ꝙ qui recipiūt pedagiū a clericis sūt ipo
facto excōicati nec pñt absolui a peccatis ni-
si restituāt illis a quibus receperūt. vt ptz ex
de cen. parra. Qm. cꝰ li. vi. Tercij sunt rusti-
ci qui lapides qui sunt positi ꝑ signo in ptis
vel in agris effodiūt. et q̄ agros suos dilatāt
cū damno vicini sui. Et q̄ bona cōitatis toti-
ens ville vel ciuitatis sibi appropriāt pta vl'
agros suos ampliādo et taliū pene augmen-
tant̄ ꝙdiu durat possessio illa iniuste augm-
tata. Item sciēdū ꝙ illi q̄ ꝯsueuerūt dāna i-
ferre primus in agris. in ptis. in vineis. in pi-
ris. in pomis nō sunt absoluēdi a pctis. nisi
velint recōpensare dāna illata. vñ dr i decre.
Inferēs dānū primo nō est absoluēdus nisi
dāno restituto. xiiij. q. viij. Pessimā. Quarti
sunt nobiles et etiā ciues et spūales plati. q̄
censum annuales et redditus aggrauant et au-
gmētāt ꝙ subditi ex hoc depauꝑantur et vix
pñt sibi victū et amictū ex oibus laborib' su-
is acquirere. et sic recipiūt sudores subditoꝝ
qui olim dederunt q̄tuor denarios ꝑ vno ca-
sco. nūc oportet eos dare octo. vel q̄ an dederūt
xx. denarios. nūc oz eos dare dupliū. Etiā q̄
nimiū aggrauant subditos suos in annuali-
bus seruitijs. Silr qui faciūt exactōes in sub-
ditos suos vltra debitū qd est ꝯ deū. Circa
qd q̄ritur vtrū dñi possint a subditis aliqd vl-
tra cēsum recipe. Rndet̄ ꝙ ex cāis rōnabilib'
pōt petere moderatū subsidiū q̄libet domin'
a subditis suis dūmō hoc petat sine coactio-
ne et pmus casus in quo vlt̄ cēsum debitū li-
cet dño petere moderatū subsidiū est ꝑ defē-
sione pñe puta vt cū pña iniuste ab hostib'
inuaditur. Tūc eni subditi non solū tenentur
res suas impartiri. sed etiā tenent̄ ad hoc cor-
poraliter laborare. Scōus casus si sit captus
in iusto bello. Tertius casus si ex iussu princi-
pis vel pape debeat ire cōtra hereticos vl' pa-
ganos. Quartus casus est si debeat filiū mi-
litare vel desponsare filiam; In omnib' his
et silibus casibus pōt licite a subditis petere
subsidiū moderatū. Sed si dñs vult ludere i
alea et in alijs vanitatibus expendere vlt̄ vi-
res, ꝑpter tales causas nō licet quicq̄ exige-
re a subditis. et si exigeret teneretur restitue-
re scōm Host. ex̄ de consue. in fi. Quinti sunt
qui nūdinas in dieb' festiuis instituūt vl' etiā
quoꝝ ꝯsilio vel auxilio fiūt tales rei erūt oim
maloꝝ que ibi in nundinis cōmittuntur. et
eoꝝ pena augmentatur in inferno annuatim
si sic mortui sunt, ꝑ quo sciendū ꝙ plura pec-
cata cōmittuntur in nundinis. Primo viola-
tio festoꝝ. Secūdo iuratur ibi ꝑ deum mēda-
citer ab emptoribus et venditoribus. qui to-
tiens peccant mortaliter quotiens iurāt mē-
daciter scienter et ꝑposito. Item cōmittunt
ibi ebrietates. Itē lusores ibi ludunt et blas-
phemant et maledicūt deo et hominibus.
Item meretrices ibi cōueniunt. Item fraus
et deceptio ibi committitur. Itē omissio bo-
noꝝ operū. Plures heu sunt qui nec missam
audiunt nec verbum dei neq; vesꝑas cū ta-
men dominica die nihil est agendū nisi soli
deo vacandum vt ptz de conse. dis. iij. Ieiu-
nia. Ergo plati ciuitatū et villarum deberent
deponere tales nundinas et locare ad prece-
dentem aut subsequētem diem et non in die
dñico vel festiuo. Sexti sunt mechanici q̄ in-
uenerunt nouos modos falsificandi artificia
sua. et etiam qui excogitauerūt palliare frau-
dem et vsuram suam in emptoribus et vēdi-
tionibus. Similiter q̄ fecerunt noua statuta
et noua iura in ciuitatibus in villis. vñ cōita-
tes et pauperes aggrauantur. Omnes isti
rei erunt omniū maloꝝ que eueniūt et eorum
pena accrescet vsq; ad finem mūdi. Septimi
sunt qui hereses que contra fidem catholicā
sunt inuenerunt. Sicut arrius qui tres ꝑso-
nas in diuinitate suscipiens tres etiam deos
credidit. De quo Augustinus dicit ꝙ arrius
adhuc non habet ex toto penam suam, sed
quot homines adhuc inficiūtur heresi sua tot
penas accidētales habebit in inferno vlt̄ pe-
nam essentialam quā iam habet. Item sadu-
cens' qui negauit resurrectōem mortuorum.
Item herianus qui negauit suffragia aiarū
Itē maniche' q̄ virginitatē laudauit et ꝯiu-
giū damnauit. Item iouinianus qui ꝯtra
cōiugiū ꝯcessit et ꝟginitatis mūdiciā despe-
xit. Itē Johes hus de bohemia heresiarcha
maximus qui cōbustus est in cōcilio cōstāti-
ensi adhuc nō hz suā penā ex toto sz accrescit
sibi de die in diē et de anno in annū. Itē sciē-
dū ꝙ etiam pena illoꝝ qui inuenerūt diuina-
tiones sortilegia et carmina vetulaꝝ. augmē-
tatur. Octaui sunt qui in aliū exē plū ꝑ eꝰ se
relinquunt. Vñ querit̄ q̄re tot mali homines
sunt in mundo. Rndet̄ ꝑpter mala exēpla ꝑ
que iuuenes discunt a senioribꝰ malā et per-
uersā vitā, qz vnus inficit aliū ꝑ malū exem-

plū. sicut carbones scīmicē incendūt. Nullo
mō essent tot supbi. auari. gulosi. vsurarij. ⁊
lusores. chorizātes. blasphemātes. Et etiā q̄
iurāt p deū qđ nō est verū. ⁊ etiā pximis ma
ledicūt. ⁊ vba scurrilia ⁊ impudica pferunt.
et etiā q̄ negligūt missas ⁊ sermones ⁊ fran
gunt ieiunia ⁊c. nisi ab alijs viderēt. Un̄ ver
sus. A boue maiore discit arare minor. Et ta
les a quibus ipsi talia mala viderunt ⁊ didi
cerunt rei sunt oīm aīarū illarū q̄ sic dāpnan-
tur ppter eorū malū exemplū ⁊ illorum pena
augmētabit in inferno. Un̄ grego. in mora.
Tot mortibus quis dign9 est quot exempla
prauitatis in posteros reliquit. Non sunt q̄
scienter res iniustas possident: ⁊ eas heredi
bus suis relinquūt. qz tales nō solum dam-
nant seipos: sz etiā filios ⁊ filias filiorū suo-
rū: ⁊ pena illorū augmētat semp: quotquot
de stirpe eorū dāpnabunt. Quantum ad tertiā
partem illius sermonis quere exemplū infra
in promptuario de illa muliere que fuit cine
trita de iniustis rebus. i. R.

De inuentione sancte crucis. Sermo. xxi.

Mihi autem absit

m gloriari nisi in cruce dn̄i nr̄i ihu xpi
Ad gal. vi. Aplūs in his vbis duo
facit. Primo dicit q̄ solū in cruce est gl'iādū
cū dicat. Mihi aūt absit gl'iari. Secūdo de-
terminat in q̄ cruce sit gloriandū cū dicat dn̄i
nr̄i ihu xpi. Un̄ in pn̄ti sermone ad honorē
scē crucis tria sūt dicēda. Primo de inuētio
ne ⁊ dignitate scē crucis. Secūdo aliq̄ p in
formatōe nr̄a. Tertio aliq̄ miracla. Quantū
ad primā partē illius sermonis sciendū q̄ li-
gnū scē crucis p multa signa est ostēsum. quo
rū signorū q̄dā fuerūt an̄ inuētionē: et q̄dā i
ipa inuētiōe: ⁊ q̄dā post inuētionē. Ante in
uentionē est ab angelo datū Seth filio ade
ad plātādū sicut legit in euāgelio nicodemi.
q̄ cū adā infirmaret misit filiū suum ad por-
tam padisi p oleo mīe: vt corp9 ei9 pungeret
et sanitatem pcipet. Cui apparēs angelus de
ligno in quo peccauit. Adam eidē dedit di-
cens q̄ cū fructū faceret adam sanaret. Qui
rediens ⁊ prēm mortuum inueniēs ipm ramū
sup tumulū prīs plantauit: q̄ postmodum in
magnū lignū creuit. Salomon aūt cū edifi-
caret templū illud p̄scidi fecit nusq̄ tn̄ locari
poterat q̄r aut esset nimis breue aut nimis
lōgū. ⁊ sic artifices illud piecerūt de q̄ post-
ea semita facta est sup quēdā lacū ⁊ p ponte
positū est. Regina aūt saba cū venisset audi
re sapiam salomonis et predictū lacū trāsire
vellet vidit in spū q̄ saluator mūdi in ligno
illo suspēdend9 erat. ⁊ iō sup illud lignū trā
sire noluit. sz salomoni intimauit q̄ in illo li
gno quidam suspēdend9 fuerat p cui9 morte
iudeorū regnū deleri debebat. Salomō aūt
p̄dictū lignū sustulit inde et in pfundissimis
terre viscerib9 illō dimergi fecit. postea pba
tica piscina ibidē facta est vbi leuite hostias
abluebāt. Un̄ aq̄ illa tā ex motu āgeli q̄ ex
virtute ligni vtute sanādi infirmos accepit.
Appropinquante aūt passione xpi p̄dictū li
gnū supnatasse phibet. Cū aūt iudei vidis-
sent ipm lignū acceperūt ⁊ crucē dn̄o fecerūt
qđ satis conueniens esse videt. Primū eni li
gnū padisi fuit hōi cā mortis ⁊ dn̄e offen
sionis ⁊ sue eiectionis. Cōueniēs igitur fuit
vt p illud lignū de morte trāsiret ad vitā. h9
est illud lignū de quo dr̄ Apoc. ij. Uincenti
dabo edere de ligno vite qđ ē in padiso dei
mei. Iterū ostēsa fuit an̄ inuētionē: ⁊ hoc p
angelū Cōstantino impatori. Un̄ legit q̄ in
illo tpe cōgregata est multitudo gentiliū iux
danubiū fluuiū volentiū eū ⁊ omnes regio
nes vsq̄ ad iordanem suo dn̄io subiugare.
Qđ cū cōstātin9 imperator cōpit pcessit cōtra
eos. ⁊ nimio terrore pcussus ppt eorū multi
tudinē sequēti nocte ab angelo excitatur. et
vt sursum aspiciat amonetur. Qui in celū re
spiciēs vidit signū crucis circūfulsum lumine
et aureis lr̄is scriptū. In hoc signo vinces ho
stes tuos. Qui celesti visione confortat9 crucē
an̄ exercitū portari fecit ⁊ irruēs in eos in fu
gā cōuertit eos ⁊ aliquos occidit. Et sic fuit
crux xpi ostēsa an̄ inuētionē. Secūdo fuerūt
quedā signa ostēsa in ipsa inuentione p que
crux xpi fuit manifestata. Un̄ legitur q̄ mor
tuo cōstantino imperatore fili9 ei9 cōstantin9
memor victorie prīs quā cōsecut9 fuit vtute
crucis matrē suā helenā misit hierosolimā p
ipa cruce inueniēda. Que cū ibi venisset oēs
iudeos p totā terrā ad se cōuocare fecit. Iu
dei aūt formidātes dicebāt adinuicē. q̄re re-
gina eos vocasset. Unus aūt ex iudeis noīe
iudas dixit. Scio q̄ a nobis scire vult vbi sit
lignū crucis i quo xps crucifix9 est. Uidete g
ne sibi aliq̄s dicat qz lex nr̄a p hoc destruere
tur. Auus eni meus patri meo: et pater me-
us mihi indicauit vbi absconsa sit. Cui iu-

dei ꝓhibuerūt ne eaꝫ manifestaret. Cū ergo ante reginā venissent ⁊ nollet ei indicare locū nec crucē: iussit eos oēs igne cremari. At illi timētes tradiderūt iudā. Quē illa alloquitur dicens. Mors ⁊ vita est añ te: elige qḋ vis. aut crucem indica vel igne cremaberis. Cui ille. Quō scire possum cū iam plusꝙ̄ ducēti anni sunt ꝙ xp̄s crucifixꝰ erat ⁊ ego nōdū natꝰ fui. tunc ipsa misit eū fame cruciari in carcere. Tandē extractꝰ ad locū cū regina venit. Et cū orasset: locꝰ subito ꝯmouetur et odor mirabilis sentit. Et tunc iudas fodere cepit. et. xx. passus fodiens tres cruces reperit ⁊ sic ostensa fuit in ipa inuētōne. Tertio fuerūt q̄dā signa ⁊ indicia post inuentionē. Primo ꝑ infirmi sanationē. qr cum tres cruces essent inuēte ⁊ q̄ esset crux xp̄i ꝓ certo nesciret. appositis duabꝰ crucibꝰ sup quandā mulierē semiuiuā. vt ḋr in hystoria ecclīastica remediū nullū sensit. Apposita ṽo tertia cruce ꝓtinꝰ sanata surrexit. Secūdo ꝑ mortui suscitationē. Cū eñi mortuꝰ q̄dā deferretur. ad maiorē certitudinē sup corpꝰ defuncti duas primas cruces posuerūt: sꝫ cū nihil ꝓficerēt tertia crux apponit: ⁊ ille ꝓtinus resuscitat. Tertio ꝑ tituli inscriptionē. Nā titulū quē pylatꝰ scribi fecerat requirentes ipm inuenerūt ⁊ legerūt vt dič ambrosiꝰ. Quarto ꝑ diaboli lamentabilē conquestionē. Nā diabolꝰ ipam esse crucē xp̄i lamētando conquestꝰ est dicēs. O iuda q̄d fecisti iude meo cōtraria opatus es. Nā ille fecit ꝑditionē ⁊ tu ihū inuenisti crucē. ꝑ illū regnaui in populo: ꝑ te iam expellar a regno. Post hoc iudas iste q̄ crucē inuenit baptizat. ⁊ quiriacꝰ appellat. ⁊ hierosolimoꝝ ep̄o defūcto ibidē in ep̄m ordinat. Quem postmodū iulianus apostata interfecit et eo ꝙ sanctā crucē inuenit ⁊ sibi multa martiria intulit. Primo dexterā abscidi sibi fecit. Secūdo plūbū fec̄ liq̄ri ⁊ in os eiꝰ fundi. Tertio lectū ferreū afferri et in eo sctm̄ quiriacū extēdi: ⁊ subter carbones salē ⁊ adipē spargi. Quarto iussit foueā fieri ⁊ serpētes venenatos ibidē poni: ⁊ sanctū quiriacū in eandē iactari. sꝫ serpētes ꝯtinuo mortui sūt. Quinto iulianꝰ iussit sctm̄ quiriacū mitti in caldariū oleo feruētissimo plenū. Qui dū se signās spōte intrare vellet rogās deū vt iterū in lauacro martirij baptizaret. Iratꝰ iulianꝰ iussit pectꝰ eiꝰ ꝑforari: ⁊ sic in dn̄o ꝯsūmari ꝓmeruit. Itē legitur in

cronica Hermāni ꝙ primꝰ imꝑator catholicus fuit constātinꝰ magnꝰ q̄ regnauit anno dn̄i. ccc.i. ⁊ regnauit ānis. xxxi. mēsibꝰ. x. et in eodē tp̄e inuēta est sancta crux. Qui imperator fuit primo maximꝰ xp̄ianoꝝ ꝑsecutor. et iō ꝑcussit eū dn̄s in lepra pessima ⁊ incurabili. Cui apl̄i petrus et paulꝰ apparentes baptismū ꝑsuaserūt. qui a scō siluestro baptizatꝰ est ⁊ curatꝰ a lepra. Hic siluester papa xxxiiij. sedit ānos. xxiij. mēses. x. dies. xi. et cultū ydoloꝝ destruxit. et plurimū fidem xp̄ianā exaltauit. Hic ꝑmꝰ papa qui absq̄ martirio in pace q̄euit. Cōstantinꝰ imꝑator multas libertates eccl̄ie ꝯtulit. Nā romanā vrbē oēs etiā regiones circūiacētes dedit. ⁊ ꝑpetuo assignauit ad vsum pape et cardinaliū. tūc vox in aere est audita. Hodie venenū infusū est eccl̄ie. Idē ꝯstātinꝰ helenā matrē suā ad fidē cōuertit. Hic etiā ꝯstātinopolim rep̄auit. sedēq̄ imꝑialē ibi posuit. Huiꝰ mater Anno dn̄i. cccxxxij. venit in ihr̄lm et cruces dn̄i quesiuit ⁊ miraculose inuenit. Et ecclesiā mire ornatā in bethleem ꝯstruxit cuꝫ q̄dragīta columnis marmoreis: et chorꝫ de marmore to speciosū i loco diuersorij vbi saluator nr̄ natꝰ est. Helena aūt partē scē crucis detulit ad filiū suū. aliā partē thecis argēteis ꝯditā reliq̄t ibi in loco. Hec de inuentione sancte crucis dicta sufficiant. Quantū ad secūdā p̄tē illiꝰ sermonis sciendū ꝙ nos xp̄iani habemꝰ quadruplex munimētū ꝯtra insidias diaboloꝝ q̄ nitunt nob nocere in omni loco et in omni tp̄e. Primū est custodia angeloꝝ. Nam angeli custodiūt homīem in ꝑsūti vita i oibꝰ locis vbicūq̄ fuerit. Vñ ps. Angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in oibus vijs tuis. Ergo in ꝑñtia āgeloꝝ q̄libet hō ḋꝫ se honeste ⁊ pudice hr̄e verbis et factis. vñ Bers. In quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiā exhibe āgelo tuo necaudeas illo p̄ñte qḋ me videre nō auderes. Secūdū est hoc nomē ih̄s: ⁊ simil̄r hoc nomē maria. Nā vbicūq̄ hoc nomē ih̄s deuote ⁊ expresse nominat ibi diaboli ꝑsistere nō p̄ñt: sꝫ fugiūt ab hoc loco vbi nomē ih̄s insonuerit. et simile intelligendū est de hoc noīe maria vbi noīatuꝫ fuerit. Tertiū est aq̄ bñdicta. Nā vbi aq̄ bñdicta aspsa habet ibi diaboli fugiūt: nec ibi p̄ñt exercere fātasmata sua: vñ in ꝯsecratōe aq̄ legunt valde notabilia ṽba. Descēdat oē fātasma in loco quo

aspersa fuerit hec aqua. Ergo bonū est aquā
bñdictā hr̄e circa lectū et aspgere de sero cuz
ca et maxime circa mulieres q̄ iacent in puer-
perio. Et etiam circa infirmos q̄ sepe aspgē-
di sunt ad effugādū fantasmata demonum
ps̄. lxxiij. Cōtriuisti capita draconis in aq̄s
Quartū est signū sancte crucis q̄ demones
sustinere nō pñt. sed fugiūt. vñ Aug. vbi si-
gnū sancte crucis cū fide et timore dei pcesse-
rit nihil ibi inimicus nocere poterit. Chriso.
Ubicūq̄ demones signū sctē crucis viderit
territi fugiunt. baculū timētes quo plagaz
acceperūt. Itē sciendū q̄ qñ q̄s cū signo sā-
cte crucis vult se munire, tunc tria debet co-
gitare. Primo q̄s sit ille q̄ pepēdit in cruce.
q: ihs xp̄s filius dei. Scd̄o q̄liter pependit
q: cū expansis brachijs et cū extēsis venis.
Tertio, ppter q̄d. s. ppter salutē nr̄az vt nos
liberaret a demonū ptāte et ab eterna mor-
te et qñcunq̄ xp̄ianus facit signū sctē cruc]
ante se bonā cōfidentiā d3 hr̄e q̄ deus diri-
gat eū, pspere in agendis et pseruet eū a pi-
culis. Idcirco oīa opa q̄ q̄s facit. siue d̄ ma-
ne surgēdo. siue de sero dormitū eūdo. siue
laborando. comedēdo. bibēdo. cū signo sā-
cte crucis facere d3 ne diabolus sibi noceat,
vel eū impediat. vñ Iero. Ad oēm actū ad
oēm incessum man⁹ tua deuote pingat cru-
cem. Quātū ad tertiā ptē illius sermonis no-
ta aliqua miracula de sctā cruce. quō nichil
debem⁹ facere sine signo sctē crucis. Uñ le-
gitur in dialogo Gre. q̄ q̄dā virgo intrauit
quendā hortū et comedit lactucā sine signo
sancte crucis, et diabolū cū lactuca comedit.
Itē legit̄ q̄ quidā cōuersus religiosus in ci-
uitate bibit vinū sine licētia et sine signo sā-
cte crucis. et diabolū cū vino bibit. Item si-
gnū sctē crucis liberat hoīem a despatōis la-
queo. Uñ legit̄ q̄ quidā voluit seipm̄ ex ni-
mia tristitia et despatōne suspēdere. s3 p vir-
tutē sancte crucis q̄ se signauit liberatus est
Item signū sctē crucis fugat multitudinez
demonū. Uñ quidā iuuenis volēs fieri di-
ues venit ad quēdā necromāticū: qui cū vo-
casset demones venerūt et vnus inter eos q̄
sicer añ pibat. cui posita est sedes q̄ cū inter
rogasset q̄re vocati essent. Dixit necromāti-
cus. q̄ iuuenis iste q̄ mecū stat vult vob̄ ser
uire vt eū diuitē faciatis. cui demon. vis cri
stum abnegare. rñdit iuuenis. certe nolo. vt
xp̄m abnegem ppter diuitias, et statim si-
gnauit se sancta cruce. Statimq̄ omnis mul-
titudo demonū signū sancte crucis non va-
lens ferre disparuit. Tūc ille surgēs intrauit
ecclesiam. Et statim imago crucifixi q̄ erat i
ecclesia sibi inclinauit. qd̄ cū pmarius vidis-
set ciuitatis. q̄siuit ab eo si aliq̄d boni fecissz
q: vidisset q̄ sibi imago xp̄i inclinasset. Qui
cū dixisset ei q̄ illa die xp̄m abnegare noluis-
set. et sic ille diuitias et filiā suā donauit sibi
Itē signū sancte crucis cōpescuit canes la-
trantes. Exemplū de quodā cū captus fuis-
set. et de nocte vincula dirupisset et custodes
ptransisset. et portā exiuisset. venerūt canes
fortiter latrātes. et ip̄m pdere volētes. Sed
ip̄e se signo crucis signauit et oēs cōpescuit
dicēs. Precipio vobis in v̄tute sancte cruc]
vt taceatis. qd̄ et factū est. Itē pulcrū exem-
plū quō v̄tus sctē crucis vicit ptātē oim de-
monū q̄re infra in pmptuario. xxix. C.

De sancto Uito martyre. ser. xvij.

Emēto creato:

ris tui in diebus iuuētutj tue. ita
scribit̄ Eccle. xij. Uerba predicta
bene ↄueniūt sctō vito q̄ in iuuētute deo ser
uire cepit et martiriuz in. xij. anno sustinuit.
vñ in pñti sermone ad honorē scti viti tria sūt
dicēda. Primo de dignitate sancti viti. Se-
cūdo de plaga sancti viti. Tertio exemplum
Quātū ad pmū sciendū q̄ sanctus vit⁹ pas-
sus ē tpe diocletiani q̄ regnauit anno domi-
ni. cclxxxix. Et h3 decē dignitates in se vni-
uersaliter. q̄s alij scti habēt pticulariter. Pri-
ma dignitas est q̄ in iuuētute martiriuz su-
stinuit. et in hac dignitate assimilat̄ sctē cri-
stine q̄ etiā in. xij. anno sue etatis multipli-
cia martiria sustinuit et tres iudices fugauit
Scd̄o assimilat̄ sctē barbare q̄ a p̄re suo car
nali flagellata est. sic et beatus vitus a patre
suo noīe hilas crebro verberatus est ex eo q̄
ydola cōtemnebat. nec ip̄a adorare volebat
Tertio assimilat̄ sctē katherine q̄ in carcere
posita. xij. dieb⁹ cibata ē a dño nr̄o ihu xp̄o.
Sic vit⁹ cū in nauī eēt cū modesto et crescē-
tia nutrice sua nec cibū corpalē haberet aq̄-
la eis cibū afferebat. Quarto assimilat̄ sctō
Egidio q̄ demoniacū in eccl'ia ipedientē po
pulū liberauit. Sic et Uit⁹ filiū diocletiani
impatoris a demonio liberauit. Quinto assi
milat̄ sctō Laurētio q̄ p signū sctē cruc] ce-
cos illuminauit. Sic et sanct⁹ vit⁹ orauit, p

sanatione patris sui et lumen suis ꝑcib⁹ re-
cuperauit. Sexto assimilat̄ scō matheo aplo
qui fustibus … sus cesus vitus fu … ib⁹
mactat⁹ est vsq̄ ꝯ verantiū brachia aruerūt
Septimo assimilat̄ scō petro aplo q̄ est ꝑn
ceps aplōꝝ cui posito in carcere angelus cū
lumine apparuit et statim cathene in quib⁹
ligatus fuerat et vinct⁹ ceciderūt de manib⁹
suis. Sic et beat⁹ vitus cū missus fuit i car
cerē cū modesto. subito terremotus fact⁹ est
et ferri moles que eis erat imposita cecidit ꝛ
carcer imēso lumine coruscauit. Octauo assi
milat̄ iohi euāgeliste q̄ missus fuit a domici
ano in doliū feruētis olei. et tñ illesus exiuit
Sic et scūs vit⁹ in clibanū ardētē mittitur.
sed tñ inde illesus egredit̄. Nono assimilat̄
illis duob⁹ aplīs Simoni et iude quos cū
pōtifices ydoloꝝ occiderēt. fulgura et toni-
trua supuenerūt et templū scindit̄. magi in
carbones sunt cōuersi. sic et beatus vit⁹ cū
modesto et crescētia nutrice sua q̄ sp eū secu
ta fuit in eculeū suspēdi iubet̄ sed subito aer
turbatur: terra gemit: tonitrua mugiūt. ido
loꝝ tēpla corruūt. et multos occidūt. Decio
assimilat̄ scō Georgio martiri et militi de
q̄ legit̄ ꝙ cū decollari deberet flexis genibus
orauit dicēs. Dñe ihu xp̄e, hoc oro vt animā
meā nō separes a gr̄a tua. et q̄cunq̄ mei i ne
cessitate sua inuocauerit exaudire eū digneri
Et venit ad eū vox de celo dicēs. ꝙ in oibus
esset exaudit⁹ et sic fieret vt orauit. ps̄. xc. In
uocauit me et ego exaudiā eū ꝛc. Sic et btō
vito existēti in carcere ꝑpter fidē xp̄i oranti ap
paruit et āgel⁹ dñi dn̄s sibi eū affuturū. et oia
q̄cunq̄ a xp̄o dño petierit ꝑstiturū. Ergo in
uocandus ē scūs vitus tanq̄ singularis pa-
tronus in oibus necessitatibus et angustijs
Quātū ad scđam ptē illius sermonis queri
tur vtrū plaga sancti viti sit existēs vel appa
rens sic ꝙ quis sibi assumat. R̄ndet̄ pmo ꝙ
q̄nq̄ fit ex infirmitate cerebri. et sic accidit
cōiter mulieribus q̄ habent capita debilia.
Scđo ex plaga dei. et sic accidit illis q̄ ex su-
pbia hn̄t nimiam cōplacentiā in ornatu cor
poris in vestibus in crinibus et in choreis.
ergo mulieres cōiter habent illā plagā q̄ se
cōtra deum exaltāt vt sic humilientur. Luce
xviij. Ois qui se exaltat humiliabit̄. Tertio
fit ex q̄dam fictione cū quis sibi illā plagā
volūtarie assumit ꝑpter libertatē animi et
vt sic possit explere maliciā et libidinē suā
Et hoc est magis cōmune. hoc ꝓbat̄. q̄r
cōiter ille mulieres q̄ non sunt bone fame cō
sueuerūt sic currere et chorisare. sed honeste
et deuote mulieres raro aut nūq̄ sic currunt
Quantū ad tertiā ptem illius sermonis no-
ta exēplū Erat quedā mulier satis dissoluta
q̄ assumpsit sibi illā plagā ficte vt sic posset
dissolutiōes suas explere et cepit chorisare ꝛ
saltare. Quā maritus eius cōpescuit verbis
sed ipa nihil curauit verba sua sȝ asseruit se
habere plagā sancti viti nec posset oino care
re: sed oporteret eam illa nocte et illa die sal-
tare. et chorisare. Et marit⁹ eius recepit bo-
nā et asperā virgā et duxit eā ad cellariū vnū
et flagellauit eā vsq̄ ad effusionē sanguinis
et ꝓmisit sibi ꝙ nūq̄ amplius vellet sic salta
re et chorisare q̄r tota plaga iā i ea cessassȝ. et
sic amplius nunq̄ attemptauit

De scō Johe baptista. Ser. xxiij.

Inter natos mu
lieꝝ nō surrexit maior iohe bapti
sta. Math. xi. In his v̄bis xp̄s
exp̄mit excellētiam sc̄i Johis bap. cū dicit.
Inter natos mlieꝝ ꝛc. ibi excipit̄ xp̄s q̄ non
est natus de muliere sed de virgine. et etiam
gloriosa virgo maria que maior est Johāne
vñ p⁹ xp̄m et mariā nō surrexit maior io. ba.
Unde christus est sol. Maria est luna. Lu-
cifer iohānes baptista. Post solem clarior ē
luna. et post solem et lunam. clarior est luci-
fer. q̄r post xp̄m ꝛ mariam iohannes clarior
inuenitur. ergo inter natos. mulierum ꝛc. vñ
in ꝑsenti sermone ad honorem sancti iohan
nis baptiste. cuius natiuitatem hodie cele-
bramus tria sunt dicenda. Primo ꝓuilegia
sancti iohannis. Secundo aliqua pro infor
matione nostra. Tertio aliq̄ miracula. Quā-
tum ad primam ptem sciendum ꝙ scūs io-
hannes baptista habet decē ꝓuilegia. Pri
mum priuilegium quia ab angelo est annū
ciatus et cum hoc filius summi pōtificis s.
zacharie. Unde legit̄ in historia ecclesiastica
ꝙ Dauid rex volens ampliare cultum dei.
xxiiij. summos sacerdotes instituit de quib⁹
vnus erat zacharias. erant autem ipe et vx-
or eius elizabet senes. Et absq̄ liberis. Cum
q̄ zacharias templum in festo ꝓpiciationis
fuisset ingressus vt incensum poneret. et mul
titudo foris expectaret. apparuit ei gabriel
archāgelus. Cum vero zacharias in ei⁹ visi
one timeret ait. Ne timeas zacharia q̄m ex

audita ē orō tua. ⁊ elisabeth vxor tua pariet tibi filiū ⁊ vocab nomen eiꝰ iohēs. Zacharias aūt cōsiderās suā senectutē: ⁊ vxoris sterilitatē dubitare cepit: ⁊ more iudeoꝝ signū ab eo q̄rere cepit. Angelꝰ aūt ꝓ eo ꝙ verbis eiꝰ nō credidit ipm taciturnitatis plaga percussit. Cū aūt zacharias ad pplm foras exisset ⁊ eū factū mutū viderēt ꝯgnouerūt eo innuente ꝙ visionē vidisset in tēplo. Cōpleta aūt septimana redijt ad domū suā et ꝯcepit elisabeth. ⁊ mēsibus quinq̄ se occultauit: q̄r erubescebat ꝙ in senectute cōcepat. Mense aūt sexto btā v̄go maria q̄ deū iā ꝯcepat venit ad elisabeth cōgratulās ei ꝙ filiū eēt paritura. ⁊ cū salutasset eā btūs iohēs iam spū sancto plenꝰ sensit filiū dei venire ad se: ⁊ p̄ gaudio in mr̄is vtero trepudiauit. Mansit ergo btā v̄go cū cognata sua tribꝰ mensibꝰ ministrās ei. Natūq̄ puerū suū suis sctis manibꝰ de terra leuauit. Et statim apertū est os p̄ris sui ⁊ cepit clamare. Bn̄dictꝰ dn̄s deus isrl' q̄r visitauit ⁊ fecit redēptionē plebꝭ sue. Et sic ꝯgregati oēs vicini eiꝰ ꝯgratulabantur ei ⁊ dicebāt. Quis putas puer iste erit q̄r totū mundū letificat sua natiuitate. Ideo ecclia natiuitatē eiꝰ celebrat sicꝰ ⁊ xp̄i ⁊ matris eiꝰ. Secūdū p̄uilegiū. q̄r in vtero ē sanctificatꝰ et qua q̄dē sanctificatione accepit peccati originalis purgationē. Nam oēs in pctō originali concipimur et nascimur. Vn̄ ps. l. Ecce eīm in iniq̄tatibꝰ cōceptꝰ sum ⁊c. Nā dicūt doctores ꝙ puer in vtero mr̄is q̄dragesima sexta die viuificat' ⁊ statim aīa infunditur ⁊ p̄ quecunq̄ modū moritur sine baptismo nunq̄ faciē dei videbit. ⁊ hoc ꝓpt' peccatū originale. Ab illo g̃ peccato originali deꝰ iohēm purgauit in vtero matris. insuper ipm sanctificauit ⁊ stabiliuit ꝙ de cetero peccare mortaliter nō potuit. Ecce quāta mirabilia fecit deꝰ cū sancto iohe baptista. Vn̄ Iere. i. Priusq̄ formarē te i vtero noui te: et anteq̄ exires de vulua sanctificaui te. Tertiū p̄uilegiū: q̄r cognouit xp̄m in vtero mr̄is marie existentē. ⁊ in signū huiꝰ exultauit puer iohēs i vtero elisabeth matris sue. vn̄ Luc. i. Et factū est vt audiuit salutatōnē marie elisabeth: exultauit infans in vtero eiꝰ. facta ē aūt hec exultatio diuinitꝰ nō humanitꝰ et a deo est acceleratꝰ vsus rōnis in illo puero vt intra viscera mr̄na iā posset cognoscere creatorē suū. Quartū p̄uilegiū: q̄r plusq̄ ꝓpha est vocatus. Quare autē plusq̄ ꝓpheta dr̄. Rn̄det q̄r xp̄m quē alij ꝓphete p̄dicauerūt ⁊ ꝓphetauerūt futurū: ipse indicauit cū digito dicēs. Ecce agnus dei ecce q̄ tollit peccata mūdi. Quintū p̄uilegiū q̄r est p̄cursor xp̄i. ⁊ hoc ꝓpter maiorē firmitatē necesse erat aliq̄d ab aliquo p̄us dici q̄ de ipso erāt. alias iudei potuissent rōnabilit' dixisse sicut etiā alias male ⁊ iniuste dixerūt. Tu de teipso testimoniū p̄hibes: testimoniū tuum nō est verū. Sed diceres in q̄bꝰ iohēs p̄cessit xp̄m. Rn̄det scd̄m remigiū in quinq̄. Primo in nascendo: q̄r in dimidio anno p̄cessit xp̄m ⁊ xp̄s natꝰ est qn̄ dies crescūt. sed iohānes qn̄ dies decrescūt: in signū ꝙ xp̄s debebat crescere: et iohēs minui in noticia ppl'i. Ioh. iij. Illū oportet crescere: me aūt minui. Secūdo in p̄dicando. q̄r iohēs citius predicauit q̄ xp̄us. Tertio in baptizādo. q̄r iohēs p̄us baptizauit q̄ xp̄s. Quarto in moriēdo: q̄r iohēs mortuꝰ est ān xp̄m. Quinto ad inferos descēdendo: q̄r p̄cessit xp̄m ad limbū patrū ⁊ nūciauit eis xp̄m. Sextū p̄uilegiū q̄r fuit baptista xp̄i electꝰ pre oībus hoībus in mūdo ꝑ tunc existētibꝰ. vbi meruit totā cognoscere trinitatē. Patrē in voce cum dixit. Hic est filꝰ meus dilectus. filiū in substantia carnis sup quē vox illa insonuit: et quē ꝓprijs manibꝰ baptizauit. Spm̄ sctm̄ qui in specie colūbe sup xp̄m descendit baptizatū. Septimū priuilegiū quia austeriorē vitā duxit q̄ xp̄s. vn̄ iudei putabāt ipm esse xp̄m ꝓpter austerā vitā suā. Ioh. i. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad iohēm vt interrogarent eū. tu q̄s es. Et cōfessus est q̄r nō sum ego xp̄s. Austeritas aūt iohis ꝯsiderat' in q̄tuor. Primo in cibo q̄r nunq̄ in vita sua comedit aliquē cibū delicatū nec gustauit panē nec carnes: nec pisces. s; cibꝰ ipsiꝰ erāt locuste ⁊ mel siluestre. et hoc tm̄ ad sustentationē corporis et nature. Non fuit enī sicut q̄dā modo sūt. q̄ cū mane surgūt p̄mo cogitāt de bono prandio. illi maiorē curā hn̄t de ventre q̄ de aīa. Tales enī vt timeo efficiunt' socij epulonis in inferno. Et q̄ hic repleti fuerūt bonis cibarijs. illi ibi abstinebūt. Luce. vi. Ve vobꝭ q̄ nunc saturati estis. g̃ si volumꝰ saluari sequamur iohēm baptistā: ⁊ nō epulonē. Luce. vi. Beati q̄ nūc esuritis ⁊c. Quid aūt sint iste locuste ⁊ mel siluestre. rn̄det arnolphus

ꝙ locuste sunt aues parue ad modū digiti
nō alte a terra volāt et faciliť capiunť q̄ fue-
rūt in deserto: cocteq̄ȝ in oleo pauperū pbent
victū. Siłr narrat in eodē deserto esse arbo
res hn̄tes folia lata et rotūda lactei coloris
mellici saporis: q̄ manib⁹ fricanť ⁊ eduntť. et
hoc dr̄ mel siluestre. Secūdo i potu q2 nū̄ p̄
in vita sua aliquē potū bibit nisi solā aquā.
hoc multi bibuli nō faciūt q̄ bibūt ꝙ rōnez
loquēdi pdūt, ppter nimiā ebrietatez. Sed
beat⁹ iohānes magne fuit abstinētie. Un̄
canť de eo. Uinū ⁊ sicerā nō bibit. vn̄ dicit
Beda ꝙ sicera interp̄tať ebrietas. quo voca
bulo om̄e qd̄ inebriare pōt poculū siue de
pomis siue de frugib⁹ siue de q̄libet alia ma
teria cōfectū significat. Tertio durū habuit
vestimētū. Math. iij. Ipse iohes hēbat ve
stimētū de pilis camelorū. Hoc nō aduertūt
aliq̄ viri ⁊ aliq̄ mulieres q̄ sequunť epulonē
q̄ induebatur purpura ⁊ bysso ⁊ epulabatur
quotidie splēdide. Siłr q̄ longas caudas
post se trahūt q̄b⁹ terrā vestiūt: et de nudis
xp̄i paupib⁹ nihil curant. caudis suis pulu-
ces colligūt: ⁊ hoib⁹ sequētib⁹ ⁊ antecedẽ-
tibus puluerē mouent. Timendū est eis ne
diabol⁹ in caudis earū eq̄tet. Job. xli. Ipse
est rex sup oēs filios supbie. Quarto in ha-
bitaculo: q2 habitauit in heremo. Un̄ canť
de eo. Antra deserti teneris sub ānis ⁊c. Et
hoc fuit magnū in puero iohanne ꝙ reliq̄t
prēz ⁊ matrē ⁊ oīa bona pentū: ⁊ iuit in de-
sertū ⁊ habitauit ibi ne amitteret innocen-
tiā suā et ne mund⁹ traheret etiā eū a deo.
Nam mundus trahit hoīez a deo honorib⁹
quos hic propinat ne hō veniat ad celestes
honores. Itē caro trahit delicijs: vt hō ca-
reat eternis gaudijs et delicijs. Itē diabol⁹
trahit eum inuidia sua. q2 inuidet ꝙ homo
debet possidere illū locū quē ipe dyabol⁹ p
didit et trahit hoīez q̄tū pōt. et q̄to melior
est hō ⁊ sanctior: tāto mag[is] insidiať ei. Et hoc
sciuit btūs iohes. Et q̄uis esset vnic⁹ filius
pontificis qd̄ tunc maximū erat: tn̄ despexit
honores ⁊ reliquit mundū et fugit in here-
mū vt innocentiā suā immaculatā custodiret.
Octauū p̄uilegiū q2 habuit dignitates oīm
sanctorū. Fuit eīn ppheta ⁊ plusq̄ ppheta.
q2 pphete xp̄m p̄dixerūt. Ipe autez digito
demōstrauit dicēs. Ecce agn⁹ dei ecce q̄ tol
lit pctā mundi. Fuit etiā aplūs. Nam aplūs
interp̄tať missus. Un̄ de eo scriptū est. Fuit

hō missus a deo. Fuit etiā martir. ⁊ hoc p-
bat sanguīs ei⁹ effusio. et veritatis assertio
qn̄ dixit. Non licet tibi habere vxorē fratris
tui. Itē fuit ꝯfessor. q2 tā austere vixit ꝙ ipe
xp̄s putaretur a iudeis: et cōfessus est q2 nō
sum xp̄s. Fuit etiā virgo. hoc testatur Lucas
q̄ dicit eum a puericia vixisse in heremo. Et
sic btūs iohānes habet merita oīm sctōrū.
Unde bn̄ dicit euāgelista. Inter natos mu
lierū nō surrexit maior iohāne baptista. No
nū priuilegiū q2 fuit trib⁹ meritis q̄bus de-
betur aureola insignitus. Ipse enim fructū
centesimū inq̄ntū fuit v̄go a deo pmeruit.
Itē centesimū inq̄ntū fuit p̄dicator glorio-
sus. Et centesimū inquantū fuit martir. vn̄
cātať de eo. serta terdenis alios coronat ⁊c.
Decimū p̄uilegiū: q2 dies natiuitatis ei⁹ in
tota xp̄ianitate celebrať. imo etiā sarraceni
natiuitatē eius festiue celebrant. Trium eīn
sctōrū natiuitas solemniter celebrať. s. xp̄i vir
ginis marie et iohānis baptiste. Et ratio q2
De assũptõne virginis marie. Ser. xxiij.

Maria optimam ptẽ elegit q̄ nõ auferet ab ea. Verba ꝓposita Luce. x. originalit̃ sunt scripta: et in euãgelio hodierno lectionaliter recitata. Exaltationẽ hui⁹ sanctissime virginis ⁊ gloriã sue sacre assũptõis nec sufficiẽtes sum⁹ inquirere nec digni sum⁹ aliq̄d nunciare. Unde cum duo sint doctores p̄cipui Bernard⁹ ⁊ scũs Victo. Vn⁹ tñ. scȝ Bern. reputat se insufficientẽ. ali⁹ scȝ Victo. reputat se indignũ. Bern. eñ reputat se insufficientẽ, ita dicens. Xp̃i gñatõnẽ ⁊ marie assũptionẽ q̄s enarrabit: Quantũ eñ grẽ in terris adepta est pre ceteris: tñ etiã i celis obtinebit glie singularis principatũ. q̄ ocul⁹ nõ vidit. nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit q̄ preparauit deus diligentib⁹ se. q̄d tunc preparabit de⁹ gignẽti se. Etiã q̄d oibus certũ est. diligẽti pre oibus q̄s loquet̃. felix plane maria etiã multipliciter felix. siue cũ excepit saluatorẽ. siue cum excipitur a saluatore. Victo. q̄ñ indignũ se arbitrãs ait. De tali tantaqȝ me loqui indignuȝ fateor. sed ⁊ puto q̄ nemo sit q̄ psumat nisi qui quãta sint q̄ pandunt̃ penit⁹ ignorat. tñ si ad hoc nemo idoneus inuenit̃ votis oibus cessare non debet q̄libet etiã petõr a laudib⁹ btẽ marie virginis: q̄uis explere nequeat q̄d sentit. Si igitur illi doctores tales et tanti nõ reputãt se sufficientes nec dignos laudes virginis enarrare. q̄d nos dicturi sum⁹ quib⁹ nõ adest aliqua p̄rogatiue aut sufficiẽtie libertas nec dignitas vite. Sȝ recurrendũ est ad illaȝ de q̄ locuturi sum⁹: vt apud filiũ suũ nostraȝ insufficientiã adiuuet: indignitatem excuset ⁊c̃. Vñ in p̄nti sermone tria sunt dicenda ad honorẽ v̄ginis gliose. Primo de eius assũptione: quã optimã partẽ elegit. Secũdo aliqua ꝓ nr̃a informatiõe. Tertio dicã aliqua miracula. Quantũ ad primũ sciendũ q̄ primo dicendũ est euangeliũȝ et hystoria quõ obijt ⁊ assũpta est. Vñ legit̃ q̄ post ascensionẽ dñi aplis ꝓpter predicationẽ p mundũȝ dispsis. btã v̄go maria iuxta montẽ syon in domo sua dr̃ remãsisse. oiaqȝ loca filij sui. s. baptismi: ieiunij: passionis: sepulture: ascensionis: quoutqȝ vixit visitauit. Die ergo quadam cum in desiderio filij sui dulcem esset accensa angelus apparuit ei dicens. Aue benedicta. Accipe benedictionem a filio tuo dño nr̃o ihũ xp̃o. Tertia eñ die a corpe assumeris: nã filius tu⁹ te expectat. Cui maria: si inueni gratiaȝ apud filiũ meũ tunc tria rogo. Primo vt fratres mei apostoli congregentur: vt eos ante mortem videam. Secundo vt

demones in morte non videam. Tertio vt fi
lius meus pro aĩa mea psonaliter veniat. Cui
angelus. oĩa q̃ postulas obtinuisti. Factũ est
aũt cũ iohes in epheso p̃dicaret. celũ subito i
tonuit et nubes ipm arripuit et ante domuʒ
marie collocauit. Quẽ maria videñs dixit. Fi
li iohes. memor esto v̄boꝝ eius q̃ me tibi in
mẽem: et te mihi in filiũ cõmendauit. Ecce
me tibi cõmẽdo. q2 tertia die sum migratura i
celũ. dixitq3 iohes. Utinã essẽt hic oẽs fratres
mei coapli. Hoc dicto aũ ostiũ statim omes
assistũt. qui videntes se pter mirabant. iohes
aũt exiuit: et dñam migraturã dixit. cũ auteʒ
btã v̄go oẽs aplos vidisset dñm bñdixit. et
in medio coꝝ ardẽtibus cereis circa horã no
ctis tertiã xp̃s aduenit cũ multitudine ange
loꝝ: et cũ cantu aĩam eius suscipiẽs in vlnas
suas in celũ cõscẽdit. et dixit aplis corp⁹ ma
tris mee in vallẽ iosaphat deferte. et in sepul
chro nouo qđ ibidẽ inuenietis illud recondi
te et me ibidẽ donec ad vos veniã expectate
Tũc apli accipiẽtes corpus marie iux͂ illđ qđ
dñs iusserat in monumẽto nouo posuerunt
et iux͂ illud sicut dñs iusserat cõsederũt. Alte
ra aũt die venit dñs ihs cũ multitudine an-
geloꝝ: et eos salutauit dicẽs. Pax vobis. rñ
derũt. Gl'ia tibi dñe. et dixit eis. Quid ho-
noris vobis videtur vt mee dilecte faciã mñ.
et illi rñderũt Dignũ est sicut tu deuicta mor
te regnas in celis. sic tu resuscites corp⁹ mr̃is
tue bñdicte. et a dextris tuis colloces in eter-
nũ. tunc xp̃s dixit. Surge dilecta mr̃ mea vt
mecũ regnes in celis. et sic statim aĩa marie
ad corpus rediit et de tumulo pdiit cũ corpe
glorioso. Sicq3 ad ethereũ assumit thalamũ
cõcomitãte secũ multitudine angeloꝝ. Sed
quot annoꝝ fuit btã virgo qñ hodie obiit.
rñdet. q͂ in sexagesimo anno obiit. Qđ sic p
bat. nam in. xiiij. anno cõcepit xp̃m. et in. xv.
anno pepit. et cũ xp̃o hic in terris vixit. xxxiij.
annis. et post ascẽsionẽ supuixit. xij. an. Tũc
oĩbus cõputatis in. lx. anno obiit. Sed qri-
tur qualẽ vitã btã virgo duxit post xp̃i ascen
sionẽ vsq3 ad eius assumptõem. rñdet scđm
Hiero. q͂ btã v̄go istã regulã sibi statuerat vt
a mane vsq3 ad tertiã oroni insisteret. a tertia
vsq3 ad nonã opi vacaret. a nona vero ab o-
ratione nõ recedebat donec angelus sibi cibũ
ministraret quo sumpto cũ angelis cõuersa
batur. Ecce q̃tuor capitula que in regula vir
ginis erant posita. Primũ est de orõne. Se-
cundum est de opatione. Tertiũ de sua expe-
ctata refectõe. Quartũ de angeli cõuersatiõe
Quia cõuersatio eius magis cũ angel' q͂ cũ
hoibus fuit. Item sciendũ q͂ btã virgo ma-
ria optimam ptem elegit in pñti vita. et in
morte. et post mortem in celo. Qđ sic pbatur
Habuit eñi in vita pñti ptem optimaʒ q̃tũ
ad tres status saluãdoꝝ. q2 extra illos tres sta-
tus nullus saluat. q2 stat⁹ cõiugatoꝝ habet
fructũ tricesimũ. stat⁹ viduaꝝ fructũ sexagesi
mum. status virginũ fructũ centesimũ. Ipa
igitur beata v̄go habuit fructũ tricesimũ. vt
cõiugata. fructũ sexagesimũ vt vidua. Q2
qñ ioseph sponsus eius ante xp̃i passionẽ o-
biit. ipa vidua remansit. Fructũ centesimum
vt virgo immaculata. Item ptem optimam
virgo beata elegit. q2 inter ceteras virgines
p̃mo v̄ginitatem vouit. vñ dr̃ in decre. Ma
ria mente vouit virginitatem ppetuam nisi
deus ei aliter reuelaret. xxvij. q. ij. c. i. Secũ-
do consideratur hec ps optima q̃tum ad vi
te pfectionem. Est eñi vita actiua que est ps
bona. est contemplatiua que est pars melior
et est ex vtraq3 cõposita q̃ est optima. et istaʒ
habuit beata v̄go maria. et iõ signat p istas
duas sorores. s. marthã q̃ fuit actiua. et mag
dalenam que fuit cõtemplatiua. Et iõ hoc e-
uangeliũ de illis duabus sororibus hodie le
ctũ est in missa. Magna laus marie q̃ vtrã-
q3 vitam circa filiũ exhibuit. Nam quantum
ad diuinitatẽ eius contemplationi intẽta fu
it. quãtum ad humanitatem sibi sedule mi-
nistrabat. nam maria sex opa mĩe xp̃o exhi-
buit. De hoc dicit Berñ. in quodam sermõe
de assumptione. vt breuiter illa sex opa mĩe
pcurramus. Btã virgo maria summũ filium
dei in vtero suo suscepit. natũ nudũ pannis
opuit. esurientem pauit. sitientem lacte pota
uit. infirmum p infantiam nõ solũ visitauit.
sed etiam fouẽdo. lauando. gestando. fouẽ-
tando. et oĩa sibi hũana officia exhibuit. ip-
sum etiam in carcere positũ. i. in crucis pati
bulo alligatũ visitauit. Ipa iux͂ crucem eius
stetit eiusq3 sepulture interfuit. Scđo elegit
sibi optima ptem in morte sua. Et hoc q̃tuʒ
ad duo. Primo scʒ q̃tum ad modum quo i
hora mortis assumpta est. Modus autem
quo aĩe in hora mortis assumuntur in celũ est
triplex. Quedam eñi assumunt̃ in celum per
vnum angelũ q̃ est ps bona. de quo dr̃. Exo.
xxiij. Ecce enim mitto angelum meum qui

custodiat te in via et inducat in terram quaʒ
promisi pribus tuis. Alius est qñ an'ime an-
gelis assumunt: et hec est ps melior. et illã p-
tem habuit mendicus lazarus. de quo dr Lu.
xvi. ff actũ est vt moreret mendic⁹ et portaret
ab angelis in sinũ abrahe. Tertius mod⁹ qñ
xps et oẽs sci et ãgeli alicui aie obuiarent
et hec est ps optima quã maria elegit et ho-
die recepit. Nã xps cũ honorabili societate. s.
cũ oibus sctis et angelis marie hodie obuiã
venit: et eã psonaliter honor. fice in celũ duxit
Bis igitur exaltatũ fuit in celũ. Primo qñ
xps ascendit. qr tunc nullus angelus in celo
remãsit. sʒ oẽs obuiã xpo venerũt tanq̃ regi
suo. Scdo qñ btã vgo maria hodie assum-
pta fuit. qr tũc oẽs angeli et oẽs sci priarche
et pphe et ceteri sci p tũc in celo existẽs cum
ipo xpo marie obuiã venerunt et ipam tanq̃
reginã suã honorauerũt. Tertio exaltabit i
iudicio. qr tũc oẽs in valle iosaphat pñtabunt-
tur. Itẽ q̃tũ ad subiectũ qr cũ corpe et aia as-
sumpta est btã virgo maria vt pie credit eccle-
sia. Si eñi iusti fulgebũt sicut sol. vt habetur
Matth. xiij. Quanto magis eius corp⁹ san-
ctũ fulgebit qd deũ portauit. vñ tam hono-
rifice assumpta est q̃ angeli mirati sunt dicẽ-
tes. Que est ista q̃ ascẽdit. Nõ eñi fuisset ad
mirati si sola aia eius ascẽdisset. qr multe aie
sctõ⁊ ascenderũt añ ipam. Sed valde mira-
ti sunt videntes feminã purã creaturã ascẽde-
re cũ corpe glioso. Qd quidẽ conueniens fuit
triplici rone. Primo ex pte mris qr fuit mr
xpi. iõ debuit sublimari ad filiũ. vñ Damas.
Decuit mrem ad filiũ sublimari vt ad ipm as-
cendat sicut ad ipam descẽdit. Scdo ex pte
filij qr eius vnic⁹ filius fuit. iõ debuit eã ho-
norare p ceteris sanctis. quõ alias impleret
pceptũ qd ipe dedit de honore pentũ. Exo.
xx. Honora prem et matrẽ tuã. Nam ipe xps
honorauit mariã mrem suã in vita. in morte
et post mortem. In vita. qr in iuuẽtute sua
sibi subditus fuit qñ erat. xij. annor. Itẽ in
etate virili qñ ad petitõem mris in nuptijs
aquam in viñũ conuertit. In morte eã iohan-
ni comẽdauit. Post mortẽ vt dicit sedul⁹ si-
bi pre oibus hoibus post resurrectõẽ primo
appuit. Itẽ post ascensionẽ suã psonalr cum
sanctis et angelis in morte ad eã venit. et eã
econuerso resuscitauit post mortẽ. eamqꝫ cum
corpe et aia in celũ transtulit: et honorifice
ad dexterã suã collocauit tanq̃ reginam celi

Tertio ex pte nostri et est magna vtilitas q̃
assumpta est cũ corpe et aia. qr ex hoc marie
feminis spes resurrectõis et ascensionis dat
sicut et xps dedit magnã spem viris ex sua as-
censione et resurrectione. Vñ sicut conueniẽs
fuit q̃ xpi resurrectio gliosa acceleraret vt p
hoc viris daret spes gliose resurrectionis. sic
necesse fuit vt accelerare resurrectio virginis
marie vt daret spes future gle resurrectionis
sexui muliebri. Et iõ ad honorẽ mulierum et
plenã fiduciã ipa⁊ nõ viri filius sed mulieris
voluit esse. nõ viris sʒ mulierib⁹ post suaʒ re-
surrectõem primo voluit appere. Voluit igr
humanã naturã exaltare in muliere in corpo-
re et in aia. ad hostis hũani generis cõfusio-
nẽ et ipius hũane nature honorẽ. ad mulie⁊
firmã spẽ et fiduciã. ad dei laudẽ et beniuo-
lentiã: q̃ etiã in sexu fragili tantã glãʒ digna-
tus est ostẽdere. Tertio elegit sibi optimã
ptẽ etiã p⁹ mortẽ q̃tũ ad locũ quẽ sortita ẽ
Locus autem sanctor⁊ in pria triplex est.
Quidaʒ sociãtur angelis infime hierarchie. et
hec est ps bona. Alij aũt angelis medie hie-
rarchie: et hec est ps melior. Alij aũt angelis
summe hierarchie et hec est ps optima. ma-
ria aũt sup oẽs choros angelo⁊ est exaltata
sup oẽm celsitudinẽ celi est eleuata: et ad dex-
teram filij sui collocata et iõ nõ tantũ hʒ p-
tem optimã. sed etiã poptimã. vñ de ea canta-
tur. Exaltata est sctã dei ge. sup c. an. ad ce. r.
Hiero. Credit q̃ saluator ipe sibi occurrent.
et cũ gaudio eã secũ in throno collocauit. Nã
marie claritas in celo est beatis cã gle letitie
et honorificẽtie gle. qr eius claritas beatos
letificat. Bern. Marie pñtia totus illustrat
orbis adeo vt ipa supna ciuitas clarius ruti-
lat virginee lãpadis illustrata fulgor. h⁹. Itẽ
est cã letitie: qr sci sunt magna letitia videre
nõ pñt mrem suã sup oẽs choros exaltataʒ
Itẽ cã honoris. qr honor est sctis hrẽ fratrẽ
scz xpm: et mrem. i. beatã virginẽ quo⁊ vn⁹
est rex. et altera regina totius regni celestis.
Itẽ q̃tũ ad officiũ sibi cõmissam. hʒ eñi offi-
ciũ mitigãdi iram filij et iustitiã ipius. Nam
qñcũqꝫ xps ex iustitia punire vult mũdũ pro-
pter scelera sua. tũc maria se interponit int de-
um et hoies et mitigat et placat filiũ. Unde
Bern. Nemo dña tam pdone⁹ q̃ gladio dñi
p nob. s minus obijciat vt tui dei amantis-
sima p quẽ primũ suscepimus miam de manu
dei nostri. Item sciendũ q̃ maria q̃ hodie ex

alcata est et locata ad dexterã filij tam sustē
tat mūdū. qz totus mūdus in maligno posi-
tus est et plenus peccatoꝝ et maloꝝ hoīm.
Hoc ptz ad lucē. Nam cōmunissimū est ma-
la agere in mūdo. et deū quotidie magis ac
magis ꝓuocare. qz cōmune est mēdaciter et
scienter ꝑ deū iurare etiā ꝑ puis rebus. et qđ
maius ē quotidie nomē dei blasphemaꝰ. Si
militer et hoīes cōiter sibīnuicē mal. dicunt
Et illa tria peccata iā sunt cōmunissima in
mūdo. De his dictū est añ in sermone de visi
tatione marie ꝟginis. Item supbia iā domi
natur in vestibus. in tunicis longis. in scissu
ris multis. Item auaricia iā regnat q̄ est ra-
dix oīm maloꝝ. Iere. vi. A minore vsqz ad
maiorē oēs studēt auariciā. nullus eñi vult
cōtentari: sz quilibet vult ditari. etiā ꝓ salutē
ꝓpriā cū rebus multis. Item luxuria est cō
munis. qz pauce ꝑsone ꝑueniūt ad statū mtri
moniū in integra castitate signāter masculi.
et tñ oīs luxuria extra matrimoniū est pctm̄ morta-
le. vñ dr̄ in decre. Ad meretrices accedere est
diuinitꝰ ꝓhibitū. xxxij. q. iiij. meretrices. Itē
nec festa celebrant' nec ieiunia seruātur. et ben
iam ꝟitas et fidelitas scōm cursum mūdi ra
ra est. vñ in ps̄. xi. Diminute sunt veritates a
filijs hoīm et q̄si oīs hō iā est mēdax. nec est
fidelitas qz filiꝰ nō diligit prēm nec frat' fra-
trē. nec amicꝰ amicū. sed vnusquisqz primū
suū decipit. et sic de singulis. Et ista magna
et multa mala q̄ in mūdo iā cōmittūtur iusti
cia dei nullo mō sustineret. si mediatrix ma-
ria nō esset. Qr aūt maria mūdum hucusqz
sustētauit. hoc ostēdit' pmo i exēplo illo vbi
xp̄s dixit angelo. Buccina buccina. Et stati
totus mūdus q̄si foliū in arbore tremere vi-
debatur. hoc exemplū q̄re infra in ꝑmptua-
rio de exēplis beate marie ꝟginis. ix. Itē ostē
ditur in exēplo vbi infra missaꝝ solēnia ima
go btē marie ꝟginis vehementer sudare ce-
pit hoc q̄re ibidē. xi. Ergo regratiari tenemr
marie ꝟgini q̄ xp̄s et eius meritis nobis vi-
tam nr̄am tam diu ꝓlōgauit. vñ Bern̄. Ad mē
tem et oculos pariter cū manibus ad te reginā
mūdi attollimꝰ. et corā tue celsitudinis glīa
genua flectimꝰ ceruicē inclinamꝰ. ac plorās
suspirijs ad te p̄ces transmittimꝰ. Item cir-
ca illud festū q̄r. tur vñ ortū h3 q̄ hc die bñ-
dicitur herbe et fruges. Rñdeo q̄ ortū habz
a dño aplico ihu xp̄i vicario. vñ legit' in cro-
nica Hermāni q̄ anno dñi. cclxxv. Secūs cari-

cianus papa cōstituit benedici herbas ⁊ no
uos fructus vuas et fabas et passus est sub
ꝓbo imꝑatore. Quantū ad scđam ptē ꝑi-
formatione nr̄a sciendū. sicut hodie paginꝰ
obitū et assumptōez beate ꝟginis marie tūc
cōsulendū est oibus xp̄ifidelibus q̄ nullꝰ sci
enter in peccato mortali ponat se đ sero dor-
mitū ꝓpter incertitudinē mortis. qz qui ho-
die de sero sano corpe vadit dormitū igno-
rat an cras mane resurgat. et sic in ista nocte
in pctō mortali moreret' eternaliter dānaret'.
Vñ Aug. de verb dñi. Audatior est qui cum
vno pctō mortali dormit q̄ qui cū septē ho-
stibus de morte sua inuicē obligatis cōfligit
vñ salutiferū et laudabile est q̄ quilibz de se
ro añ ingressum lecti sui oret ad minus vnū
pr̄ nr̄ et vnū aue maria. et symbolū fidei. q̄a
valde bonū ē de sero et đ mane orare symbo
lū. et cū cōtritione cordis dicat cū dauid mi
serere mei deus scōm magnā miaz tuā. Tūc
dñs nr̄ ihs xp̄s est tam bonus et misericors
q̄ si illo die quinqz vel sex vel octo pctā mor
talia vel etiam plura cōmisisses et cū ꝟa con
tritione cordis implores cū publicano mise-
ricordiā dei dicēs. Deus ꝓpitius esto mihi
peccatori. et ignosce mihi hodie peccata mea
sicut indulsisti magdalene peccatrici peccata
sua. Ego eñi offendi te hodie irascēdo. iuran
do. blasphemādo. maledicēdo. et supbiēdo
in omissione multoꝝ bonoꝝ et in illo pecca-
to vel in hoc in spē recogitādo illud peccatū
in quo magis peccasti. et nūq̄ intendo āplꝰ
facere. et firmiter ꝓpono cōfiteri ꝑ loco et tpe
Tūc añq̄ intrabis lectū tuū. deꝰ indulsit ti-
bi oia peccata tua. dº ꝓbat' Ezech. xviij. In
quacūqz hora peccator ingemuerit ⁊c. et si ꝯ
tingeret te illa nocte sic mori tūc esses vnꝰ de
saluādis. Et qñ de mane surgis de lecto tuo
interim q̄ induis vestimenta tua. ora iterū
vnum pater noster et aue maria et symbolū
fidei et dic. O piissime dñe ihu xp̄e. ego hāc
orōem tibi offero. et oēs labores quos ho-
die fideliter laborabo. et oēs tribulatiōes et
infirmitates quas hodie sup me pmiseris fie
ri. hodie tibi offero ꝓ peccatis meis. Tūc il-
lo die quicqđ fideliter laboraueris. tu sartor.
tu sutor. tu faber. pistor. carpētarius textor.
lanifer. agricola. et sic de singulis famule et
famula. cū tibi totū meritorium vt fine cul
pa in gratia et fideliter laboras. Vñ' ī ps.
cxxvij. Labores manuū tuaꝝ qz manducab.

beatus es et bene tibi erit. Et p qualibet tri
bulatōne habebis spāle gaudiū. vñ Johan.
xvi. Tristitia vestra vertetur in gaudiū. Sed
heu plures sunt cū de sero vadūt dormitū
nec cogitāt de deo nec de sanctis nec de salu
te aīe sue. Et etiam qñ de mane surgunt tunc
currūt ad labores tanq̄ equus de stabulo.
Cōtra tales dicit dñs per pphām in ps̄ xxxi
Nolite fieri sicut equus et mulus ⁊c̄. vñ etiā
Aristo. Inter oīa animātia solus hō hʒ rōēʒ
Vñ quilibet hō ad minus de mane et de se
ro assidue debet cogitare de deo a quo habʒ
oīa. vnde apl's. Quid habes qd̄ nō accepisti
Itē sciendū q̄ quilibet hō q̄ stat in vera con
tritōne et bono pposito āplius nō velle pec
care nō est peccator mortalis. Vñ Bern̄. Cū
p bonā volūtatē incipim⁹ esse dei desinim⁹
esse diaboli. Vñ quilibet qui intendit salua
ri sp̄ dʒ stare et inueniri i bona volūtate. Et
iā dictis pʒ q̄ ille est peccator mortalis qui
mortaliter peccat et de hoc nō dolet aut qui
stat in pposito peccandi mortaliter. Quā
tū ad tertiā ptem sciendū q̄ oēs hoīes recur
rere debent ad beatā virginē tanq̄ ad regi
nam potentē. et tanq̄ ad mr̄em mīe in omi
bus infirmitatib⁹ et angustijs et signant ho
die in festo assumptiōis sue qñ migrauit de
hoc mūdo est solenniter celebranda et venerā
da. et etiā p totū tricesimū btē v̄ginis vt ipa
velit nobis astare in extremis nr̄is. qñ de h°
mūdo exituri sumus. Nā ipa btā virgo vult
fideliter astare eis q̄ ei seruiūt. et eam fiducia
liter in extremis inuocāt et se ei recōmendāt.
Hoc oñdit̄ in illo viro q̄ eā in agone inuocauit
et ipa btā virgo appuit ei et cōsolabat̄ eum
Hoc exemplū q̄re infra in pmptuario de exē
plis btē virginis. lvi. Sed q̄rit̄ qd̄ orare de
bemus beate v̄gini in extremis nr̄is? Rñdet̄
q̄ salutiferū est orare illū versuʒ. Maria mr̄
gr̄e mater mīe tu nos ⁊c̄. Hoc ostēdit̄ in illo
antiquo p̄re religioso q̄ in agone vidit ml̄tos
demones circa se. et qñ incepit orare. ma
ria mr̄ gr̄e ⁊c̄. statim maria affuit demonesq̄
fugauit. hoc exemplū q̄re ibidē. lx. Itē vti
le ē btāʒ v̄ginē honorare p illā antiphonam
Salue regina ⁊c̄. hoc pʒ in illo canonico cui
in extremis appuit btā virgo maria dicēs ei
nūq̄ dānaberis. hoc exemplū q̄re ibidē. xcij.
Itē rusticis et secularibus btā v̄go pata est
subuenire in extremis. Exemplū de illo in
quo rustico quē btā v̄go maria liberauit a dā
natione et potestate demonū. hoc quere ibi
dem. li. Item sciendū q̄ est multū vtile ieiu
nare vigilias btē marie v̄ginis. Exemplū de
illo q̄ quattuor vigilias p̄ncipales marie vir
ginis ieiunauit in pane et aq̄ et non potuit
mori nisi cōfiteretur et sacrm̄ eucharistie su
meret. hoc q̄re ibidē. lv. Ultimo est scien
dū q̄ pie est credendū et sperandū q̄ beata vir
go maria nō sinit hoīeʒ aliquē dānari qui ei
fideliter seruiuit. hoc oñdit̄ in illa magna pec
catrice q̄ eam quotidie salutauit. et ei vnam
missam cōparauit. et sic saluata est. hoc exem
plum quere ibidem. lxxiij.

De scō Bartholomeo aplo. Ser. xxxiij.

Hoc est p̄ceptū
meū vt diligatis inuicē sicut di
lexi vos Ita scribit Joh. xv. et
in instantis festiuitatis euāgelio. Sepe idu
cit nos dñs noster ihs xp̄s ad dilectōem p
ximi et p cōsequēs ad dilectōem dei. q2 de⁹
in hoīe aut diligit̄ aut odit̄ Vñ Chriso. sup
Matth. Sicut rex in imagine sua honorat.
sic de⁹ in hoīe diligit̄ vel odit̄. Nō pōt hoīeʒ
odire q̄ deū amat nec pōt deū amare q̄ hoīeʒ
odit. Et ergo in hoc q̄ xp̄s nos inducit ad di
lectōem pximi inducit nos pit̄er ad dilectio
nem dei. Vñ in p̄nti sermone ad honorē san
cti bartholomei tria sunt dicenda. Primo p̄
uilegia scī bartholomei. Scdo aliqua p in
formatione nostra. Tertio aliqua miracula.

Quātū ad p̄mum cōsideranda est magna
liberalitas dei que p modico et transitorio
honore quem sancti sibi exhibēt in terris eos
glorificare dignatur in celis. talis fuit beat⁹
bartholomeus qui deum honorauit et iō de
us eum p̄uilegiauit multipliciter. Et p̄mo in
hoc q̄ ipm ex oibus mūdi hoībus elegit in
suum aplm. Scdm p̄uilegiū q2 nobilis fuit
inter ceteros aplos. Nam sctus andreas et
frater eius petrus fuerunt piscatores. Simi
liter sctūs iacob⁹ et sctūs iohēs duo fratres
fuerūt piscatores. sed ipe fuit nobilis et in si
gnū hui⁹ fuit vestit⁹ collebio albo. et pallio
albo. qd̄ p singulos angulos gēmas habuit
purpureas. et in viginti sex annis vestes ei⁹ et
sandalia nō sordidātur nec veterascūt. Terti
um p̄uilegiū q2 fuit magne deuotōis et san
ctitatis q2 cēties in die et cēties in nocte co
rā deo genua sua flectebat. et sic oēs actus tā
diurnos q̄ nocturnos orōibus p̄ueniebat

Aug. in q̄dā ep̄la. Omne quodcūq3 ichoaueri[s] facere primo inuoca deū et grās ei age: et cū ꝯsūmaueris illō sibi fac. Un̄ etiā Hiero. Nec cib⁹ añ sumat̄ nisi orōne p̄missa: nec recedatur a mēsa: nisi grē referātur creatori. Quartū p̄uilegiū ꝙ nō solū fuit ap̄lus: s3 etiā martir. Un̄ rex astrages iussit ap̄lm primo fustibus cedi. secūdo sic cesum viuū excoriari. tercio fecit ip̄m decollari. Quintū priuilegiū q2 ipse septimū articulū de duodecim articulis cōposuit dicens. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei p̄ris oīpotētis. In isto articulo attēdere debem⁹ ꝙ xp̄s ascēdit gaudēter scd̄m illud. ps. xlvi. Ascēdit de⁹ i iubilatiōe. Nec ipse solus ascēdit: sed oēs aīe q̄ ab ipso de limbo liberate fuerūt. videlicet sctōꝝ patrū. ꝓphetarū. patriarcharū. sctōꝝ innocentū. sancti iohis baptiste. et oīm sctōꝝ iustoꝝ q̄ fuerūt ab initio mūdi mortui ꝛ purgate. Hee aīe singule cū xp̄o ascēderūt: ꝛ fuerūt in maxima iubilatōne. Un̄ in ps. Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē. i. illos q̄ fuerūt captiui in limbo inferni. Sextū priuilegiū3: q2 festū eius hodie in toto mūdo solēnit̄ celebratur ꝛ vigilia eius sub p̄cepto ieiunatur. Septimū p̄uilegiū: q2 quotidie in singlis missis in toto mūdo noiat̄. Quantū ad secūdā partē sciendū ꝙ ꝓximū diligere tenemur ꝓpter naturalē attinentiā siue parētelā. Oēs enī sum⁹ frēs ex vno p̄re: ꝛ etiā ex vna m̄re. s. ab adā ꝛ eua ꝓgeniti: ꝛ ab vno p̄re celesti creati. Et insup oēs hēm⁹ vnū baptisma. vnā hereditatē in celo possidendā. Un̄ Aug. Oēs frēs sum⁹ scd̄m ꝙ hoies sum⁹. Itē Aug. Uoluit de⁹ vnicū hoiem formare in p̄ncipio a quo oēs hoies procederent: vt tanq̄ frēs se oēs hoies amarēt. Itē diligendus est ꝓxim⁹ ꝓpt̄ p̄cepta dei. Un̄ dr̄ i euāgelio hodierno. Hoc est p̄ceptū meū vt dili. inui. Et in hac charitate ꝓximi est q̄tuplex grad⁹. Nā p̄mo debz q̄s diligere vxorē ꝛ parētes. Un̄ querit̄ vtꝝ vir debz pl⁹ diligere vxorē3 q̄ parentes. R̄ndet̄ ꝙ sic cordiali dilectōne. s3 pl⁹ debet honorare parētes v̄bis ꝛ factis. Un̄ Gen. ij. legit̄ ꝙ adā post creationē eue dixit. hoc nūc os ex ossib⁹ meis ꝛ caro de carne mea: q̄obrē relinq̄t hō p̄rē3 ꝛ m̄rē3 ꝛ adherebit vxori sue. Secundo debet q̄s diligere pueros ꝛ cognatos. q2 dic̄ sctūs Tho. ij. ij. q. xxvi. Illi q̄ ꝓ nobis cōiūcti sūt p carnis originē speciali⁹ sūt diligēdi. Tertio domesticos. Quarto extraneos. Quīto inimicos. Un̄ hic querit̄ vtrū inimici q̄ sunt mali sint diligēdi. R̄ndet̄ inquātū inimici sunt mali: sic ꝯsiderando quātū ad culpā sic sunt odiēdi. vn̄ deus odit malos tali mō inq̄ntū mali. Unde in ps. cxviij. Iniquos odio habui. Sed ꝯsiderādo inimicos ꝛ malos inquātū hoies sunt. scz ad imaginē dei facti. ꝛ adhuc sūt in via et i potētia veniēdi ad p̄niā3 et ad beatitudinē sic sūt diligendi. Un̄ Aug. Cū3 dico hō malus: duo dī. o. s. hō: ꝛ malus. inquātū hō est diligēdus. inquātū3 malus est odiend⁹. Et iō licet maloꝝ hoim malicia sit odienda: ipsa tñ natura possibilis beatificari est diligenda. Et iō dicit dn̄s Matha. v. Diligite inimicos vestros: et bn̄facite his q̄ oderūt vos. ꝛ orate p ꝑsequētib⁹ ꝛ calūniātibus vos. Sed diceres quō debeo diligere ꝓximū3. R̄ndet̄ scd̄m ꝙ habet̄ Math. vij. Omnia quecūq3 vultis vt vob faciāt hoies et vos facite illis. Itē illud Thobie. iiij. Qd ab alijs oderis tibi fieri: ne tu alijs feceris.

Quantū ad tertiā partē sciendū ꝙ oēs homines debent hodie sanctū bartholomeū3 tanq̄ singularē patronū inuocare in oib⁹ infirmitatib⁹ ꝛ necessitatib⁹ suis. Et primo q̄ patiunt̄ febres. Unde q̄dā adolescēs cū nimio febris feruore ꝛ solutōne ac vomitu iā morti ꝓximi⁹ esset postulauit sanitate3 a btō bartholomeo: q̄ statim san⁹ effectus est ꝛ recessit valēs. Itē quedā mulier cū nimia febre añ corpus ap̄li se proijciens postulabat miam dei: q̄ intercessione sācti bartholomei sana recessit grās agens deo. Itē succurrit virginib⁹ febricitātib⁹. Un̄ q̄dam sanctimonialis q̄ laborabat nimio febris calore et g̃uē dolorē capitis patiebat̄ p longū tēpus: ꝛ vnū brachiū lesu3 hēbat ita vt illud nō valeret ad os ꝑducere. ꝛ iacuit añ pedes ap̄li: et de oib⁹ sana recessit grās agēs deo. Itē q̄ patiunt̄ dolorē oculoꝝ. vn̄ q̄da3 clericus cuius vnū oculu3 infirmitas longo tp̄e fecerat egrotare p orōne3 sctī bartholomei ap̄li statim sanitatē recepit. ita vt nulla in eodē oculo macula remaneret. Itē q̄dā sctimonialis femīna hn̄s oculos lippos veniēs ad sepulcrū btī bartholomei ip̄m deuote implorauit et statim sanata est. Ite3 quedā mulier pre oculoꝝ dolore excecata est: q̄ ducta ad sepulcrum beati Bartholomei: et ibi aliqualiter diu iacens et ipsum deuote inuocās sanata

est et illũiata et sine dolore recessit. Itẽ pali
tici debẽt ipm inuocare. Unñ qdaz puella q̃
lõgo tpe fuerat palitica: ⁊ mẽbris oĩbus dis
soluta ꝑiecta est añ corpꝰ apli bartholomei
cui diuina gr̃a p̃ merita ipsius bartholomei
apli ita integerrimã prestitit sanitatẽ: vt nec
signũ p̃stine infirmitatis in ea repiri posset:
sz valens ac leta recessit exultãs ⁊ laudãs deũ.
Itẽ sctũs bartholomeꝰ habet ptãtes super
demones. vñ p̃cepit demoni dicẽs. Cõtrere
immũde spũs istos hoĩes q̃ hic in templo ia
cent infirmi q̃s eos lesist. Rñdit demon. prin
ceps nr̃ diabolus ipe nos mittit ad hoĩes
vt ledamꝰ. pmo carnẽ eoꝝ: qz in aĩas eorũ
nõ possumus habere ptãtem nisi sacrificaue
rint. ac vbi ꝑ salute corporis nobis sacrificaue
rint cessamus nocere eis. qz tunc in aĩas eo
rũ habere incipimꝰ ptãtes. Iã ergo p hoc q̃
ab eoꝝ lesione cessamꝰ videmur curare eos ⁊
colimur q̃si dij cum ꝑ certo simꝰ demones.
et nihil possumꝰ nobis aut aliis ꝓdesse. sed
semp q̃rimꝰ hoĩbꝰ obesse. Itẽ legit q̃ sctũs
bartholomeꝰ longo tpe orauit p quodã po
pulo et illi nõ se emẽdauerũt. tunc dei iusti
cia pmisit vt a paganis q̃si oẽs fuerunt dele
ti. et sctũs bartholomeꝰ apparuit cuidã ꝑso
ne deuote dicẽs. Per lõga annoꝝ tpa ꝑ hoc
pplo deũ depcatꝰ sum: ⁊ meis precibꝰ con
sensit deus q̃ vsq; nunc pstiterunt in pace ⁊
securi: sed qz mul'tiplicata sunt mala: ⁊ nulla
subsecuta est illiꝰ ppli emendatio. iõ iã vltra
non potui impetrare a deo libationẽ vlterio
rem. ideo omnes quasi perierunt.

De natiuitate gl'iose v̓ginis marie ser. xxiiij.

Sapiẽtia edifica

uit sibi domũ. Prouer. ix. Sapi
ens dei filiꝰ p susceptionẽ hũane
carnis habitare nobiscũ nullã domũ specia
lez inuenire poterat q̃ tm̃ ac talẽ habitatorẽ
digna recipe eẽt. et ideo oportuit vt ipaz de
nouo edificaret. Ista domꝰ est btã virgo ma
ria q̃ hodie nata est. de q̃ dr̃ Eccl. xxiiij. Qui
creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et
q̃uis tota trinitas istaz domũ edificauerat:
pr̃ tñ ⁊ spũssctũs edificauerũt eã filio. filius
aũt q̃ est dei sapiẽtia edificauit eaz sibi. ideo
dicit. sapiã edi. si. do. Unñ in p̃senti sermone
ad honorẽ gloriose v̓ginis tria sunt dicẽda.
Primo q̃re hoc festũ est a nob solẽniter cele
brandũ. Secũdo aliq̃ ꝑ informatione nr̃a.
Tertio aliq̃ miracla. Quãtũ ad pmã partẽ
illiꝰ sermonis est sciendũ q̃ hoc festũ natiui
tatis v̓ginis marie solẽniter ⁊ deuote ⁊ letã
ter est ab omnibus xp̃ifidelibus celebrãdũ.
Primo ꝓpter ipaz btãz v̓ginẽ mariã. qz sicut
corde diligimꝰ gaudebimꝰ vtiq; qz hodie na
ta est q̃ est mr̃ nr̃a ⁊ dñã ãgeloꝝ. et iõ eccl'ia
cantat in introitu misse Gaudeamꝰ oẽs in
dño. Secũdo ꝓpt filiũ: qz sibi reputat eẽ fa
ctũ qcq̃d matri honoris aut seruicij exhibet.
Uicto. in sermone. Quicq̃d gratia eiꝰ offi
ciosissime impẽditur totum deo attribuitur.
Unñ etiã Bern. omel. iiij. sup euãgelio Missus est. Non est dubiũ quicq̃d in laudibꝰ ma
tris ꝓferimꝰ ad filiũ ptinere. et rursuz cum fi
liũ honoramꝰ a laudibus matris nõ recedi
mus. Unñ etiã Damas. Honor qui ad ipsam
est ad deũ q̃ ex ipa incarnatꝰ est reducit. Cas
sio. O maria tu patrona hũani generis tu af
flictis reis medicina singlaris. Quis nõ tuo
egebit munere cũ peccare sit cõmune. Bern.
Nõ sunt tot hũane necessitates que in btã
v̓gine maria efficaces subuẽtiões. Idẽ. Ta
ceat q̃ btãz virginẽ mariã inuocauit et nõ ex
auditꝰ sit. Tertio ꝓpter nostrã ꝓpriã vtilita
tẽ. Nã multũ vtile ⁊ fructuosuz est nobis ho
norare btãm virginẽ mariã ⁊ eã diligere ⁊ ei
fideliter seruire. vñ Bern. O felix maria q̃ te
diligit deũ honorat. q̃ tibi seruit deũ reficit.
q̃ tibi adheret a deo nunq̃ derelinquetur. q̃
nomẽ tuũ puro corde inuocat q̃cq̃d postulat
indubitãter cõsequetur. Itẽ sciẽdũ q̃ tres
natiuitates in anno eccl'ia solemnizat. s. natiui
tatẽ xp̃i. marie. et iohis baptiste. Nec imeri
to. Xp̃s enĩ plenꝰ fuit gr̃a in cõceptu et ortu
et dñs oim graz. de quo dr̃ Iohis. i. Plenũ
gr̃e ⁊ v̓itatis. Iohes baptista i suo ortu fuit
plenꝰ gr̃a ⁊ nunciꝰ gr̃e. Luce. i. Spũsancto
replebit adhuc ex vtero matris sue. Maria
hodie nata est in gr̃a: ⁊ est mr̃ ⁊ distributrix
gr̃e. Unde Eccle. xxiiij. In me oĩs gr̃a. Unñ
Bern. Non decuit mariã cõmunes gratias
habere nec paucas: sed quicq̃d sũmus: q̃cq̃d
altissimũ fuit in gr̃a. hoc tota abundantissi
me possidebat. Unde iterũ Bern. Ego puto
q̃ copiosior sanctificatõis benedictio q̃ in
alios ab vtero sanctificatos in eam descen
derit: que nõ solum ipsius ortum sanctifica
ret sed etiã eius vitã deinceps immunem ab
omni peccato conseruaret: quod alteri nemi
ni in natis mulierum creditur esse donatum

Uñ sciēdū ꝙ btā ꝟgo altioꝛ est celsꝰ hoībus
ꝙ canit̄ de ea. Uirgo singlaris inter oēs mit̄
Et ī hiis tribꝰ nec ꝑmā silēm visa ē hr̄e nec se
quētē s. ꝓpter grāꝝ plenitudinē. ꝟtutū pul-
chritudinē. meritoꝝ multitudinē. Sʒ et quo
hodie solēniter in toto mūdo festū natiuita-
tis ꝟginis marie celebrat̄. Tūc ꝑncipalit̄ di-
cendū est quō cōcepta est et nata sit. et hanc
histoꝛiā q̄re asi in festo cōceptōis gl'iose vir-
ginis. sermōe. v. pte. i. Itē sciēdū ꝙ festū na
tiuitatis virginis marie est festū valde gau-
diosum. Nam tota trinitas gaudet de nati-
uitate virginis marie. Pater gaudet qꝛ inuē-
ta est puella fidelis cui cōmitteret thesaurū
suū. s. filiū vnigenitū. Itē filiꝰ gaudet qꝛ lon
go tp̄e anhelabat tale mr̄em hr̄e. Ip̄a enī ē
maxima et dignissima mr̄. qꝛ maioꝛē matrē
deus facere nō potuit. vñ Berñ. Nec ením de-
cebat dñi mr̄em esse ꝙ̄ ꝟginē. nec ꝟginis filī
um aliū ꝙ̄ deū. Itē gaudet spūssanctꝰ, de tā
mūdo receptaculo ī qō descēdere deberet et
obūbrare. in quo nullā resistentiā vel inquie-
tudinē hēret. Itē angeli in celo gaudēt de oꝛ
tu virginis. vñ cantat̄ hodie in ꝑncipio mis-
se. De cuiꝰ natiuitate gaudēt āgeli et collau
dant filiū dei. Et merito qꝛ hodie regina an-
geloꝝ nata est. Nam a ꝑncipio creatōis āgeli
regē hūerūt. sed reginā nō hūerūt. Sed ho-
die regina oꝛta est. et nata de scā āna Item
sancti pr̄es erāntes in lymbo gauisi sunt ho-
die qꝛ nata est illa que poꝛtare debuit pugi-
lem eoꝝ et liberatoꝛē. Lu. i. Uisitauit et fecit
redēptōem plebi sue isrl̄. Item hodie debēt
gaudere oēs hoīes in toto mundo existentes
qꝛ hodie nata est mr̄ oim iustoꝝ. q̄ dr̄ mater
grē. et etiā oim pctōꝝ. q̄ dr̄ mr̄ mie. Et in si-
gnū huiꝰ quotidie inuocamus eā dicentes.
Salue regina mr̄ mie. Ip̄a enī ꝑt scit ꝛ valt
nos iuuare. Berñ. Nō enī deest ei ptās quia
mr̄ est oipotentie. nec volūtas qꝛ mr̄ est mie.
nec impetrādi industria. qꝛ mr̄ est sapientie.
Qꝛ aūt btā ꝟgo maria sit potētissima hoc ꝑ
batur ꝑmo qꝛ hʒ ptātē sup filiū suū ihm xpꝫ
ꝓpter mr̄ne auctoritatis imperiū. qō nulla a-
lia creatura habuit. nec etiā hebit. vñ dicitur
Lu. ij. Et ip̄e erat subditus illis. Berñ. Quis
quibꝰ deus hoībus. Itē hʒ ptātē et dr̄atur
potenter in celo qꝛ quicq̄d petit impetrat. et
ip̄a quotidie ex materna sollicitudine ꝑ no-
bis fideliter oꝛat. Et sinn ē credendū est. ꝙ
quicq̄d petierit mr̄ a filio si o ꝙ hoc s. hi re-
spondeat qō salomon respōdebat mr̄i sue di
cens. Pete a me mater qō vis neq; enī ꝓbas
est vt auertā faciē meam a te. Item dr̄at̄ in
iñ ferno. qꝛ demones arcet et refrenat ne pos
sint nocere famulis et famulabus suis. quia
ip̄i demones nō solū timēt eam sed etiaʒ vo-
men ip̄ius ꝟginis marie qō nullo mō possūt
audire nec ꝑmanere vbi deuote et plena vo-
ce hoc nomē maria nōiatur. Uñ Berñ. Flu-
unt et pereunt sicut cera a facie ignis demones
vbicūq; inuenerint crebrā huius nōis inuo-
catōem. Itē dr̄atur in purgatorio dū mul-
tas aīas meritis suis ab ip̄is penis liberat.
vñ legit̄ de scō Bernardo. ꝙ ip̄e tribus vi-
cibus vidit descēdere btām ꝟginē mariaʒ in
purgatoriū cū luce magna et cuʒ venisset ad
ostiū purgatoꝛij. oēs aīe ꝗ deꝰtuꝫ q̄ erant ibi
clamabāt. O regina celi et mr̄ dei libera nos
et cū egrederetur sp̄ educebat magnā multi-
tudinē aiarū. Itē dr̄at in terra qꝛ nullꝰ pec-
catoꝛ excipit̄ quin oēs ad suam miaʒ ire pos
sint. Nam cū oēs scī et angeli dereliquunt
peccatoꝛē. ip̄a tñ nō derelinq̄t nec vnq; dere
linquet aliquē pctōꝛē qui ad ip̄am cōfugiet
vñ Ansel. Maria tu pctōꝛem toti mūdo de-
spectū nimio affectu amplecteris nec deseris cū
quousq; deus ꝑ te placatus sibi ip̄m sue gratie re
formabit. Circa qō sciēdū ꝙ quidā peccato-
res peccāt ꝑ infirmitatem et illis aperit sinū
sue potentie. quia dat illis virtutem resisten
di. Item aliq̄ peccant ꝑ ignoꝛantiam et illis
aperit sinū sue sapiētie et dat eis ꝟtutes reco-
gnoscēdi. etiā aliq̄ peccāt ꝑ certā maliciā ꝛ ill'
aperit sinum sue mie. quia dat eis gratiaʒ
penitēdi. vñ Berñ. Maria mater mie sinuʒ
oibꝰ aperit vt de plenitudine ip̄ius accipiāt
vniuersi. captiuus redemptōem. eger curatō
nem. tristis cōsolatōem. tepidꝰ cōfoꝛtatōem
peccatoꝛ veniā. iustus grām. angelus letiā
filij ꝑsona carnis hūane substātiā. tota trini
tas grām. Quātū ad scdam ptē illius sermo
nis est sciēdū. ꝙ post xp̄m ad nullū scōꝝ tā-
tam cōfidentiā hr̄e debemus sicut ad beatā
ꝟginē mariā que ē mr̄ oim nr̄m et sola plus
pōt ap̄ud deū impetrare ꝙ̄ omēs scī in celo
vñ Berñ. Data est tibi oīs ptās in celo ꝛ in
terra. vt oia q̄cūq; volueris valeas ip̄etrare
Ex quibus ptꝫ ꝙ eius ptās est tanta ꝙ oibꝰ
hoibus nobilibus et ignobilibus ciuibꝰ ru
sticis viris et mulieribus filiis et filiabus fa
mulis et famulabus pōt subuenire cum eaʒ

deuote implorant. Etiam oib⁹ temporibus in hyeme. in estate. de sero. de mane. in meridie in media nocte pōt succurrere eam inuocantibus. Etiā in omni loco in campis. in aquis. in domo. in foro. in mensa. in lecto. pōt subuenire. Etiā in oibus causis. in paupertate. in tristitia. in persecutione. in infirmitate. in temptatōibus varijs. et in oib⁹ necessitatib⁹. vn̄ Bern̄. Loq̄re dn̄a et audit filius tu⁹ et q̄cunq₃ petieris impetrabis. vn̄ etiā Anshel. Ab initio renouatōis hūane oibus sub tuū p̄sidium cōfugientib⁹ hucusq₃ succurristi et idcirco p omni creatura omni laude dignissima dici et esse meruisti. Itē ex dictis Bern̄. elicit q̄ nū q̄ aliquis hoim cuiuscūq₃ status fuerit q̄ deuote et cōfidēter btām mariā virginē inuocauerit ab initio x̄piānitatis vsq₃ hodie semper ei succurrit. vn̄ Bern̄. Sileat tuā miam btā virgo maria qui te inuocatā in necessitatib⁹ suis sibi meminerit defuisse. Etiā ex dictis sctī Anshel. elici pōt q̄ nūq̄ aliquis famulorum vel famularum q̄ deuote eā inuocauerit et fideliter seruierit virgini marie damnat⁹ est nec damnari pōt. vn̄ Anshel. O beatissima v̄go maria oīa ad te cōuersus et reduct⁹ impossibile est vt peat. vn̄ oēs hoies quotidie inuocare debēt v̄ginē mariā dicētes. Mōstra te esse mrēm sumat p te pre. q̄ p no. na. tu. cē t. Vn̄ Bern̄. O mr̄ dei et hois. o mater rei et iudicis. o mater regis et exulis. cū sis mr̄ vtriusq₃ nō decet vt inter filios esse discordiā permittas. Et sciēdū q̄ v̄go gloriosa iureiurando tenetur nob subuenire et si nō faceret tūc iniuste ageret. De hoc q̄re in discipulo de tēpore. ser. clxi. B. Quātū ad tertiā ptē illi⁹ sermonis est sciendū q̄ beata v̄go maria p̄t oibus hoibus subuenire eā deuote inuocantibus in omni loco in omni tpe in oibus necessitatib⁹. Et p̄mo illis q̄ patiunt̄ infirmitates et plagas in mēbris suis. et hoc ostēditur in illo maledico. quē sicut ignis inuasit pp̄t maledictōes suas quē btā v̄go et sctū ypolit⁹ sanauerūt. Hoc q̄re in pmptuario beate marie v̄ginis. xxxv. Etiā in periculo maris. Exemplū de illo qui cecidit inter duas naues in pfundū maris. et hoc q̄re ibidē. xxxix. Itē in periculo tempestatū fulgurū et tonitruorū. Exemplū de hoc q̄re ibidē. xl. Etiā mulieres in ptu laborātes debēt eā p antiphonā. Salue regina inuocare. Exēplū de muliere q̄ septē dibus laborauit in ptu et sctūs Franciscus et beata v̄go subuenerūt ei. hoc q̄re ibidem xli. Ultimo sciendū q̄ multū vtile est in qlibet ciuitate habere ecclesiā in honore btē virginis dedicatā et etiā in villis. qr beata v̄go maria est singularis ptectrix illius ciuitatis aut ville. Exemplū de illa ciuitate q̄ erat obsessa ab inimicis. et beate v̄ginis imago eā liberauit ab hostibus. quere ibidē. lxxxiij.

De exaltatione sancte crucis. Ser. xxxv.

I exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipm̄. Joh. xij.

Sicut inuenit̄ grauitas in rebus p quā descēdūt res in terra. et leuitas p quā ascendūt. res in igne. Sic in aliquib⁹ hoib⁹ est supbia q̄ facit cor grossum et pōderosum et fac descēdere. Jux̄ illud Lu. xviij. Oīa q̄ se exaltat humiliabit. qr igitur lignū sctē crucis sic erat humiliatū in hoc q̄ erat suppliciū latronū ita fuit valde exaltatū in passiōe in hoc q̄ membris x̄pi tanq̄ ex margaritis ornatū fuit. Et hodierno die in hoc q̄ Heracli⁹ imperator p ip̄am crucē de hostibus gliose triūphauit In p̄missis igitur v̄bis duo tangunt. Primū est exaltatio sctē crucis. cū dr̄. Si exaltatus fuero. Scdm est vtilitas passionis. cū subiūgitur. oīa trahā ad meip̄m. vn̄ in pn̄ti sermone tria sunt dicēda. Primo de exaltatione sctē crucis. Scdo aliq̄ p informatione nostra. Tertio aliq̄ miracula p nr̄a cōsolatione. Quātū ad p̄mā ptem est sciendū q̄ celebrando sctē crucis exaltatōem p osequēs recolimus dn̄icā passionē vn̄ canit̄. Tuā crucē adoramus dn̄e tuā glo. re. pas. Vn̄ sanctus Tho. in. iij. pte. q. xxv. arti. vi. Crux x̄pi p̄t adorari adoratiōe latrie qr crux x̄pi sanguine pfusa est v̄a imago crucifixi expāsi. et eiusdē imago est etiā lignū quodcūq₃ ad modū crucis formatū. Circa ip̄am exaltatōem sancte crucis est sciendū q̄ crux christi p̄n o exaltata est in die p̄asceues quādo x̄ps in ligno crucis suspensus fuit. Sed quereres quare x̄ps in ligno crucis mori voluit. Rn̄detur vt mala ade restitueret. Adam em̄ cōtra mandatū dei pomum ligni vetiti comedebat. et iō conueniens fuit q̄ x̄ps ad satisfaciēdū p illo peccato seip̄m pateret̄ ligno affigi vt sic restitueret q̄d adā abstulerat. Jux̄ illud ps. lxviij. Que nō rapui tūc exsoluebā Aug. Cētēp[?] l t adam p̄ceptū accipiēs ex arbore pomū a sed q̄cquid adā amisit x̄ps inuenit. Scdo exalta. a ē s. c ho

die festū exaltatōis celebramꝰ. Pro quo sciē
dū q ppter magnā victoriā et insigne mira
culū qd deꝰ ostēdit p sanctā crucē: festū illud
ab ecclesia celebrat̄ ⁊ exaltatio sctē crucis ap
pellat̄. qz tali die fides multum fuit exaltata.
Vn̄ legit̄ q anno dn̄i. dcxv. pmittēte deo fla
gellari ppl'm suū p paganos. cosdras rex p'
sarū oīa regna sibi subiugauit. Hierl'm autē
veniēs ptē sctē crucis quā sctā helena ibi re
liqt asportauit. Volēs aūt ab hoībus hono
rari vt deꝰ turrim ex auro ⁊ argento inter lu
cētibꝰ gēmis fecit: ⁊ ibidē solis ⁊ lune ⁊ stel
larū imagines collocauit: ⁊ sic in throno re
sidēs tanq̄ deꝰ pr̄ lignū sctē crucis sibi a dex
tris posuit loco filij: ⁊ gallum a sinistris loco
spūssancti. ⁊ sic se qsi deū adorari pcepit. Tūc
heraclius impator exercitū collegit: et cōtra
filiū cosdre iuxta danubiū flumen dimicatu
rus aduenit. Tandē vtriqz exercitui placuit
vt ipsi soli supra pontē cōuenirēt: et q victor
existeret ipe sine dāno vtriusqz exercitꝰ impe
riū vsurparet. hic heracliꝰ se totū deo ꝯtulit
et se signo sctē crucis deuotōe q potuit ꝯmē
dauit. Ambobꝰ itaqz ꝯflictū intrantibꝰ he
raclio dn̄s victoriā tribuit: et cūctū exercitū
suo imperio subiugauit. adeo q totꝰ ppl's
cosdre sacrū baptisma suscepit. Tūc heracli
us ad cosdrā puenit ⁊ in throno aureo eū re
periēs dixit. Quia lignū sctē crucis scdʒ mo
dulū tuū honorasti. si fidē xp̄i recipies vitā
et regnū ꝯseruabis. sin aūt te gladio meo peri
mā. Cū aūt acqescere noluit ipm̄ decollauit
et filiū suū decē annoꝝ quē cū ipo repit bap
tizauit ⁊ regnū paternū ei dimisit. Turrim
vo destruēs aurū ⁊ argētū ad ecclias repan
das destinauit. Sanctā igr̄ crucē accipiēs
ierl'm reportauit. Cū autē de monte oliueti
descēdēs p portā quā dn̄s passurꝰ intraue
rat in equo regio ⁊ ornamētis ipialibꝰ in
gredi vellet repēte lapides porte descēderūt
et inuicē qsi vnꝰ paries se clauserūt sup quo
cūctis stupētibꝰ angelꝰ dn̄i signū crucis in
manibꝰ tenēs sup portā apparuit dicēs. Cū
rex celoꝝ ad passionē p hāc portā igredi vel
let nō cultu regio: sʒ humili asello ingrediēs
exēplū suis cultoribꝰ dereliqt. ⁊ his dictis an
gelus dn̄i recessit. Tunc impator lacrimatꝰ
seipm̄ discalciauit ⁊ vestimēta vsqz ad cami
siā exuit: ⁊ crucē dn̄i accipiēs vsqz ad portā
dn̄i humilr̄ baiulabat. Moxqz murꝰ se cō
nisse apuit ⁊ liberū pstitit impatori ingressū.
Rex aūt deuotissimꝰ in huiꝰ crucis laudē p
rupit dicēs. O crux splēdidior cūctis astris
mūdo celebris hoībꝰ multū amabilis: q sola
fuisti digna portare pciū mūdi salua psitē ca
teruā in tuis hodie laudibꝰ ꝯgregatā tuo ve
xillo signatā. Sicqz pciosa crux in suo loco
restituit̄ ⁊ statī paralitici q̄tuor curant̄. lepro
si. x. mūdant̄. ceci. xv. illuminant̄. demōes effu
gant̄. ⁊ a varijs languoribꝰ plurimi liberāt̄.
et sic ipator ecclias reparās ad ppria remea
uit. Tertio quotidie exaltat̄ in ecclijs. et hoc
in memoriā ihū xp̄i crucifixi. Habemus eīn
triplex memoriale passionis xp̄i. Primo in
visu sic fit i imagibꝰ crucifixi: vbi passio xp̄i
figurat̄. ⁊ etiā i imagibꝰ sctōꝝ vbi vita scōꝝ
simplicibꝰ declarat̄. vn̄ dr̄ i decre. Imagies
sctōꝝ ⁊ picture sūt libri laycoꝝ ⁊ scripture. de
cōse. dis. iij. platū. Secūdo in auditu: vt qn̄
passio xp̄i pdicat̄. vn̄ qlibʒ pdicator dʒ cona
ri vt i quolibet sermōe faciat aliquā mētōem
de passiōe xp̄i. Tertio i gustu: vt i sacro alta
ris. vn̄ cū qs sumit sacrm̄ hoc dʒ fieri cū mēo
ria passionis xp̄i. Vn̄ ipe xp̄s dixit discipulis
hoc facite i meā ꝯmēorationē. Quarto crux
xp̄i exaltabit̄ i extremo iudicio. qz malis ibi
erit in testimoniū sue dānatōis. vn̄ tūc xp̄s
sanguinē suū a malis hoībꝰ reqret scdm̄ Cri
so. dicēs. Ego ppter vos hō factꝰ sum; ppt̄
vos alligatꝰ ⁊ illusus cesus ⁊ crucifixꝰ. vbi ē
tātaꝝ iniuriaꝝ meaꝝ fructꝰ? Ecce pciū sanguis
mei quē dedi i remissionē aīaꝝ vr̄aꝝ. vbi ē
seruitꝰ vr̄a quā mihi p precio sanguinis mei
dedistis? Erit et bonis i saluatōis signū. vn̄
Criso. super Math. Crux ⁊ cicatrices xp̄i ra
dijs solis erūt lucidiores. Vide g̃ q̄ta sit vir
tus crucis xp̄i cū sol obscurabit̄ ⁊ luna nō da
bit lucē suā. vt discas quō crux luna lucidior
et sole clarior erit in iudicio ad bonoꝝ ꝯsola
tiōem. Quātū ad secūda ptē istiꝰ sermōis p
nr̄a iformatōe ē sciēdū q p signū crucis de
bemꝰ vincere tēptatōes diaboli. Vn̄ hic qri
tur vn̄ occasione demon nos tēptādi sūpsit.
Rn̄det Cassianꝰ in collatōibꝰ ex inuidia. Cū
ppt̄ supbiā de celo detrusus fuisset ⁊ cogno
sceret hoīes in locū quē pdidit puenturos sti
mulatꝰ inuidia hoīes tēptauit. Sic adhuc
eadē de cā tēptat nos quotidie vt ipediat
nos i nr̄a salute. Etiā qrit̄ vtrū possint tēpta
re qn̄ voluerint. Rn̄det ibidē q nō. vt pʒ de
Iob quē sathanas nō potuit tēptare nisi li
cētiatꝰ. imo nec demōes potuerūt intrare por
cos nisi xp̄o annuēte. vt hēt Mar. v. Etiā qri
tur vtrū tantā vim hn̄t demones tēptādi si

ent olim. Rñdet ib dē q nō. Olim paucissi
mi i heremo cōmorari poterāt nimia feroci-
tate demonū deterriti. etiā cū int̄ dece quos
dā vicissim vigilare et orare oportet ꝓpt̄ vi-
sibilia fantasmata demonū. Sꝫ iā ꝓpt̄ dili
gentiaꝫ hoim aut ꝓpter crucē in ecclia lati⁹
ꝑdicatā min⁹ infestant. Etiā q̄rit̄ vtrū demo
nes de ꝯflictu dolorē reportēt. Rñdet q sic.
Nā victi ꝯfundunt̄. Iere. xvij. Cōfundant̄
q̄ me ꝑsequunt̄ ⁊ nō ꝯfundar ego. Etiā q̄ri
tur vtrū demon semel supat⁹ denuo tēptet.
Rñdet scđm btm̄ tho. pte. i. q. xiiij. Quidaꝫ
dicūt q demō semel supat⁹ nullū hoiem de
cetero tēptare pōt: nec de eodem nec de alio
peccato. Quidā aūt dicunt q pōt aliū tēpta
re sed nō eundē. et hoc ꝓbabiliter dr̄ si tn̄ in
telligat̄ vsq ad aliqđ tpūs. Vñ Luce. iiij. dr̄
Et cōsūmata oīm tēptatione diabolus re-
cessit a xp̄o vsq ad tpūs. Quō aūt diabol⁹
tēptat nos quottidie ꝯtinue ⁊ multipliciter
hoc quere in prōptuario infra vbi machari⁹
diabolū vidit cū vasculis. xiiij. T. Quantū
ad tertiā ptē isti⁹ sermonis est sciendū q q̄li
bet ꝑtereundo crucifixū debet reuerētiā exhi
bere ipi xp̄o q̄ mortu⁹ est in cruce ꝓ eo. Et q̄
cunq procurat aliqđ crucifixum in publica
strata seu ecclesia. ⁊ quotienscūq a quolibet
hoie pretereunte reuerentia exhibetur xp̄o a
quolibet hoie hēbit spālez ꝑticipationē in
pn̄ti vita si est in grā et i futuro spāle acadē
tale gaudiū si erit in gloria. Etiā sciēdū q
laudabile est habere crucifixū circa lectū vel
circa mensam: vt cū qs inspiciat crucif. xū me-
morēt dn̄i nr̄i passionē ⁊ imaginē beate ma
rie virginis vel apostoli tui vel sancti frācisci
vel barbare. Et sciendū q q̄ñcunq qs inspi
cit crucifixū tūc debet tria ꝯsiderare. Primo
q xp̄s habet i cruce caput inclinatū ad oscu
landū in signū q optat reconciliari cū pecca
tore si peccōr cupit ex corde recōciliarī. Se
cūdo q hꝫ ambas man⁹ extēsas ad āplexan
dū. sicut mr̄ amplectat̄ filiū. sic xp̄s patus ē
amplexari peccōrē cū brachijs mie sue. ⁊ sibi
omnia peccā sua indulgere si ex co. de peniteat
cū fecisse ⁊ ampli⁹ nō velit mortalit̄ peccare
cū diuino adiutorio. Tertio ambos pedes
cruci affixos. in signū q vult secū manere: ⁊
nunq̄ ab illo hoie recedere nisi ipe prius re-
cedat ab eo nec eū ꝯtēnere nisi prius cōtēnat
ipm̄. ergo ihs xp̄s dr̄ emanuel. qđ interpre
tatur nobiscū de⁹. Qđ aūt xp̄o valde placet
cū qs orat pretereundo crucifixū in publica
strata vnū pr̄ nr̄ ⁊ aue maria. Hec ꝯstat fuit
viso latrone q̄ orauit vnū pr̄ nr̄ añ crucifixū:
et sic saluat⁹ est. Hec q̄re in discipulo de tpe
sermone. xlix. K. Et sciendū q diabolꝰ vin-
citur p scē crucis signū. Sicut de sancta iu
stina legit̄ quaꝫ diabol⁹ valde impugnauit
prauis cogitatōib⁹ ⁊ ipa scā virgo in se re-
uersa ꝯtinuo se signo sancte crucis muniuit
et diabol⁹ fugit: ⁊ ab oīm tēptatione statim
liberata est. Etiā de eadē legit̄: q diabolus
semel in specie pulcerrimi iuuenis se trans-
figurauit thalamū eius ingrediens cum ipa
in lecto suo esset: et ipse in lectum eius impu
denter insiliit ⁊ in ei⁹ amplexū ruere voluit.
qđ videns scā iustina: ⁊ adesse intelligens
diabolū mox signuꝫ crucis edidit. et statim
diabolus euanuit. Etiā legit̄ de eadē q no-
bilis quidā eā in vxoreꝫ habere desiderauit.
Et cyprianū necromanticū rogauit vt eaꝫ si
bi in vxorē ordinaret. Et ipse cyprian⁹ misit
ad eā diuersos demones: ⁊ ipa virgo sancta
p signū sancte crucis omēs supauit. Quere
hoc infra in promptuario. exemplo. xxix. C.
Ultimo sciendū q opa nr̄a omnia debem⁹
facere cū signo scē crucis: de mane ⁊ de se-
ro. et etiā in comedendo ⁊ bibendo. Exem-
pluꝫ de virgine q̄ comedit lactucā in orto si-
ne signo sancte crucis. ⁊ etiā de cōuerso q̄ bi
bit vinuꝫ in ciuitate sine signo sancte crucis.
Ista exempla habētur in dialogo Gregorij
et quere ea infra in promptuario. xl. C.

De sancto Matheo aplo. Sermo. xxvi.

Uidit ihūs hoiez

sedentem in theloneo Matheum
nomine: ⁊ ait illi. sequere me. et sur
gens secutus est euꝫ. Ita scribit̄ Math. ix.
Et in istātis festiuitatis euan. sicut aliqs in
firmus sanari desiderat oportet vt infirmi-
tatē suā medico apiat: ⁊ vt medic⁹ circa ipm̄
diligentem curā adhibeat. et vt ipe sanatus
sanitatez suaꝫ per signa euidentia ostendat.
ista tria notant̄ in verbis premissis. Primo
ponitur species infirmitatis ex parte egroti.
cū dicit̄. Uidit ihs hoiez sedentē i theloneo
matheū noie. Secūdo ponit̄ modus curatōis
ex pte medici cū dr̄: seq̄re me. Tertio ponit̄
ostēsio curationis ex pte sanati cū dr̄. Et sur-
gēs secutus est eū. Vñ in p̄senti sermone ad
honorem sancti Mathei tria sunt dicenda.

partu et angeli custodiant solicite matrē cū
fetu. Et mulier pregnans infra missam debꝫ
deuote inuocare beatam virginem mariam
matrem christi ꝙ impetret sibi a filio suo do
mino nostro ihesu xp̄o vt letificetur in partu
sicut ipsa fuit letificata quando pepit filiū su-
um. et non credere in litteram que nominat̃
longitudo christi et ad supstitiōes vetulaꝝ
circa parturientes. Undecimus fructus ē se-
cundū Ambro. Quicquid homo illa die co-
medit plus cōuenit sue nature post auditio-
nem misse q̄ ante. Ergo laudabilis consuetu
do est non comedere nisi audita missa. Insu
per ꝓsperabitur illa die in labore in artificio.
in emptionibus. in peregrinationibus. et dñs
confortat eum in corpe et in anima. et neces
saria vite habebit. nec erit pauperior anno elap
so. etiam si quotidie audiuit missam. Uñ
Math. vi. Primum querite regnum dei et
iustitiam eius. et hec omnia adiicientur vob
scit eñi pater vester ꝛc. Exemplum de duob⁹
sutoribus. quoꝝ vnus quotidie audiuit mis-
saꝫ et satis habuit cum vxore et pueris. et a-
lius raro audiuit missam et laborauit in die
bus festiuis et tamen semp in egestate vixit
cum sola vxore. et nullum puerū habuit. et se
per in debitis fuit. Duodecimus fruct⁹ si cō-
tingeret te illo die quo missam audiuisti mo
ri. tūc xp̄s p̄sens erit tibi in extremis. et vult
tibi astare sicut tu p̄sens fuisti et sibi astitisti
missam audiendo. Lu. vi. Eadem mensura.
ꝛc. Insup si illo die quo missam audiuisti i-
cideres piculum vite tue: tunc securior eris et
deus misericorditer de manibus inimicorū
te psequentiū eripiet. hoc fiducialiter spera-
re debes. Utrum quilibet quotidie teneat̃ au
dire vnam missaꝫ: Rñdetur scđm Host. Die
dominico quilibet tenetur ex p̄cepto audire
vnā missam etiam totam ita ꝙ accipiat bñ-
dictōem de manu sacerdotis. vt habetur de
conse. di. i. Missas. Nisi excusetur magna ne
cessitate. vt habetur in decre. s dicto. c. Mis-
sas. Hoc illi deberent attendere qui stant in
cemiterio vel sedent in taberna infra missam
et qñ audiunt pulsum ad eleuatiōem tūc cur-
runt in ecclesiam et viso corpe xp̄i. statī ecō-
uerso exeunt. et sic qñqꝫ in quattuor septima
nis nunq̄ integram missam aut sermonē au
diunt. Item sciendum ꝙ famule et ancille fi
lij et filie tenent̄ dominica die audire missam
integram. et si dñi eos impedirent sine ratio

nabili causa vel iuberent eos laborare in die festiuo in eos redundaret et in hoc grauiter peccarent. Sed quid de ancillis que de mane infra missam laborant et post prandium ad choream vadunt: R̄ñdetur ꝙ tales tripliciter peccant mortaliter. Primo missaȝ sine causa negligēdo. Scd̄o in die festiuo de mane laborādo. Tertio p⁹ prādiū chorizādo qd̄ pei⁹ ē. Vñ Aug. Melius ē in die dñico arare ꝙ̄ chorizare. et melius est mulierem lanaȝ suam texere ꝙ̄ impudice chorizare. Et ratō ē qꝛ in chorea q̄si omnia peccata mortalia cōmittunt. hoc q̄re in ꝓmptuario. viij. C. Iteȝ queritur et quo tam fructuosum ē audire missam. Utrum melius sit diebus ferialib⁹ manib⁹ laborare aut in ecclesia manere et deuotionibus intendere et elemosinam recipere: R̄ñdetur ꝙ melius est laborare et laborē illum deo offerre. qꝛ homo ad laborem nascit̄ et non licet homini sano mendicare. de cōse. dis. v. Nūquid. Exceptis sacerdotibus et religiosis qui hn̄t diuinis intendere. Vñ fidelibus laboratoribus dr̄ in ps̄. cxxvij. Labores manuū tuarū ꝛc. Item sciendū ꝙ illi laboratores et etiam serui et ancille qui quotidie nō ꝑnt misse interesse. q̄n tales audiūt nolā vel campanam que pulsatur ad eleuatōem corporis xp̄i debent genua sua deuote flectere. et ibi xp̄m qui in missa eleuatur humilit̄ et cū cōtrito corde inuocare: siue sint in campo siue in domo. siue in coquina. siue in quocūꝗ loco in labore. Iteȝ vltimo exemplū quō xp̄us ꝓseruat auditorem misse a ꝓsecutione maloꝝ hoīm qui ꝓsequūtur vitam ip̄ius. Legitur de quodā nobili qui in extrema infirmitate positus docuit suū filiū tria. Primo cauere a mala societate allagās sibi dictū ps̄. xvij. Cum sancto sāctus eris ꝛc. Secundo se debet̄ cōformare alijs hoībus in licitis et hōestis. Allegans illud apostoli. Ro. ij. Gaudere cū gaudētibus ꝛc. Tertio audire missam quotidie. Et post recōmendauit filiū suū domino suo regi. et sic obijt. Erat autem quidā officialis regis qui ex inuidia accusauit illuȝ iuuenem cum regina apud regem. addēs pro signo si offenderet reginam ad fletum. tūc iuuenis fleret cum ea. Et rex candē ꝑcussit reginam ad maxillā in ꝓsentia iuuenis et ip̄a incepit flere et iuuenis fleuit cū ea. Et rex ait officiali. quō interficiam eū cū pater suus mihi euȝ fideliter cōmendauit. Et ille. vocate cemētarios vestros qui sunt in silua. et ꝓcipite ip̄is in secreto ꝙ quicūꝗ cras mane veniet ad eos noīe vestro. ꝙ illū ꝓijciant in fornacē calcis et nulli de hoc dicant. Rex auteȝ summo mane misit iuuenem illū noīe suo ad cementarios. Et cū sic equitaret in silua audiuit pulsare ad missam in capella quadā in silua. et deuiauit a via et audiuit missā illā vsꝗ ad finē. Et alius officialis sequebat̄ eū et ꝑuenit iuuenem dicens cementarijs. Fecistis sicut vobis imperatū est a rege: R̄ñderūt adhuc nō fecimus: sed iam faciemus. et ꝓiecerūt officialem illū in fornacē calcis. et sic verificatū est in illo officiali illud dictū sapiētis. Ecclesia. xxvij. Facienti nequissimū cōsiliū sup ipsum deuoluetur. Rex his auditis vocauit iuuenē secrete et interrogauit ip̄m q̄re ꝑ̄dic fleuissȝ cū regina et quō iam sic deuiasset a via. et indicauit regi ille iuuenis quō pater suus in extremis reliquissȝ sibi illa tria documēta dicēs Mi fili si illa tria seruaueris: corā deo et hominibus saluus eris. Et sic rex intellexit inuidiam et fraudem officialis et innocentiā illius iuuenis et regine. et eū et eam ampli⁹ dilexit. et sic adolescens ille ꝓficiebat corā deo et hoībus. sapientia. etate et gratia. Itē aliō exemplū de illo tyrāno qui equitauit ad cāpum q̄n audiuit pulsare ad missam et nunꝗ̄ vel raro audiuit integram missam vel sermonem. Hoc quere in ꝓmptuario. xvi. M.

Sermones discipuli de sanctis finiunt

Incipit registrum breue huius operis scd'm ordinem alphabeti. effectus specialiores cuiuslibet sermonis breuissime indicãs.

a

Andreas nouem habet priuilegia. sermone secundo parte prima per totum ad longum.

Andreas habet a xp̄o magnam potestatem subueniẽdi homini in quacunqꝫ necessitate ipsum deuote inuocanti. sermone tertio parte tertia vsqꝫ ad finem.

Angelus custodit hominem in vtero. in mũdo et in morte. sermone tricesimoseptimo. parte prima post principium.

Angelus michael habet põderare opera hominũ. Ibidem parte secunda in principio.

Angelus michael habet officiũ. animas scilicet in celum portandi. Ibidem post medium vsqꝫ ad finem.

Angelos honorare tenẽm̃ quattuor de causis. Ibidem parte tertia per totum.

Anime in purgatorio existentes de quattuor generibus hominum conqueruntur. sermone quadragesimoprimo parte tertia.

Animabus in purgatorio existentibus tenemur subuenire propter tria. Ibidem parte prima per totum.

Animabus in purgatorio existentibus quibus suffragijs subueniendum sit. vide Ibidem parte secunda per totum.

b

Bartholomeus apostolus septem habet priuilegia. sermone tricesimotertio parte prima per totum.

Bartholomeus inuocandus est tanq̃ singularis patronus in omnibus infirmitatibꝰ et tribulatõnibus. Ibidem parte tertia per totum.

Beatitudines octo sunt. sermone quadragesimo per totum ad longum.

Blasphemare deum est heu tam commune peccatum. sermone vicesimoquinto. parte secunda per totum.

c

Charitas dei vt sit sufficiens nobis ad saluté debet habere tria. sermone octauo. parte secunda post principium.

Charitatis ordo habet quinqꝫ gradus. sermone. xxxiij. parte secunda statim post principium.

Conceptionem beate marie virginis deuote celebrãtes quinqꝫ vtilitates consequuntur. sermone q̃nto. parte secunda per totum.

Confessio duodecim generibus hominum non valet. sermone decimotertio parte secunda post principium vsqꝫ ad finem.

Chorizare quandoqꝫ est peccatum mortale et quandoqꝫ non. sermone vicesimotertio. parte secunda post principium vsqꝫ ad finem.

Crux xp̄i per multa signa est ostensa ꝛ inuenta. sermone vicesimoprimo parte prima.

Crux xp̄i quadrupliciter exaltata est. sermone tricesimoquinto. parte prima post principium vsqꝫ ad finem.

Crux xp̄i fugat demones. Ibidem parte tertia in fine. Ibidem.

Crucis signo se munire volens tria debet cogitare. sermone vicesimoprimo parte secunda quasi in fine.

Crucis signum facere debemus in omnibus actibus nostris. Ibidem parte tertia.

Crucis signo nos debemus vincere temptationes diaboli. sermone tricesimoq̃nto. parte secunda in principio.

Crucifixi ymago habet caput inclinatum ad osculandũ. Ibidem parte tertia in medio.

Crucifixũ procurare in publica strata est meritorium Ibidem parte tertia in principio.

d

Dedicationis festum est solenniter et deuote celebrandũ ab omnibus xp̄i fidelibꝰ. sermone quadragesimoquinto parte prima in principio.

Dedicationis presentis gaudium representat nobis gaudium futurum in celo. Ibidem post principium.

Dedicationis tempore vel in nouo anno ꝑpuranda est cuilibet homini anus specialis sermone quadragesimoseptimo parte secũda per totum ad longum.

Dedicatões libenter visitare debemus. sermone. xlv. parte prima circa finem.

Demones fugantur per quattuor. sermone vicesimoprimo parte secundã.

Detrahere et detractiones libẽter audire est graue peccatum. sermone vicesimoseptimo. parte secunda ante finem.

Diligere tenemur proximum. sermone tricesimotertio. parte secunda in principio.

Registrum

Explicit registrum breue huius operis.

Incipit prologus in promptuariū. exem-
plorum discipuli scd̄m ordinem alphabeti.

Uile et expedi
ens est viros p̄dicationis of-
ficio p̄ditos proximoꝝ salutē
per terrā discurrendo queren
tes exemplis abundare. Nā
exempla facilius intellectu capiuntur: et fir-
mius memorie imprimunt̄: ꝛ a multis libē-
tius audiuntur. Legimꝰ eñi patrem nostrū
dñicū ordinis predicatoꝝ fundatorē hoc fe
cisse. De eo quidē scribitur ꝙ vbicūq3 cōuer
sabatur edificatorijs effluebat sermonibus:
abundabat exemplis. quibus ad amorē xp̄i
seculi vel contemptū audientiū animos pro-
uocabat. Ideo intēdo diuina gratia assisten
te mihi in hoc volumine qd̄ promptuariū ex
emploꝝ discipuli intitulatur multa exempla
ex diuersis libris colligere. Et illa exēpla po
nere scd̄m ordinē alphabeti: vt quis facilius
inuenire poterit exemplū ad quācūq3 mate-
riam quā predicare intendit ad vtilitatē po-
puli: ꝛ ad omnipotētis dei laudē et honorē
qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Capitulum de A. Abstinentia.
Frater quidā abstinuit a cibo vsq3 ad ter-
tiam. vsq3 ad sextam. et vsq3 ad nonam.
Exemplū primum.

Egit̄ in vitas
patrū ꝙ quidā frater quo-
dam tempe impugnabat̄ a
demonibus: vt statim hora
diei prima tantā famē et de
fectionē corpis ei facerēt vt
eamꝰ sustinere nō posset. Uerūtñ ille dice-
bat in corde suo. Quia qualitercūq3 oportet
me vsq3 ad horā tertiā expectare. et tūc cibū
sumere. Cūq3 facta fuisset hora tertia. iterū
dicebat cogitationibus suis. etiā ꝛ nūc vio-
lenter oportet me sustinere vsq3 ad horā sextā.
Cūq3 aduenisset hora sexta infūdebat panē
in aquā dicēs. Dū hic panis infundit̄ opt3
me etiā expectare horam nonā. Cumq3 hora
nona aduenisset scd̄m ꝯsuetudinē cōplebat
suas orōnes ꝛ psalmodiā scd̄m regulam. ꝛ
tenebat panē vt comederet. Uocauit p plu-
rimos dies sustinuit. Quadā aūt die similit̄
ab hora prima vsq3 ad nonā fecit. Cūq3 ho-
ra nona sedisset vt cibū caperet. vidit de spor-
tella vbi panes. id est paximacia repositi erāt
surrexisse fumū magnū ꝛ egressum esse p fe-
nestrā cellule eius. Ita ex illa die nec esurije.
nec defectio eiꝰ corpi facta est: sed magis ita
corroboratū est in fide et abstinentia cor eiꝰ
vt nec post biduū delectaretur cibū sumere.
ita grā dei aptiliāte p patiētiā suā frat̄ extin
xit castrimargie. i. gule ꝯcupiscētie passionē.

Frater quidā pendebat amphorā madi-
dam ante oculos suos. Exemplum. ij.

Item legit̄ in vi
taspatrū ꝙ q̄dā monachus val
de sitiēs pēdebāt añ oclos suos
amphorā aque splendētis. Qui sup hoc req̄
sitꝰ r̄ndit. Idō hoc facio vt ex maiori deside-
rio cum nō satisfacio maiorē coronā accipiā.

Una est missa pluribus. Exemplum. iij.

Egitur in vitas
patrū cū quidā frater sancto ma-
chario vuā detulisset. Ipe aūt q̄
scd̄m charitatē nō q̄ sua sūt: s3 alteriꝰ cogita
ret ad aliū fratrē detulit eā q̄ infirmior p̄ egri
tudine videbat̄. Tūc infirmꝰ grās egit deo
p fratris officio ꝛ cepit eā. s3 ipe nihilominꝰ
plus de p̄ximo q̄ de semetipo cogitans. ad
aliū eā ptulit infirmū fratrē. Et sic ille iterū
ad aliū. et sic cū p om̄s cellulas q̄ longe a se-
metipis erāt p heremū disp̄se vua illa circū-
lata esset ignorātibꝰ q̄s eā primus misisset. ad
vltimū ipi defert̄ q̄ eā miserat. Gratulatꝰ au
tē sanctꝰ macharīꝰ ꝙ tantā videret in fratri-
bus abstinētiā tantāq3 charitatē. ad artiora
semetipsū spiritualis vite extendit exercitia.

Frater quidam vidit poma pulcra in via
et tamen non comedit. Exemplū. iiij.

Egit̄ quod qui
dā sanctꝰ heremita dil'gēs mel
ād heremū fugit vbi nō reperiret̄
ab hoībus. Dū aūt fame molestatus in via
poma pulcerrima inuenisset certabat intra se
vtꝝ comederet. ꝛ ꝯgnito q2 forte cibo āplꝰ
alliceret̄ comedere inde ꝯtēpsit. iō ab angl'o
dñi nō relictꝰ ductus est vbi vtebatur radi-
ce mire dulcedinis: et fonte mire suauitatis.

Duo fratres in mensa quorū vnꝰ parū al-
ter multum comedit. Exemplum. v.

Tem duo semel

i in vna mēsa comedebāt vn⁹ paꝝ alter multū. ⁊ iste sociū abstinētē reꝑhēdit. a quo tandē audiuit meli⁹ se refici co ⁊ comedere. q2 iste q̄ ꝑ abstinentiā nutrit aīaꝫ ꝟtutib⁹ meli⁹ reficit illi guloso q̄ nutriendo vermes fetorem et vicia multiplicat.

Abstinētia sancti germani. Exemplū. vi.

Tēꝫ legit̄ quod

i sanct⁹ german⁹ nobilissimus dux burgundie. postea ep̄us fact⁹ corpus suū ꝑ. xxx. annos afflixit vt nunq̄ panē frumēti comederet. nō vinū. nō legumē. nec salē ꝑ sapore oris sumeret. bis tm̄ in anno. s. in pasca: ⁊ in natale dn̄i vinū bibebat. qđ tm̄ sic limphatū sumebat: vt modicuꝫ de sapore vini retineret. In refectōne ꝑmo cinerē deīde panē ordeaceū comedebat. estate et hyeme nullā vestē ꝑter aliā tunicā ⁊ cucullā habebat. quaꝫ nisi alicui daret nunq̄ exuebat: quousq̄ cōtritōne solueret. Lect⁹ ei⁹ cinere cilicio ⁊ sacco ornabat. nullum puluinar sub capite vel hūero habebat: sꝫ semꝑ geniēs et sanctorū reliquias in collo portabat. nunq̄ vestimentū. raro cingulū deferebat. Super hoīem fuit oīe qđ gessit in presenti vita. Et postmodū tanta fuerūt miracula ei⁹: vt nisi merita precellissent fantastica putarentur.

Abstinētia sancti Osualdi. Exemplū. vij.

Tem legit̄ de sā

i cto osualdo rege: qui in virginitate vixit cū vxore sua. Symeon heremita in heremo. xxvij. annis vixerat: ⁊ petiuit a dn̄o cū quo remunerari deberet. rn̄sum accepit q̄ cū osualdo rege. Et doluit ⁊ venit ad regē q̄ indut⁹ fuit regalib⁹ vestib⁹: sed ab intra fuit flagellat⁹: ⁊ ciliciū ad cutē habuit.

Miles q̄dā intrauit religionē. ⁊ ꝑpter nimiā abstinentiā infatuat⁹ est. Exemplū. viij.

Egitur in dialo

l go cesarij i saxonia miles diues ⁊ nobil' inspirāte deo seclm deserēs in domo q̄dā ordinis cisterciēn. habitū suscepit: q̄ toto āno ꝑbatōis ita sibi rigid⁹ extitit vt tā a supiori q̄ a magr̄o suo sepe argueret̄. Fact⁹ ꝟo mōach⁹ tāti fuit feruoris vt nō sufficerēt ei cōta. imo etiā oīb⁹ supadderet multa spālia: ⁊ ꝑponeret ꝑuata. Ceteris q̄escētib⁹ ipse laborabat. alijs dormiētib⁹ ipse vigilauit. Tandē ex nimijs vigilijs ⁊ labore excecato iā cerebro tātā incurrit capitis debilitatē vt nocte q̄dā anteq̄ ꝯuent⁹ ad matutinas surgeret. oratoriū itraret. formas nouicioꝝ ascēderet. ⁊ fune campane collo circūligato resiliret. ipsāq̄ cāpanā mole corpis trahendo crebris ictib⁹ pulsaret. territ⁹ custos venit ī oratoriū. sꝫ multo ampli⁹ territ⁹ est dū sic pendere videret monachū. Accurrēs tandē funē incidit. et adhuc palpitantē ⁊ pene strangulatū deposuit atq̄ refocillauit: sed ab illo tempe nunq̄ sensum recupare potuit. Hec cesari⁹.

Adolescēs punit⁹ est in purgatorio ꝑpter indiscretionem abstinentie. Exemplum. ix.

Dolescēs quidā

a factus est nouicius in quadam domo ordinis cisterciensiū: quem magister su⁹ mox secut⁹ est. Qui cū fact⁹ fuisset monach⁹ ita districte se habuit: ⁊ ita singlaris fuit vt abbas ei⁹ timeret ⁊ eū ꝑ indiscreto feruore sepi⁹ argueret. Ille ꝟo salutarib⁹ monitis nō acq̄escēs ī ꝑtinacia sua ꝑseuerauit. sicq̄ post aliquos ānos defūct⁹ ē. Nocte ꝟo quadā cū abbas ī cella sua staret: ⁊ ꝯ presbiteriū respiceret. tres personas q̄si tres candelas ardentes ad se venire, vidit. q̄b⁹ ꝑpi⁹ accedētib⁹ cognouit omēs. tunc abbas memor ꝑtinacie ꝑdicti adolescētis cū interrogauit dicēs, quō hes? quo dicēte: bn̄. subiūxit. Nunq̄d aliq̄d passus es ꝑ inobediētia tua? Etiā inquit. maxima ⁊ multa tormēta: sed intētio mea licet indiscreta fuerit. tn̄ dn̄s misert⁹ est mei: nec sū dānat⁹. ⁊ ait abbas. q̄d est q̄ iste ꝯuersus digito eū demōstrās clarior est altero cū ipe apostatauerit: ⁊ alt' nunq̄ ex quo ad ordinē venit ꝯtinuēter excessent. at ille. q2 iste post lapsum fortius ꝯsurrexit et altero feruētior fuit. Hec cesari⁹. Accidiaꝫ

Monachus quidaꝫ dormitabat in choro: ⁊ xp̄s ei ostendit dorsum. Exemplum. x.

Acerdos q̄daꝫ

s in ordine cisterciensiū solitus fuit dictis matutinis in illo interuallo quo frēs solent vacare orationi: vel psalmis sup vnā sediū se deponere: ⁊ int' orōnis ꝟba dormitare. volens aūt dn̄s ei ōndere q2 tali hora ⁊ maxime tali loco nō esset dormitandū: sꝫ in orōne vigilādū, apparuit sibi in cruce verso dorso ad illū: vt diceret videretur

qr tepidus es et accidiosus. nō es meā faciē dignus intueri. Et hoc sepius sibi cōtigisse attestatus est. Hec Cesarius.

Monachus antiquus somnolēt⁹ q̄ pcussus fuit cū nodo stramineo in facie. Exem. xi.

Monachus antiquus de somnolētia satꝫ notat⁹ nocte q̄dā dū staret ad psalmodiā matutinarū et dormiret vidit in sōnis ante se stantē virū longū et difformē q̄ in manu nodū stramineū ꝛ lutosū tenebat. q̄ cū mōachū pter eū intuit⁹ fuisset et dixisset. Quid h̄ stas tota nocte et dormitas. ipm cū nodo stramineo in faciem eius pcussit. mox ille territ⁹ euigilauit. et vt ictū ferientis euaderet caput retrahēdo dure satis allidit. hec Cesa.

Monachus piger qui fuit potat⁹ cū pice ardenti. Exemplum. xij.

Monachus quidā in matutinis frequētissime dormire solebat. cōtigit aūt vt eo nocte q̄dam ad matutinas in choro in laudibus dormiēte videret in sōnis demonē deferentem cū pice in patella liq̄ta mōachos singlos visitare. et dormiētib⁹ q̄busdā offerre ferreū coclear pice plenū. ad se vero cū venisset demon ꝛ coclear ferens ori dormientis offerret. retracto subito capite ad cubitū sediū cui innitebat offēdit ꝛ les⁹ euigilās se sauciū ꝛ vulneratū inuēit.

Monachus quidā habuit sudores hora surgēdi ad matutinas. Exemplum. xiij.

Monachus quidā sic tēptabat accidia q̄ quotiens erat ad matutinale officiū surgendū. statim ex quadā pusillanimitate et timore vigiliarum sudore pfunderetur. Putans autem hoc esse ex infirmitate iacebat et vestibus se operiebat. Nocte quadam surgentibus ceteris ad signa nolarū festinantibus ad diuinū officium cum ille surgere temptaret, et iterū veniente accidia se reclinaret, audiuit de subtecto vocem quandam incognitam clare sibi dicentem. Noli surgere. noli sudorem tuū interrumpere. tunc primum sentiens se a diabolo illusum p viciū accidie a fantastico sudore se excussit. nec postea tāto tēpe cōsēsit. hec Ar.

Accidiosus quidā. xl. annis ad purgatorium deputatus est. Exemplum. xiiij.

Quidā accidiosus cū ppter accidiā suā dānari debuisset et maria virgo subuenit sibi et a filio suo impetrauit vt reuiuisceret. qd̄ et factū est tū sibi impositū fuit p pnia a deo vt. xl. an. i purgatorio satisfaceret. ppter accidiam.

Tria remedia ꝯ̄ tediū et accidiā. Exē. xv.

Milites tres sibi mutuo fidelit̄ tē pmiserūt vt in q̄cūq necessitate se nō desererēt. erāt in bellis et torneamētꝫ strenui. et ad oia mūdi facta pmi. Cōtigit cū q̄dā die trāsissent siluā oēs i silētio trāsire. cū cēnt ꝯ̄ siluā vn⁹ eorū dixit. Miror q̄re sic obmutuim⁹ ꝯ̄ trāsita silue; et dixit cāꝫ sui silētij eē hanc. q̄ vidēs amenitatē silue in eoꝝ fui amenitatis celestis, quā q̄dē cām et ceteri pfessi sūt. q̄b⁹ senior dixit. credo nō sine cā hoc factū eē. sꝫ nutu dei. vt sic hacten⁹ mūdo. ita nūc deo seruiam⁹. q̄ ppē cōsulo vt claustrū igrediamur. et cū fidelitate i dño hēam⁹. qd̄ fecerūt ē. et laudabilit̄ et strēnue p aliqd̄ tps ibi vixerūt. tādē cū duo iuniores cepērt tepescere et hoc inuicē cōfessi sūt et cōsolatōēꝫ ab inuicē q̄sierūt. venerūt ad tertiū de statu suo q̄rētes. et inuenerūt cū deo seruiētē hilarit̄ ꝛ deuote. videns aūt ille vultus eoꝝ tristes dixit. ex multo ocio ꝛ tedio estis tristes et segnes. mihi aūt totū tps breue vr̄. q̄r sp occupor. Illis aūt mirātib⁹ q̄b⁹ studijs vel occupatōib⁹ tps expēderet cū sic ipi illitteratus esset. dixit tres tm̄ lr̄as inueni q̄s docuit me magr̄ me⁹ in ingressu meo. q̄s legēs quotidie nullo tedio vnq̄ afficior. sꝫ p̄ desiderio legēdi deficit mihi tps. vna ē scripta nigro colore q̄ significat pctā mea q̄ denigrauerūt aiam meā. ꝛ falsitatē et istabilitatē mūdi et penas inferni. hāc lego a mane vsq ad missā. Secūda scripta ē colore rubeo. q̄ sigficat passiōē eius saluatoris n̄ri q̄ multa p nobis sustinuit. hāc lego a missa vsq ad nonā. q̄n emisit spm. Tertia scripta ē aureis lr̄is. et hec ē amenitas et multiplicitas gaudij celestis. hāc lego vsq ad cōpletoriū. et sic expēdo tps meū sine tedio. quo audito mltū accēsi pfecerūt ꝯ̄ eo et ipi.

Adulteriū. Pena illi⁹ iuuenis q̄ cōmisit adulteriū. Exemplum. xvi.

Iuuenis quidam peccauit cum vxore proximi sui quē deus plagauit vt moreretur subita.

nce et sine confessione et sacramētis. Qui p⁹ morte͂ et p͂missiōe diui͂a in terrore͂ adulterorꝝ apparuit adult͂ rauca voce et q͂rulosa. et ipsa q͂siuit de statu suo. R͞ndit dānatus sum ꝓpter adulteria q̄ tecū cōmisi. Et subiūxit. vis vide re ardore͂ meū quō intus et foris ardeo. emit tēs vrinā q̄ fuit sicut caputū bulliēs. et ipsa ter rita ad cōfessione͂ venit. et vitā suā emēdauit In discipulo de tempore.

Quidam vidit quandā mulierē grauissi me puniri ꝓpter adulteria q̄ cōmisit. hoc q͂re in discipulo de tpe. ser. cxliij. A. Quidā vi dit vicinū et vxore͂ vicini grauiter puniri ī cu pa ignea ꝓpter adulteria q̄ cōmisit. q͂re ibide͂ sermo. lxxxv. Q. Ite͂ quidā adulteriū com misit occulte. et intrās ecc͂iam sctōꝝ geruasij et ꝓthasij statim obsessus est a diabolo. et sic expirauit in cōspectu ppl͂i. q͂re in ser. lxxxv. Q. Amicicia. Legit͂ de duob⁹ amicis quoruꝫ vn⁹ ꝓ alio mori voluit. h⁹ q͂re. ī discip͂lo de tpe ser. cxx. B. Aqua bn̄dicta. Diabol⁹ non potuit os ebriosi intrare ꝓpt͂ guttā aque bene dicte. Exemplum. xvij.

Brius quidā habuit quendā obsessum ebriū. et iste ebriosus dixit ad diabolū. intra ad me et recede ab isto hoīe. Et diabolus r͞ndit nō possum. q͂re. q͂r fuisti hodie mane in ecc͂ia et vna gutta aque bn̄dicte cecidit in os tuū. Miles asp͂gebat se cū aq̄ bn̄dicta et dia bolus dixit. ne tangas me. Exemplū. xviij.

Iles quidā strēnuus in armis dū die q̄dā loco ap ꝓpinquare vellet vbi puella obsessa iacebat. et de illa cepit demon clamare. ecce amicus meus venit. et dū ille intraret ait. ce dite cedite. sinite amico meo appropinquare Ille vero licꝫ ei displiceret ait. Tu demō stul tus es vt quid vexas hanc innocentem puel lam? veni mecū ad torneamentū. cui demon libenter tecū ibo si p͂mittas me intrare corp⁹ tuū. vel p͂ sellā vel p͂ frenū. vel aliā p͂tem cor poris tui. Miles cōpatiēs puelle nobili ait. Si vis exire hinc cōcedā tibi p͂te͂ vnaꝫ pallij mei tali cōditiōne q͂ me nō ledas. et stati͂ qū voluero recedas. q͂d iste ꝓmisit. Exiens g͂ de puella lingule pallij insiluit. Ab illa hora tm̄ glorie accessit militi q͂ quos volebat deiecit quos voluit capiebat. Quadam die dum in ecclesia plurimus orabat. ait demō. nimis mur muras. Cū aque bn̄dicta se asp͂sit. ait. vide ne me tangas. Tandem veniente milite ad locū vbi p͂dicabatur de sancta cruce. dixit de mon. Quid hic agis? R͞ndēte illo. volo te de serere et deo seruire. demon ait. quid in me ti bi displicuit. nunq̄ te lesi. sed ditaui te et glo riosus factus es nimis. tunc miles ait. rece de et ne de cetero reuertaris ad me. hoc in no mine xp̄i tibi p͂cipio. tūc reliquit eū diabol⁹. Et ille cruce signatus vltra mare duobus an nis christo seruiuit. et postmodū rediens ho spitale edificauit. vbi infirmis necessaria mi nistrans vitaꝫ sanctam finiuit. hec Arnold⁹

Peccator obstinatus quidam bibit aquā benedictam et sic contritus est. Exemplū xix

Iles quidā multa mala fecit et tande͂ cecidit in egri tudine͂. et a sacerdote āmonet͂ vt cō fiteretur et cōmunicaret vt vir catholic⁹. ad hec nec p͂cibus nec minis poterat inclinari sꝫ oīa ista friuola reputans. dixit se hmōi non curare sed instanter petiuit aquā vt biberꝫ. et sacerdos nesciente eo benedixit aquam et de dit ei bibere. quā cum bibisset statim de auxi lio spū͞sancti clamauit ad sacerdotem. et vt cōfiteretur. poposcit et pure confessus cōmu nicauit et sic vitam suam feliciter finiuit.

Quidam asp͂gebat infirmū qui sustinuit ma gnas infestationes demonū et statim omēs demones fugam dederunt. Hoc q͂re in disci pulo de tempe sermone. cx. S. Ex q̄b⁹ p͂tꝫ q͂ bonum est habere aquam benedictā ī do mibus et signanter circa infirmos et mulie res in puerpio existentes que sepius sunt asp͂ gende ad effugandū fantasmata demonum

Capitulum de B. Baptismus.

Hereticus q̄dam non seruauit debitā for mam verborꝫ in baptismo. Exemplū. i.

Abtismus in forma debet celebrari. Ex chronicis cir ca annū domini. cccc. ix. quidam epi scopus arrianus quandam nomine Bertham baptisare volens dixit. Baptiso te in nomine patris p͂ filiū in spiritusancto. fili um et spiritumsanctū p͂ hoc minore͂ patri ostē dere volens. et subito aqua disparuit Bapti satus signauit mamillam mulieris. et statim sanata est. Exemplum. ij.

Wedam matro

q na dñs morbū in mamilla incura
bilē ꝛ mortalē. et illa oīno est de
spata a salute ad deū se totā ꝯtulit: ꝛ ad fon
tes vbi baptizabant̄ cathecumini ꝑpauit. ꝛ
ab vno q̄ de fōte exiuit signari se fec. q signa
tione facta totaliter curata fuit. Si igit̄ tāte
ꝟtutis fuit baptismi sacramētū. q̄nte putas
esse donū fidei. Hec Petrus de amore. li. ij.
Blasphemia. Lusor q̄dā blasphemauit
ventrem beate marie virginis. Exemplū. iij.

Egit in libro mi

l raculoꝝ clareuallis de duobus lu
soribꝫ terribile. Cum vni eoꝝ ma
le succederet fortune alteri⁹ inuidēs, vt furo
ri suo satisfaceret cōtra deū cepit ꝟba euome
re ꝯtumeliosa. Quē soci⁹ eodē spū maligno
instat⁹ cōpescere cepit dicens. Sile. Tu eñi
nescis maledicere. Statimq̄ deus blasphe
mās: ꝛ cū in mřis ei⁹ iniuriā erūperet vox de
sup audita est. Meā iniuriā quocūq̄ mō su
stinui. mřis aūt mee ꝯtumeliā nequaq̄ tolle
rabo. morq̄ sup ipaz tabulā vulnere visibili
inuisibilē ꝑcuss⁹ spumās expirauit. hec cesa.
Quidam fregit brachiū ymaginis marie
et suffocatus est a dyabolo. Exemplum. iiij.

Egitur i miracu

l lis btē marie virginis q̄ q̄dā mu
lier insecuta a latronib⁹ retro colū
nā circa btē marie ꝟginis ymaginē latebat.
quā q̄daz illoꝝ lapidādo brachiū ymaginis
pueri ihū ꝯfregit. vnde mox sanguis copiose
emanādo cūctis i admiratōeq̄ ꝛ dei laudē flu
xit: et ꝑcussorē corā oīb⁹ diabol⁹ suffocauit.
Judeus inhonorauit ymaginem beate
marie virginis. Exemplum. v.

Didē vbi supra

a legit̄. i ꝯstātinopoli ciuitate q̄dā
iude⁹ ymaginē btē marie ꝟgīs i
latrinā ꝑiec. vñ mox suffocat⁹ nusq̄ appuit.
Pueri blasphemantes sunt submersi: sed
vnus euasit. Exemplum. vi.

Tem in mariali

i magno legit̄ q̄ q̄daz puer edoct⁹
a mře sua btām ꝟginē mariā sep
deuote salutabat. ꝛ ꝑcipue in necitatib⁹. qd
faciendo rapt⁹ a flumine cū ceteris pueris lu
dentibus ꝛ blasphemantibus. ꝛ tandē sub
mersis oībus ipm solū beata ꝟgo saluauit.
in sinū suū eum suscipiendo ꝛ confortando.
Miles mono cul⁹ ꝑcussit iudeū blasphe
mantē beatā virginē mariā. Exemplū. vij.

Iles quidā litte

q ratus in quandā ꝯsuetudinē dux
erat q̄ missaz btē marie virginis
quātūcūq̄ poterat nō neglexit. Quadā autē
vice ꝑcedēs ad ecclesiaz audiuit solēniter in
choare Salue scīā parēs. Et mox flectebat
genua reuerent̄. Hoc vidēs q̄dā iude⁹ derisit
eū: ꝛ btām mariā blasphemauit. Miles ꝟo
egrediēs ꝯuiciā dñe nře dedit ei alapā. ꝛ hͦ
facto intrauit ecclīaz et missā deuote audiuit.
Interim iude⁹ ꝯq̄stus est iudici. ꝛ aliō signū
nō potuit dare ꝯ eo: nisi q̄ vno oculo careret.
Cūctis aūt egredientib⁹ miles in ecclīa latita
bat. Illuīabat aūt eū btā ꝟgo maria iubēs
cū audacē exire. qd̄ ꝛ fecit. Quo viso dixit iu
de⁹. si iste nō hēret duos oculos reū ipm iu
dicarē. Cui ille. Imo ego te ꝑcussi ꝓ amore
ei⁹ q̄ mihi oculū restituit. ꝓ q̄ paratus sum ꝛ
corp⁹ ꝛ oīa bona expēdere. Cognito autē ꝛ
viso miraclo dant̄ deo et btē marie laudes.
Ad ꝑpetuā aūt hui⁹ rei memoriā statutū est
a xp̄ianis vt eo die singulis ānis iudei de su
is aliquē pñtēt q̄ publice a catholicis spōte
alapā suscipiat. Comes blasphem⁹ q̄li
ter punit⁹ est ꝛ qualiter obijt. Exemplū. viij.

Omes quidā in

c cātaz ꝓrupit blasphemiā vt diceret
velit nolit de⁹ ego terrā meaz reha
bebo. Morq̄ de equo cui īsidebat ruēs hor
ribilit̄ torq̄bat. ꝛ cū eēt a militib⁹ eleuat⁹ de
nuo ruit: penā soluēs blasphemie. Reduct⁹
vero in domū suā cepit torq̄ri pedib⁹ ꝛ cru
rib⁹. spretaq̄ ꝯfessione p⁹ q̄ttuor mēses expi
rauit. Itē q̄dā ribaldi diuiserūt vnā galli
nā dicentes friuole. nec btūs petrus nec xp̄s
posset eā reintegrare. ꝛ stati leprosi facti sūt.
Filius quidam noluit sagittare in cada
uer patris sui. Exemplum. ix.

Uit quidam hō

f bñs vxorē. et ex ea habuit tres fi
lios scđm opinionē suaz. cui vxor
ei⁹ cū q̄dā die litigaret cū ea, obiecit q̄ ipse ce

debat se hr̄e tres filios: sʒ vn⁹ erat tm̄ su⁹. re
q̄sita aūt ab ea q̄s esset su⁹ noluit ea indicare.
Igit̄ cū pr̄ ifirmaret̄ ad morte᷑ ꝛ vxor prius
mortua fuisset. ip̄e faciens testm̄ oīa dimisit
ei q filius eius erat. Post morte᷑ vo ei⁹ facta est
cōtentio int̄ eos quos tanq̄ filios nutrierat
cui⁹ esset hereditas. dicebat aūt q̄libet q̄ ip̄e
fili⁹ eēt: ꝛ q̄ hereditas sua eē deberet. cū igit̄
res ꝓū esset ad iudiciū. p̄cepit rex vt pr̄ mor-
tu⁹ ligaret̄ ad arbore᷑. ꝛ ille q̄ directi⁹ i eū sa-
gittā mitteret hereditate᷑ hr̄et. alligato igit̄
p̄re ad arbore᷑ duo et illi cū sagittaueri̇t. terti⁹
vidēs p̄re᷑ suū alligatū sagittari offensus est
vltra modū ꝯ alios dicēs. q̄ nullo mō p̄re᷑
suū sagittare vellet. cognitū est g̃ q̄ ip̄e erat
ver⁹ fili⁹ ꝛ data est ei hereditas. Hoc exēplū
habet̄ in sūma viciorū. Et hoc pꝫ q̄ isti qui
dn̄m nostrū ihm̄ xp̄m blasphemando rursū
crucifigūt nō sunt filij dei: sed filij dyaboli.

Ita exēpla quere in discipulo de tp̄e.

Blasphem⁹ q̄dam tp̄e moysi ex iussu dei
lapidatus est. Hoc quere in sermo. xxiij. H.

Puer q̄nq̄ annoꝝ quē dyaboli dilania-
uerant ꝓpter blasphemiā. sermo. xxiij. H.

Sctūs ludouic⁹ q̄ fec̄ cauteriū cuidā pi̇sci
ꝓpter v̄ba blasphemie. q̄re sermo. xxiij. B.

Quidā volebāt carnes comedere feria ter-
tia post mediā noctē i carnispriuio ꝛ inuene-
rūt i pullo bufonē. ꝑ iceiuniis. ser. xxxvi. M.

Carnifices q̄ derisert̄ susceptiōes cinerꝫ i die
cineꝝ. ser. xxxiiij. D. Caplm̄ de. C.

Cantare. Dyabolus in specie clerici
dulciter cantauit. Exemplum primū.

Clericus quidā

tam egregiā et tam dulcē
vocē hr̄bat: vt audire illā
delicie reputarent̄. die q̄dā
vir religiosus supueniēs ꝛ
vocis illi⁹ dulcedinē aure ꝑcipiēs ex instictu
sp̄us sancti ait. vox ista hoīs nō est: sʒ diaboli
cūctisq̄ admirātib⁹ demone᷑ adiurauit. q̄ sta-
tim de corpe illo exiuit. cadauere mox corrue-
te ꝛ fetēte. Hec cesari⁹. In cui⁹ cerebro
dulces cant⁹ resonabāt in agone. Exem. ij.

Erat quidam de

puicia romana ordinis p̄dicatorū
q̄ in seclo mltū in audiēdis ꝛ cātā-
dis secularib⁹ cātilenis fuerat delectat⁹ nec ad-
uertēs: q̄ ꝯfiteret̄ hmōi vanitatē. Tandē i
infirmitate ꝯui posit⁹ dictos cāt⁹ q̄si ꝯtinue
i aure et cerebro hr̄bat. sʒ ide nō delectatōes
vt p⁹us sʒ vexatōnes ꝛ penā nō modicā susti-
nebat. Quadā g̃ die surgēs de lecto licet mul-
tū ꝯuat⁹ ad lectū p̄oris sui q̄ secū in eade᷑ do-
mo infirm⁹ iacebat venit ꝛ sibi dictā tribulati-
onē apuit ꝛ de illis vanitatib⁹ hūilr̄ ꝯfessus
est. Cūq̄ ab illo absolut⁹ fuisset stati oīs illa
resonātia q̄ resultabat i ei⁹ cerebro ex toto re-
cessit. Hec i vitaspatꝝ. Clerici q̄ canta-
uerunt saccum plenum. Exemplum. iij.

Tempore quodam

clericis q̄busdā i ecclia q̄dā seculari
forte᷑ ꝛ tā clamorose nō deuote cā-
tātib⁹ ꝛ voces tumultuosas i sublime tollēti-
bus vidit hō q̄dā religiosus q̄ affuit quēdā
demonē in loco eminēciori stante᷑ saccū ma-
gnū et lōgū i sinistra manu tenere q̄ cātātiū
voces dextra lati⁹ capiebat atq̄ i eūde᷑ saccū
mittebat. Illis g̃ expleto cātu int̄ se ꝯratātib⁹
tanq̄ q̄ deū fortit̄ ꝛ bn̄ laudassent. rndit ille
q̄ viderat visionē. bn̄ q̄dē cātastis. q̄z saccū
plenū cātastis. mirātib⁹ illis ꝛ interrogātib⁹ cur
hoc diceret. visionē eis exposuit. his vo exē-
plis nō rep̄rehēdit̄ deuot⁹ clamor quo deus
laudat̄ i cātu ꝛ psalmodia: sʒ tm̄ inanis glīa
Hec cesari⁹. Charitas. Cor cuiusdā v̄gi-
nis pre nimio amore est scissum. Exem. iiij.

Erat quedā vir

go nobil̄. xiiij. an. marie v̄gini val-
de deuota. Hec quotidie rogabat
v̄ginē gl̄iosā. vii. an. vt ōnderet sibi dignaret̄
filiū suū. q̄ cū i die natiuitat̄ dn̄i cā oratōis sola
introisset capellā appuit ei pulcerrima v̄go tenēs
filiū pulcriore᷑. hec allocuta ē v̄ginē dicēs q̄
acciperet filiū ꝛ luderet cū eo. q̄d cū illa fecisset
gaudēs cū magna reuerētia ꝛ deuotōe. Cui
puer. diligis me: et illa: diligo. quō aūt:
plusq̄ vestes meas. ꝛ puer. dicas si pl⁹ dili-
gas. ꝛ illa. plusq̄ cor meū. ꝛ ille: quō me pl⁹
diligis corde tuo: at illa: nescio dicere sʒ ip̄m
cor loquat̄. quo dicto mox cor v̄gis p̄ nimio
amore scidit̄. ꝛ puer accepta aīa cū ꝯcētu an-
geloꝝ deduxit eā i celū. ad cātū vo āgeloꝝ fa-
milia cucurrit ad capellā ꝛ v̄giꝫ mortuā in-
uenientes odore mirabili oēs repleti sunt. Et
frēs q̄ tūc aderāt cor ei⁹ scissum inuenerūt: ꝛ
in eo scriptū aureis lr̄is. diligo te plusq̄ me:
q̄z tu creasti me. redemisti me. et dotasti me.
Hec Vindarius.

Paulin⁹ ep̄s se dedit ꝓ filio vidue. Exē. v.

Um in italia a vãdalorū seuicia esset depdata: et multi capti ducerent ex hac terra. Paulin⁹ ēps oīa bona sua captiuis egētib⁹ erogauit cūqȝ iam deficeret venit qdā vidua cui⁹ filius a genero reg⁹ vādalorū capt⁹ fuerat. a paulio ꝑciū redēptōis filij sui hūiliter postulās. q̄ du bitās qd faceret cū nihil hrēt. dixitqȝ. donum nō hēo. sed et me seruū ꝓfitere. et ꝓ filio tra de. qd illa a tāto viro magl irrisionē q̄ cōpassi onē putabat. Tādē vir certificata assumpto paulino gener reg̃ adijt. p̄mo rogās. vt sibi redderet filiū suū. qd dū ille sup̄be nec reci peret nec audiret. mlr pducēs paulinū ait. ec ce hūc hoīem ꝓ filio meo vicariū do. Cui⁹ ve nustatē ille cōsiderās q̄siuit q̄lis officio esset. et audito ab ipo q̄ esset hortulanus reddito filio paulinū recepit. Cū aūt idē gener regis hortū ad paulinū sepe intraret et cōferēs cū eo. cū sapientiā illius audiret cepit in ei⁹ ser monib⁹ delectari. quadā die secrete dixit pau lin⁹ dn̄o suo. puide q̄liter dispones regnum q2 rex cito morier̄. Qd cū retulisset, r̄ndit rex. Libenter viderē virū de quo dicis. Cui gener. ad prādiū deferē virētes herbas. tūc videbis. Quo viso. et rex tremēs secretū cordis sui re uelauit genero suo dicēs. vir audisti. Nā in somno in hac nocte istū cū iudicib⁹ sedētem cōtra me vidi. magni meriti hō ē. nō talis q̄lis apparet. Tūc paulin⁹ secrete interrogatus a dn̄o q̄s esset. r̄ndit. seru⁹ tu⁹ quē a vidua su scepisti. Quo diu instāte tādē cōfessus ē se es se ēpm. ille pterr.t⁹ dixit. pete qd vis. vt cū honore ad tuos redeas. cui paulin⁹. oēs ca ptiuos ciuitatis tue relaxo. quo annuēte cū frumēto et nauib⁹ et oīb⁹ captiuis solut̃ pau lin⁹ reuersus ē. et q̄ se in seruitiū tradidit. mul tos a seruitio liberauit.

Sanctulus seipm dedit ad occidendū ꝓ pter charitatē primi. Exemplum. vi.

Um quidā z diaconus a longobardis capt⁹ ad oc cidendū seruaret̃. vir dei sanctulus ꝓ ipo ad eos intercedēs et minime audit⁹. ro gauit vt ille sibi ad custodiendū traderet̃. Il lis annuētib⁹ ea lege vt si fugeret ꝓ ipo occi deret̃ recepit. quē cūctis dormiētib⁹ excitans dixit. surge fuge. liberet te dn̄s. Ille inēoz cō ditionis r̄ndit. o pr̄ si fugio ꝓ me morieris. at ille compellens. vade inquit omnes in ma nu dei sumus. nihil potest nob facere nisi q̄tum ꝑmiserit de⁹. quo fugiēte lōgobardi nō inue niētes captiuū. dixerūt sanctulo. scis qd tibi fiet: et ille. scio. at illi. q2 bō es, bon⁹ nō cru ciabim⁹ te. sed elige tibi mortē quā volueris. at ille. occidite morte q̄ de⁹ ꝑmiserit. et vnito cō silio. electus est vir fortis q̄ vno ictu caput eius amputare possꝫ. statim leti oēs ad spectaculm mortis illi⁹ q̄ ꝓ festo hēbat̃ venerūt. sꝫ vir dei ad arma sua cōfugiēs petito spacio orādi sci terrā ꝓstrauit. Tandē interfector pulsans eū pede dicēs. surge extēde ceruicē. q̄ extēso col lo respiciēs gladiū ait. o scē iohes suscipe illū. Ille aūt gladiū in altū vibrās ꝑcussur⁹ diri git. sꝫ mox btūs iohes brachiū ꝑcussoris di ripuit. quo viso oēs laudātes deū rogabant vt brachiū ꝑcussoris sanaret̃. at ille. non ora bo nisi iuret de cetero xp̄ianū manu sua non occisurū. quo iurāte ait. depone manū. et de posuit. statiꝫ oēs bonis et iumēta ꝑdata of ferre volebāt. q̄ rēnuēs ait. rogo vos oēs ca ptiuos mihi dimittite et sic orabo ꝓ vob qd factū ē. et ꝓ vno moritur⁹ multos a morte li berauit. Chorea. Xp̄us a chorisantibus ꝑmaxime vituꝑatur. Exemplum. vij.

Uidam nobilis filiū suū dilectū deo dedicauit in re ligionē vbi multū ꝓficiēs iuit̃ mor rē orāti iuxt̃ crucē. occurrit sibi qd petebat scir qd ipi ij dei puocaret. et [illegible] [illegible]. Et ecce orāti cū lachrimis qdā iuuenis splen didus appꝫt ei dicēs. q̄ xp̄s a chorisantib⁹ maxime vituꝑat̃ et dehonestat̃. nam extēsio brachiorū et colligatio manuū et brachiorū irr isione repsētat xp̄m in cruce extēsionē ꝓ nobis. Solēt em̄ hoīes chorisātes coronari sertis et florib⁹ irridēdo xp̄i spineā coronam. Itē or nant se vestib⁹ irridēdo ihm xp̄m hūilem et nudū in cruce pendentē. Cātant etiā alacrē et rident cachinnis. irridendo fletū et clamo rē xp̄i in cruce pēdentis. Itē osculant̃ se et. [illegible] se mutuo. irridēdo osculū iude. Itē depi[illegible] facies suas irridēdo cōsputā et velatā fa[illegible] xp̄i. In chorea cōmittunt̃ quasi oīa pecca ta mortalia. Exemplum. viij.

N chorea est supbia q̄ est initiū oīs peccati ꝓpt [illegible] lucifer celum ꝑdidit. q2 homine[illegible]

u iij

humilitate nō solent chorisare. sed plus et elatione. Unū Aug. Quē supbū videris filiū diaboli esse nō dubites. Ex his & his ptz cuius filii sunt q̄ ex supbia choreas ducūt. Itē cōmittit ibi luxuria. nā tales chorisantes et pulare se ornātes plurimoꝝ corda videntur ad luxuriā et ad malas cōcupiscētias accendūt. vn̄ Math. v. Qui viderit mulierē a d cōcupiscendū eā. iā mechat⁹ ē eā in corde suo. Itē cōmittit ibi inuidia. qz si vna psona plus honorat vl meliora vestimēta hz tūc q̄libz alie psōe inuidēt. Itē ↄmittit ibi auaricia qz talia ornamēta vel vestimēta nō habētes sepe p̄ dcū affectāt tales vestes et talē pulcritudinē. et hoc ad malū finē. s. portādi et supbiēdi. Chorisantes grauiter puniūtur in futuro. Exē. ix.

Juuenis monachus purgatoriū scti patricii ingressus repit ibi varias penas aiarū et vidit ibi circulū ferreū cōstipatū acutissimis clauis in q̄b⁹ chorisabāt ples cōpluti cōtinuo igne sulphureo. quoꝝ etiā viscera corrodebāt dracones. a duob⁹ do lupis deuorabant brachia chorisātiū vsq̄ ad ossa. sup q̄bus requisit⁹ rn̄dit angls. Tales sunt chorisātes captiuati pueris libidie aios ꝑtatis gestibus latōib⁹ ipudicis saltib⁹. āplexib⁹. osculis tactib⁹. et vbis ipudicis. vn̄ merito plectūtur tali supplicio. Tandē mōach⁹ inde reuersus vidēdo chorea solebat clamare. fugite carissimi qz mag̃ pena sequit̃ chorisātes.

Hoc in libro de donis. Puella q̄dā fuit exusta in toto corpe ꝑpt̃ choreā. Exem. x.

Puella quedā in die festiuo dū fieret sermo ad pplz tota die in ludis in choreis se exercuit. de sero ad domū reuersa fessa resedit ī lumine desecēs. et dū ad dormiendū vix oculos clausisset. a duob⁹ demonib⁹ ad īfernū delata est. et sic cōbusta ē. vt nec capill⁹ in corpe ipi⁹ maneret. et totū corp⁹ ei⁹ magnis vesicis occupatū feторē itolerabilē exalauit. vn⁹ vo demonū titionē ardērē in os trudēs dixit. h⁹ habe p cātilenis q̄s impudice sepi⁹ cātasti vestes ei⁹ nullū hūerūt adustionis signū. q̄ clamore et eiulatu euigilās mr̄i et mītl alijs narrauit. hec aūt fert ad hospitale. vocatur sacerdos qui nullū pctm̄ mortale in ea inueniēs nisi ꝙ ita libenter fuit ludis et choreis. Hec

Arnoldus in narratorio suo. Puelle vibrāt beata Maria gaudia mūdi. Exē. xi.

Puelle cuidā apparuit beata vgo cū chorea virginū q̄rens an se illis sociare vellet. rn̄dit libenter. et beata vgo interdixit ei choream et vanitatem vestiū dicēs. post. xxx. dies venies ad nos. q̄ subito valde se emēdauit postpositis oībus vanitatib⁹ hui⁹ mūdi. et req̄sita a pentibus quare sic oīa postponeret. Rn̄dit pentibus suis insinuans eis ea q̄ viderat et verba marie q̄ sibi dixerat. et sic. xxx. die feliciter obijt. Mulier quedam in chorea cū pila necata est. Exemplum. xij.

Mulier procaret et vana erat q̄ in omni fere festo choreas cōiūgere cōsueuit ꝛ factū est vt iuuenib⁹ viris ad saltū īuī choreā ludentibus vni eoꝝ pilā ferire conāti. hac̄ de māu euaderet. et dictā mulierē ducētē choreā percussā ī capite mox necaret. Hec vt viderūt oēs cōfusi sunt. et corp⁹ ad domū ꝓpriā detulerūt. Psbytero aūt dicturo vigilias veniente. ecce ethiops nigerrim⁹ imo demō pessim⁹ cū magitu occurrēs feretrū cū corpe deiecit et cominibus illud dissipās mēbratī cōfodit. ita vt ī vīscerib⁹ hincinde dispsis fetor intolerabilis spgeret. fugiētib⁹ q̄ cūctis cadauer laceratū vsq̄ in crastinū solū relinquitur. quousq̄ sez euaporato fetore cognati eius intrare possēt ad corpus. et sublatum extra cimiterium sepelierūt. Hec Guil. in libro de apibus.

Fulmen extinxit tibicinem. Exem. xiij.

Quidam tibicen erat qui chorisātes iuuenes ꝛ puellas cōcitabat. hinc celo nubib⁹ circa vespas obscurato duo pueri pastores vbi chorusсatōes et tonitrua videbāt imminere ad iumēta fugierūt. et eis vidētib⁹ in tibicinē fulmē cecidit. et ipm extinxit. et eius brachiū amputauit. hec Guil. Itē alia exēpla de chorea. quere in discipulo de tempore.

Juuenis quidā dicebat choreā esse portā padisi et cōsolatōis. quē postmodū quidam lapis angularis cadens sup eū occidit. Hoc quere in discipulo de tempe. ser. liiij. B.

Item virgo q̄ in chorea cecidit et subitanea morte obijt. Hoc q̄re in sermone. lx. Q.

Item qui erexerunt arietem in chorea ꝛ ma
gna tēpestas postmodū vastauit segetes cir
cūquaqȝ in oibus illis villis et ptibus circū/
iacentibus. hoc quere ser. xxxvij. X.
Item vgo in chorea rapta est a turbine i
aere et a demonibus flagellata, postea ceci/
dit mortua. ser. dııij. B.
Item quidā chorizauerūt vsqȝ ad genua ꝛ
postmodū vsqȝ a femora in terra. Et sanctus
Gilbertus eps liberauit eos. Hoc quere ser.
xxvij. A. Confessio.
Confessio multum nocet demonibus.
Exemplum. xiiij.

Magister thomas

theolog⁹ cū iā deberet mori ꝛ iaceret i
lecto vidit diabolū stantē iuxta se et di
xit. Quid hic stas cruēta bestia. dic mihi qd ē
qd maxime nocet vob. et cū ille taceret. sub/
iunxit. Adiuro te p deū viuū q iudicaturus ē
viuos et mortuos vt dicas mihi vitatē. At
ille. Nihil sic eneruat virtutē nrām sicut fre/
quēs cōtritio et cōfessio. qz qn hō ē in pctis
mortalib⁹ oia eius mēbra ligata sunt. et nō
pōt se mouere. Cū vero peccata eadē cōfitet
statim liber est. et mobilis ad offic bonū.
Demones impediunt cōfessionē et restitu
tionem. Exemplum. xv.

Eremite cuidam

quadā vice occurrebāt tres demōes
quos interrogauit quō vocarēt. Pri
mus dixit ego vocor claudēs cor. et h⁹ facio
qn aliqs audito sermone vellet cōteri. tc clau
do ei cor. q suspirare nō pōt. Alter dixit ego
vocor claudēs os. et hoc facio qn aliqs vult
cōfiteri. et dñū nrm euadere. tunc claudo ei
os. q cōfiteri nō pōt. Terti⁹ dixit ego vocor
claudens bursā. q qs iniustas res restituere
nō pōt. nec de iustis bonis elemosinā facere.
ꝛ ita vniti sum⁹: q vnus iuuat alterū inquā
tum potest.
Demones amplius nō sciunt pctā ɔfessa.
Exemplum. xvi.

Uidam canoni

cus ordinis pmōstratensiū ductus
fuit a priore mōasterij ad fugandū
demonē de obsesso. et laudabilis vite erat.
Quo viso diabol⁹ p os hois clamauit. ego q
dā de eo scio. ppter q ego eū nō timeo. q con
fessus culpam. minima tn̄ erat. et rediens q̄si/
uit si demō aliqd de eo sciret. rn̄dit adhuc ali
qua vestigia culpe apparēt in te et nō stimu
lus ē secut⁹. q intelligēs stimulū corpalē di
sciplinā. abijt et recepit disciplinā. et reuersus
interrogauit vtrū de eo aliqd sciret. rn̄dit dia/
bol⁹. p iudiciū meū nō nihil scio de te.
Sacerdos cōfitebatur seruo in stabulo.
Exemplum. xvij.

Miles quidam in

villa qdā habitabat. cui⁹ vxorē eius/
dem ville sacerdos p adulteriū ma
culauit. Qd cū miles audisset qz vir prudēs
erat. verbis nō facile credidit. nullāqȝ de hoc
mētōem facere voluit vxori sue vel sacerdoti
veritatē verius volēs experiri. nō tn̄ sine suspi
tione fuit. Erat aūt in qdā villa. nō multū a
militis villa remota. qdā obsessus in quo de
mon tā neqȝ erat. vt corā astātib⁹ impropera
ret pctā q p cōfessionē verā nō essent deterta
Qd cū miles intellexisset rogauit suspectum
sibi sacerdotē vt ad colloquiū quoddā secum
ire nō recusaret. Et acqeuit sacerdos. Cū gve
nissent in villā vbi obsessus erat cōsci⁹ sibi ip
si sacerdos suspectū cepit hr̄e militē. qz cū nō
lateret q obsessus ast neqȝ demone in eadē
villa habitaret. timensqȝ vite sue si a demōe
pderet. necessitatē nature simulans intrauit
stabulū ad seruū militis corā pedibusqȝ eius
pstratus dixit. Rogo te ppter deū vt audias
cōfessionē meā. Quē seruus expauescēs leua
uit. audiēs q dicebātur ab illo. Facta vo con
fessione cū sibi sacerdos aliqd iniūgi peteret
rn̄dit ille dicēs. Quātū alteri sacerdoti p ta
li crimine iniūgeretis. hec sit satisfactio vr̄a.
Sicqȝ exeuns securior cū milite ad ecclesiam
venit in q demoniac⁹ fuit. et requisitus ē a mi
lite in hec vba. Noscis aliqd de me. hoc enim
ex industria fecit. vt sacerdoti iā dicto tolleret
suspitiōem. cui demon. nescio qd rn̄deo. Ad/
iecit. Quid videtur de isto homine. Respon/
dit nihil de eo scio. Et cū dixisset lingua theu
tonica. latine mox subiunxit. In stabulo iu/
stificatus est. quia nullus aderat demonum.
Hec Cesarius in dialogo.
Quidam occultauit peccatum magnū in
confessione. Exemplum. xviij.

Uidam heremi

ta deus dedit donū cognoscēdi cor

da hoim. hic q̃dam vice venit ad ecclesiam
vbi sacerdos audiebat cōfessionē. et vidit he
remita q̄ hoies intrabāt ingrediēdo ecclesiā quos
demones cū iubilo comitabantur. Angeli vero
custodes tristes a remotis ibāt. et cū redirent
a cōfessione. tūc demones tristabantur et rece
debāt ab eis. et angeli leti accedebāt. Et inter
alios vnū aspexit quē demones ligata carbe
na ad collū ducebāt cū gaudio. et angelus eius
secutus erat remote. Hic accedens cū alijs ad
cōfessionē nigrior effectus ē. et demōes fortius
eū ligauerūt. Hoc vidēs heremita accessit ad
illū hoiem et sibi visa enarrauit. ac peccātor pter
ritus dixit. Ego inqt deū in multis offēdi et cri
men magnū occultaui. qđ dū postmodū con
fessus fuissē demones abierūt tristes. et ange
li cū gaudio accesserunt ad eū. Hec Vuidan
us in quodam sermone.

Diabolus vidit homines claros recedere
a confessione. Exemplum. xix.

Sacerdos quidā

cū tpe q̃dragesimali in ecclīa sua se
deret et sibi cōmissorū subditorū cōfessio
nes audiret. alijs recedentibus: atq alijs illic
accedētibus inter expectātes quidā stabat. q̄
tū ad apparentiā corpulentus et robustus cōstan
ti tēpore expectās. Qui vbi igitur expediti ipe nouis
simus accessit corā sacerdote genua flexit. ad
cōfessionē os apuit. q tanta et tā enormia con
fessus ē crimina tā multa homicidia. furta blas
phemias. piuria. discordias. et alia huiusmōi si
milia. quorū se actorē inuētorē siue suggesto
rē eē dicebat. vt sacerdos tā horrore q̄ tedio
grauatus diceret ad illū. Si mille esses annorū
nimis esses. tā grauia et tam multa te cōmisisse
pctā. Ad qđ verbū ille rūdit. Amplius sum q̄ mil
le annorū. tūc amplius sacerdos territus ait. quis
es tu: rūdit ille demō. Ego sum vnus ex illis
q cū lucifero ceciderūt. pctā mea ex minima p
te tibi cōfessus sum. si velles audire residua q
sunt innūerabilia paratus eēm tibi cōfiteri. Sci
ens aūt sacerdos pctīs diaboli eē insanabile
dixit. Quid te cōmouit cōfiteri o diabole. rū
dit demō. Stabā ex opposito tui. vidiq ad
te pctōres accedere et redire iustos. auscultāns
valde diligenter q̄d illi fecerūt et dixerūt. q̄d hoc
illis risum sit. et q̄ post grauia pctā. pmissa sit
eis indulgētia pctōrum vitaq eterna. ego vero
idē sperās cōseq vent pctā mea cōfiteri. Sa
cerdos vero exemplo scti martini fiducialiter
rūdit diabolo. Si volueris vti cōsilio meo et agere
de pctīs tuis pniaz pure sicut hi quos hic ex
ire vidisti. siliter indulgētiā cōsequeris. rūdit de
mon. Si tolerabilē mihi iūxeris satisfactōem pe
bo tibi. Ego inqt sacerdos valde modicaz et
minorē q̄ his q aū te cōfessi sunt tibi iniūgā
pniam. Vade igitur et tribus vicibus in die iacta
te in terrā. sicq pstratus dicas. Dn̄e deus creator
meus. ego pctōr peccaui tibi ignosce mihi. hec
solūmō sit pnia tua. Cūq diabolus diceret. nō
possuz hoc facere. nimis ē mihi graue. Rūdit sa
cerdos. q̄re in tā modico grauaris. rūdit diabo
lus. nō possum inqt ineris me humiliare ei. Alli
ud quicqd iniūxeris mihi libēter suscipiā. tūc
indignatus sacerdos subiūxit. O diabole si tā
ta est cordis tui supbia. vt nec velis nec pos
sis te in tā modico humiliare creatori tuo. rece
de a me. q nec hic nec in futuro miaz cōseq̄
ris ab illo. Ad quā vocē ille diabolus mox eua
nuit. Hec Cesa. in dial. Cōfessio libe

rat a morte tpali hoiem. Exemplum. xx.

Apud ciuitatem at

trabatensiū iuuenis quidā extitit de
eadē ciuitate natus delicateq ibidem
ab infantia educatus et inter honestos cleri
cos cōuersatus. Qui cū nō hēret aliqđ benefi
ciū ecclesiasticū. et mr̄ eius cepit egere. puduit
eū manere cū illa. inflatusq spū diabolico ad
domū cuiusdā diuitis argētarij venit cū do
lo. cui dixit. Mercator quidā diues venit in
domū meā volens cōparare cipbos argenteos
calicē et alia q̄dā vasa de auro siue argēto fa
bricata. si q̄d ergo de tali ope vēdere volueris. in
sacello pone. etiā tali hora solus q secretuz
vult etiā veniēs in domū meā. Argētarius
Peccatori quidā dictū est. ante mortē tuā mundaberis. Exemplū. xxiiij.

Uidam homo

q magnis pctis fuit plen⁹. Qui vna die ꝯstās ⁊ ꝯsiderās se immūdū pctōrē eē dixit. O misericors de⁹ tu es ille q̄ aiaꝫ me am creasti ad imaginē tuā. ⁊ mihi eandē de disti pulcrā ⁊ clarā. sꝫ ego eā inq̄nam multis turpitudinib⁹ ⁊ pctis. rogo ergo dñe, vt me mūdes ꝓpt magnā miaꝫ tuā. Et cū sic staret ⁊ oraret cū deuotōe audiuit vocē sibi dicētē. Ante mortē tuā mūdaberis. q̄ stati post hoc ab inimicis suis capiebat ⁊ ad mortē vulnera bat. ⁊ q̄cq̄d fecerūt sibi mori nō poterat. Uo catus est sacerdos et pure confessus est. et sic mundatus. cum sacramento eucharistie tra didit spiritum.

Latro est saluatus et heremita damnat⁹. Exemplū. xxv.

Uit quidā latro

f q̄ dū fugaret ab aduersarijs suis, vi dens ꝙ non posset euadere posuit se in crucem dicens. bene mortē merui. qꝛ de um offendi. Rogo vt deū de me vindicet. Ec ce mēbra mea in q̄bus xp̄m i suis ꝑsecut⁹ suꝫ ⁊ sic occiderūt eū. Quidā aūt heremita erat ꝑ pe q̄ multis ānis penitētiā egerat. cui reuela tum est ꝙ angeli cū laudibus aiam illi⁹ latro nis in celū deportarēt. qui nec deo egit gra tias de salute ꝓximi: sed indignat⁹ apud se di xit. Postq̄ me exposuero oibus flagicijs sic potero penitere in fine ⁊ sic fiet mihi sicut la troni. Et cū ad seculum redysset transiens ꝑ aquā et cadens de pōte submergit ⁊ a demo nibus ad infernum deducitur.

Mulier q̄dā negauit fidē ⁊ occidit puerū ⁊ tradidit se diabolo. Exemplū. xxvi.

Ulier quedā que

m habuit vir valde ꝯtrariū sibi. si veniē bat ꝺ missa: de foro: ꝺ taberna: sp ꝑ cutiebat eā. Illa vidēs se i arto positā. ꝯsulu it vnā vetulā vt faceret ꝙ vir suus diligeret eā Illa ꝓmisit ⁊ duxit eam ad horreū: ⁊ vocauit

dyabolū q̄ statim affuit. Cui vetula. Illa femina vult nobis seruire: ita φ faciatis φ vir ei⁹ diligat eā. ille dixit se libenf facturū. Sed oporteret puerū vnicū quē haberet occidere pri⁹. Qd̄ cū fecisset rediyt ad eū. At ille. Unū adhuc facietis. s. φ abnegabitis fidē et oim̄ sanctoꝝ auxiliū. q̄ dixit. et ego abnego et cōmitto me vob cū aīa et corpe. Cui ille. Modo secura ite domū. q̄ rediēs leta vir veniēs de taberna cepit eā pcutere. ⁊ si añ fuit mal⁹ postea pessim⁹. que videns se cōfusam fugā iniyt. q̄ cū esset ad vnū miliare de domo sua occurrit ei dyabol⁹ in specie viri sui: et sibi habitu ⁊ equo. Cui dixit. ⁊ quo vadis misera? Illa r̄ndit. añ vos fugio: cui diabol⁹. Redeas cito domū. ꝓmitto tibi φ vlteri⁹ nolo te molestare. et sic ascēdit ad eū sup equū: ⁊ putabat eū virū suū esse. Qui cū venisset añ domū euanuit. statim vir veniēs cepit pcutere illā. Cui illa. Hodie cū aufugissem a vobis, ⁊ vos me de campo deduxistis hoc nō ꝓmisistis mihi. Ille audiēs φ fugisset ab eo dixit: hoc nō erit tibi gratis. et cepit eā a ꝑmo percutere φ fere exalauerat sp̄m. Que cū iaceret semiuiua in vulneribus dixit. adducite mihi cōfessorē. cui vir. nō vult me ꝓfundere. φ dicat ego occidi eā. Et ꝓhibuit φ null⁹ iret ad sacerdotē ꝓ cōfessione. Illa nō cessabat clamare: adducite mihi cōfessorē. Tandē vnus de familia caute iuit ⁊ vocauit sacerdotē cū corpe xp̄i: ⁊ erat in nocte. q̄ cū venisset añ domū vir serauit oīa. ⁊ nō ꝑmisit sacerdotē ingredi. Qui dū staret añ domū clamauit ad eū illa dicēs. Dn̄e saltē ꝑ parietē audite me. et cepit clamare dicēs. Dn̄e fateor φ puerū meū occidi: ⁊ diabolo me cōmisi cū aīa ⁊ corpore: ⁊ fidē xp̄i abnegaui. ⁊ cū magna cōtritione emisit sp̄m. Et statim iste pi⁹ p̄r pepcit oībus petīs suis: et grām suā ei reddidit. et aīam eius ꝑ sanctos angelos in celū deportari fecit. Hoc vidit vir et sacerdos et oēs q̄ aderant. et ideo ad istum patrē misericordie oculos cordis leuare debemus.

Uirgo quedam recidiuauit: ⁊ heremita eā reduxit. Exemplum. xxvij.

Beatus Gregori⁹ scribit φ q̄dā p̄r sctūs heremita in egypto deo seruierat strēnue ī castitate ī ꝓprij corporis castigatione: et in alioꝝ cōuersione. Accidit aūt vt ꝟginē quādā gētilē ab errore suis exhortationib⁹ cōuerteret ⁊ sacro fonte ablueret atq̄ a petōꝝ sordib⁹ emūdaret. Post φ aūt esset mūdata ei cellā ante suā ꝯstruxit in q̄ eā sub firma custodia collocauit. quā etiā ⁊ in oib⁹ disciplinis reglarib⁹ erudiuit. q̄ in tm̄ ꝓfecit φ quottidie cantus angelicos audiuit. Et dū horas psalleret cū ea ⁊ ipsi angeli horas dulciter decantabant. Insup dn̄s ih̄s eā sepe visitabat: et sua pietate eā frequēter cōfortabat. qd̄ etiā p̄r eius sp̄ualis q̄si freq̄nter suis aurib⁹ audiuit. Accidit aūt vt in somnis videret p̄r su⁹ φ q̄dā draco cellā virginis intraret: ⁊ colūbā albā deglutiret: quā tertia die euomit. Ipse vero apud semetip̄m interpretatus est: sic φ draco est rex iniquus. colūba ecclia: q̄ tribus annis ꝑsecutionē patietur. Postea vero ad fidē ecclesie ip̄e rex cōuertetur ⁊ ip̄am exaltabit. Et q̄z diabolus aduersator bonoꝝ operū suggessit cuidā viro vt ad cellā ꝟginis intraret ⁊ eā sepi⁹ visitaret. Quo facto viro placuit virgo ⁊ icepit eā sollicitare ad petm̄. Cūq̄ illa animū inmutaret auertit oculos ne videret celū. animū ad petm̄ inclinauit: ⁊ cū viro de cella exiuit. Qui cū eā deflorasset ⁊ ꝑ dies aliquos secū morata fuisset ab ea recessit: ⁊ eā solā dereliq̄t. Pater ho ei⁹ sp̄ualis q̄ ei victū quottidie ministrabat expectabat per triduū q̄n signo solito victū posceret. Cūq̄ ꝑ triduū ei⁹ signū nō audiret cogitabat φ cū angelis tripudiaret sicut añ facere cōsueuerat. Cū autē morā faceret iuit ad cellā: ⁊ eā vacuā inuenit vñ tristis abscessit ⁊ abūdant lacrimas quottidie ꝑ ea fundebat. Cūq̄ ipsa se videret penit⁹ derelictā nec aliq̄d habere vnde viueret facta est publica meretrix: ⁊ propter ei⁹ pulcritudinē multi veniebant ad eam causa libidinis satiande. Dictus vero pater duob⁹ annis eam cū multis lacrimis diligenter querebat. Tertio aūt anno venit ad eum quidam sanctus pater gratia visitandi. Cūq̄ dolorē cordis sui ei indicasset. Dixit ei. scitor est quedā mulier in tali ciuitate nomine maria manēs in prostibulo. Et cum hoc verbū audiuit magis doluit φ prius. volens eam tamen poti⁹ reducere φ ibi dānabiliter viuere. Cogitabat apud se φ si ad eā in habitu religioso veniret φ eū fugeret. Mutato igitur habitu induit se vestib⁹ bonis valde ⁊ equū ascendens venit ad ciuitatem. Et veniens ad domum quesiuit: si talis mulier ibi ma-

neret. ꝛ dicere sibi ei⁹ pedisseq̄ ꝙ sic rndit ꝙ
illa nocte vellet ibi manere siue ꝑnoctare. et
ꝓtulit aureos denarios ꝛ fecit fieri cōuiuiū.
q̄ spernēs ei⁹ caniciē faciē suā ab eo auertit.
Sed dicēte sibi ei⁹ puella: quid vis de facie
sua rugosa: habꝫ eā aureis marsupiū plenū
Uenientib⁹ ad mensam ipse comedebat pa-
nē cum dolore ꝛ gemitu. ꝑuenientib⁹ aūt ad
lectū: ꝛ cū staret añ lectū senior dixit. O dña
noscis me: q̄ ait: nō, at ille. Ego sum pater q̄
vos ad deuꝫ cōuerti: et oī disciplina regulari
informaui. quo audito resoluebatur in lacri
mas cadēs ad pedes ei⁹ cū multis lacrimis
veniā postulauit. Et dixit. possū ne post tot
peccata miam inuenire? Rñdit pr̄. Sis secu-
ra filia. si redire volueris dñs te penitentē re
cipiet ad veniam. Illa igit̄ veniēs ad mediū
ciuitatis ignem copiosum fieri iussit: et oīa q̄
male lucrata fuerat in ignē ꝓiecit dicens. Ui
dete omēs amatores mei: que a vobis lucra
ta sum ignis cōsumit. Uenienti aūt cū sancto
patre ad heremū fecit ei cellā retro suā: et ibi
in magna abstinētia ꝑ septē annos vixit. in
septimo vero anno gratiam primā rehabuit
et tunc in pace quieuit.

Meretrix quā pafnucius pro penitentia
per triennium inclusit. Exemplum. xxviij.

T Uit quedā mere
trix in ciuitate q̄daꝫ ꝓpē quā multi
erāt depaupati. Audiēs aūt abbas
pafnuci⁹ mala q̄ ꝑ eā fiebāt assūpto sibi habi
tu seclari ad eā est ꝓfect⁹. ꝛ dato ei solido ꝓ
scorti ꝓcio petijt locū secretū ꝛ obscuꝝ ne ab
aliquo videri posset. ꝛ pctm̄ suū sine verecū-
diā ꝑpetraret. ꝛ cū duxisset eū ad plura loca:
et ipse sꝑ diceret ꝙ videri timeret. duxit eum
in obscurissimū locuꝫ dicēs. ꝙ nullus posset
eū videre nisi de⁹ ꝛ diabol⁹. De q̄bus verbis
ei facto sermone: et ondso q̄liter deberet aspe
ctū dei formidare cōuertit eā ꝛ ad penitentiā
mox induxit. Que conuocans mox omēs so
cios suos amatores: fec̄ oīa q̄ lucrata fuerat
cōburi corā eis in medio vrbis. que valebāt
bñ. xl. marcas auri. dixitq̄ ꝙ magꝭ volebat
hec cōburi ꝙ in futuro iudicio ipa met cōbu-
reret̄ ab eisdē. Quo facto secuta est abbatē i
desertū: q̄ eā in quā cellulaꝫ inclusit in qua ꝑ
fenestrā quā dabat̄ ei singl'is dieb⁹ panis et
aqua. In eadeꝫ aūt cella ipa se oīa necessaria
faciebat: q̄ pre pctōꝝ ei⁹ pudore nō audebat

nomen dei noīare: nec manus vel oculos ad
celū leuare. sed versa ad orientē dicebat. qui
plasmasti me miserere mei. sicut eam abbas
iusserat. Post annos aūt tres cōpassus ei di
ctus abbas q̄siuit a brō anthonio si esset ad
huc tps emittēdi eā: et idē peccatū dimissuꝫ:
qui fecit ꝓ ea frēs orare. Tunc paul⁹ maior
discipul⁹ beati anthonij posit⁹ i extasi vidit
lectū ꝓciosissimū in celo: a tribus speciosissi-
mis puellis ꝑpatū. Et cū q̄reret si esset beati
anthonij rñsuꝫ est ei ꝙ nō. sed thaydis spon
se xpi. Et cū esset exclusa ait ꝙ in toto triēnio
habuit sꝑ pctā sua añ oculos q̄si quandā sar
cinā flens cōtinue largit̄ sup ea. Et tunc didi
cerunt sancti patres ꝙ nō ꝓpter pniam quā
sustinuerat: sꝫ ꝓpē pctōꝝ memoriā et verecū
diā ei pctā fuerūt dimissa. Et transactis xv.
dieb⁹ requieuit in pace. Hoc in vitaspatrum.
In discipulo de tempore.

Monach⁹ q̄dā negauit xp̄m ꝓpter filiaꝫ
sacerdotis idoloꝝ: quō de⁹ sibi indulsit. hoc
quere in discipulo de tempore sermo. ij. N.

Item quidā qui. xl. annis seruiuit diabo-
lo: ꝛ postmodū ꝑ tres annos deo seruiuit: ꝛ
sic saluatus est. sermone. cxxij. Y.

Miles q̄ peccauit cuꝫ ꝓpria filia: ꝛ epūs
iniūxit sibi septenniē penitentiā: et postea ni-
si vnum Pater noster. sermone. xiiij. F.

Itē mulier q̄ cōcepit a ꝓprio filio ꝛ post-
modū ostendit se in camisia pape Innocen-
cio sermone. xliij. Q.

Itē ꝟgo lapsa in peccatū fleuit añ altare.
et xp̄s indulsit sibi dicēs ei. Adhuc semel pa
ratus essem mori ꝓ salute tua. sermo. cij. Q.

Item miles captus ab inimicis quando
decollari debuit dixit. Animam meam filio
virginis cōmendo: et sic saluatus est. sermo-
ne. lxxxix. T.

Item qui dixit in agone. deus tu scis vo-
luntatem meam. sermone. cxxiij. T.

Misericordie opera ad proximos.

Sacerdos ꝛ famulus qui valde abbomi
nabantur leprosos. Exemplum. xxix.

C Antoꝛ parisiēsis
ponit exemplū de sacerdote lepro-
soꝝ q̄ fecerat murū inter se et lepro
sos: et ꝑ foramē confessionem eoꝝ audiebat
et corpus dñi porrigebat: qui diuino iudi-

cio factus est leprosus ex media parte. remanente sana illa pte quã vertebat ad eos.

Itẽ quedã seruus abhominabatur adeo leprosos. vt nec elemosinam vellet eis deferre. et factus est leprosus.

Martinus monachus qui portauit xp̃m in forma leprosi in pallio. Exemplũ. xxx.

Vidã monachꝰ

Martinꝰ noĩe vite valde venerabilis fuit. qui ex suo monasterio visitationis grã ad aliud monasteriũ tẽdebat. cui spũalis pater pẽrat. Pergẽs itaqꝫ leprosũ quẽ dẽsis vulneribꝰ et cõpbãtinꝰ morbꝰ p mẽbra sedauerat inuenit in via volentẽ ad suũ hospitiũ redire et p lassitudine nõ valentẽ. Ipse vero in itinere se habere perhibebat hospitium quo idẽ martinꝰ ire festinabat. vir aũt dei eius lassitudini misertus. palliũ quo vestiebat in terrã ptinꝰ piecit et expãdit. ac desup leprosum posuit et suo pallio cũ vndiqꝫ ꝯstrictũ sup humerũ leuauit. secũqꝫ reuertẽs detulit. Cũqꝫ iam monasterij foribꝰ appropinq̃ret. pater eiusdẽ monasterij magnis vocibꝰ clamare cepit. currite. ianuas monasterij apite. qr frater martinus venit portãs secũ dñz. Stati vero vt ad aditũ mõasterij puenit. qui leprosus eẽ videbat de collo eiꝰ exiliẽs. et i eadẽ spẽ qua appuit q̃ recognosci ab hoĩbꝰ solet redẽptor hũani generis ad celũ ipo respiciẽte redijt eiqꝫ ascendẽs dixit. Martine tu me nõ erubuisti sup terraz ego te nõ erubescã i celis. Qui sctũs vir. mox vt est mõasteriũ ingressus ei pater dixit. Frater martine vbi ẽ quẽ portabas? Rñdit. Ego si scuissem quis fuisset pedes illius tenuissem. Tũc idẽ martinus narrauit qr cũ eũ portasset pondus minime sensisset.

Mulier nobilis valde dilexit leprosos. Exemplum. xxxi.

Vedam nobilis

dña valde ꝯpatiebat infirmis maxime tñ leprosis. Vir aũt eiꝰ nobilis et potẽs intm̃ abhoĩabat leprosos q eos videre nõ poterat. Quadã aũt die cũ leprosꝰ ad ianuã clamaret. q̃siuit dña si vellet bibere vel comedere. cui ille. ecce h crucior vehemẽtissio ardore. nõ mãducabo neqꝫ bibã nisi me tuleris in domũ tuã. cui illa. nunq̃d nosti q̃tum dñs meus abhorret leprosos: et ipse cito venire debet de venatione. si te inueniret forsitan let me interficeret. Illo gemente et plorante dña non poterat lacrimas eiꝰ sustinere. sed ppͥjs brachijs ipm i domũ suã portauit. Cũqꝫ rogaret vt comederet. nullomõ voluit nisi prius cũ in ppriã camerã et in ppriũ lectũ dña deferret. ibi eni desiderabat qescere anteq̃ comederet. Dũ ergo illa gemitũ eiꝰ ferre nõ posset: in lecto suo eũ qescere fecit puluinar suũ capiti eius supponẽs et coopertorio grisco corpus eius cooperiens. Et ecce vir de venatiõe rediẽs dixit mulieri. Aperi mihi camerã illaz vt dormiã et rqescam. Cũqꝫ illa aliquãtulum tardaret timẽs de morte leprosi et sua dñs cũ magna indignatiõne camerã intrauit. et satis cito post reuersus ait. Modo inq̃t dñi fecisti q lectũ meũ optime pparasti. sꝫ miror vbi tales species aromaticas repisti. qbus tota camera ista respsa est odore suauitatis. qr mihi visum est q fueri in padiso. Quo audito mulier q̃ non nisi mortes expectabat. ingressa cameram ita inuenit. sꝫ leprosum minime repit q̃ pre ãmiratione et miraculi magnitudie oĩa p ordinẽ marito narrauit. At ille valde ꝯpunctus qui prius leo fuerat mãsuescere cepit sicut agnus et postea leprosos semp dilexit. Hec arnoldus in narratorio.

Christus i forma crucifixi iactus ẽ in lecto. Exemplum. xxxij.

Egitur quod cuz

qdã mulier nobilis ꝯsueta eẽt recipe pauperes et seruire eis manibꝰ pprijs et abluere pedes eorũ inuito marito suo. Cũ semel inuenisset pauperem añ ianuã mirabilit vt videbat afflictũ et vlcerosum itroduxit eũ in domũ suã viro eiꝰ absente. et cũ peteret balneum parauit illi. qui cũ diceret post balneũ q non posset qescere: nisi in molli lecto posuit eũ in camera sua. Cũ aũt vir eiꝰ veniret ex iproviso et camerã subito itraret et in lecto vxoris inueniẽs pdictũ ifirmũ. quẽ cũ crederet adulterũ et vellet eũ ex ipetu ire sue occidere. sup lectuz eiꝰ apparuit ei dñs in eadem forma q pendebat in cruce dicens. Quid me psequens qui hec p te passus sum et hec vulnera et mortem, propter tuam salutem ptuli. Cum autem pterritus et prostratus in celum oculos erigeret et oraret postea nihil inuenit. et sic conuersꝰ ad dominum bonus hospes et pius pater pauperum factus est: et quesiuit ab vxore que ei omnia narrauit. Hec petrus de amore libro. ij.

Christus ostendit Jordano corrigiā quaꝫ pauperi dedit. Exemplū. xxxiij.

Emel contigit cū

ſ ipe frater iordan⁹ ordis p̄dicatoruꝫ doctor theologie studio p̄ſius operā daret ꝛ ſue ꝯſuetudīs eēt q̄ſi oī nocte ſurgere ad matutinas. q̄dā nocte ſolēni ſubito ſurrexit cū iā ad matutinas crederet eē pulſatū. vñ ſolā cappā ſup camiſiā induēs ꝛ cingulo ſe ꝑcingēs feſtināter ad eccl'am ꝑꝑerauit. Cui ilico paup occurrit elemoſinā petēs q̄ nihil inueniēs q̄d daret paupi corrigiā dedit. Cū autē ad eccl'iam veniēs eā clauſaꝫ inueniſſet. q2 pulſatū vt crediderat nondū erat. iā diu ꝑmāſit añ fores eccl'ie donec miniſtri ſurgerent et eccleſiā aperirēt. Quā cū intraſſet ꝛ añ crucifixū oraret xp̄m deuote et frequēter reſpiciēs vidit eū corrigia ip̄a cinctū quā añ modicum pauperi amore crucifixi dederat.

Christus indutus fuerat collobio q̄d monachus pauperi dedit. Exemplū. xxxiiij

Vidaꝫ monach⁹

q duo habēs collobia vnū quottidianū ꝛ aliud i ſolēnitatib⁹. venit pauper egen⁹ tp̄e quodā petēs ab eo īdumentū. Jlle vero negauit dicēs ſe ſupfluā veſtē nō habere. Paup aūt cū fletu vociferando dicebat Miſerere mei. Monachus vero ad p̄ces pauperis intrās in cellā ſuā. exuit ſe quottidiano collobio ꝛ dedit paupi. ſibi aūt retinuit melius. Poſtea vero ꝯpūct⁹ dixit paupi. Redde mihi collobiū q̄d dedi tibi et accipe meli⁹. Hoc accipiēs ille paup iduit ſe illo ꝛ abijt i ciuitatē vēdidit illud meretrici. Jlla vero induēs ſe illo veniēs ſemel ꝛ bis vbi erat monachus ille Cū aūt monachus vidit veſtimētū ſuuꝫ recognouit ꝙ hoc eſſet quo vtebat i ſolēnitatib⁹ ꝯtriſtat⁹ valde itrās cellā ſuā dixit. Uere dō nō placuit q̄d feci, nec meā recepit deuotiōeꝫ q2. ſ. in tales manus vēit palliū meū quo ego feſtiuis dieb⁹ vtebar. nūc vero meretrix vtit eo ꝛ p̄ triſticia magna non comedit illo die. Nocte vero cum dormiret vidit dn̄m xp̄m indutuꝫ veſte ſua quam pauperi dederat et introeuntem in cellā ſuam dicentemq̄ ſibi. Frater frater. Qui vt aſpexit vidit lucē magnaꝫ dixitq̄ ei. Quis es dn̄e. qui ridens ait. Aſpice i me. ꝛ cuꝫ aſpiceret dixit ei cognoſcis hoc q̄ induit etiā dn̄e collobiū meū eſt. ait illi. Ego ſum, ſed

ſuo. tam non triſteris ſed gaude et letare ꝛ gratias age deo. Ex quo cū deſtiſti pauperi iſtō mihi dediſti. ꝛ letatus monachus de benignitate dn̄i noſtri ieſu chriſti. q2 non ꝑmiſit euꝫ torqueri pluribus tēptatōnibus. ſed certificauit eum de vbo quod in euangelio dicitur Q̄d vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis

Miles quidam obijt in terra ſancta ꝛ ſic euolauit ad deum. Exemplū. xxxv.

Dicitur quod qui

d dā miles inſiſtēdo opibus pietatis cū oia q̄ haberet in vſus pauperū expendiſſet crucē tranſmarinā accipiēs peregrinis paupibus manu ꝓpria miniſtrabat. Cūq̄ tranſfretaſſet viſitauit oīa loca ſancta deuote ſequēs veſtigia ſui ſaluatoris. Cūq̄ ad montē oliueti a quo dn̄s ad celum aſcendit adueniſſet. eleuatis oculis ꝛ manibus i celuꝫ ait. Dn̄e inquantum potui tua veſtigia ſuꝫ ſecutus. modo ſicut auis volare ad te nequeo. q2 alas non habeo nec ſcalam ad te aſcendēdi. Rogo te toto corde vt i pace ſuſcipias ſpiritum meum. me poſt te trahēdo. Quo dicto ſtatim ſpiritus eius ad deum euolauit.

Diues quidam tempore famis paſcebat quattuor milia pauperum.

Exemplum. xxxvi.

Egit i geſtis fran

l corꝝ. li. ii. c. xxiiij. Cum fames valida burgūdiā oppſſiſſet ꝛ cū Ethicus romanorꝝ diſpēſator eēt i burgūdia agēs rē publicā romanorꝝ tp̄e Theodoſij īpatoris. Tūc ꝯgregauit apud ligones q̄ttuor milia hoīm pauperꝝ ꝛ āpli⁹. q̄ nō poterāt habere vñ ſibi famis tp̄e ꝓuiderēt. ꝛ pauit eos ibi quaꝫ diu malū tp̄s durauit. quo ceſſante fecit eos cuꝫ vehiculis ad loca ſua deportari. Cū aūt hoc factū eſſet, audiuit vocē de celo dicētem ſibi Ethica tibi et ſemini tuo panis non deficiet i eternum. quia me famis tempore in pauperibus meis refeciſti.

Mulier quedam pauit fratres ordinis p̄dicatorum. Exemplū. xxxvij.

Vedaꝫ mulier in

q fracia deo deuota frēs recipiebat libenē lꝫ viro ei⁹ admodū diſpliceret. Cū igit̄ recepiſſet magiſtrū Jordanū cū ſocijs ſuis ꝛ iā eſſent in prādio. ꝯtigit ſupuenire mari

tā et dissimulato dolore posuit se ad mēsas. vbi aūt inuenit bonū vinū illud fratribus ppinasse magis dolens clamauit nuncio. vade cito et porta d' vino meliori qd' esset in vegete tali. Hoc autē ironice dixit. qz illud erat corruptū vt pturbaret vxorē. Iuit nunci⁹ et tulit et ppinauit. quo gustato inuentū est vinū in sūma excellētia bonū. Ille ḡ in famulū turbat⁹ rabida voce dixit. qre nō apportasti de illo dolio qd' dixeraȝ tibi? Rn̄dit se pro certo tulisse. Secūdo remittit et idē inuenit. Tunc eni cum furia surgens iuit ipsemet: et hausit & gustauit & optimū inuenit: et ex corrupto vino in bonum conuerso. Dn̄s ipse in melius conuersus factus est amator fratrū: et vxorem iuuans ad elemosinas dandas.

Duo religiosi impetrauerunt graciam iuuenem qui eos pauit. Exemplum. xxviij.

Duo frēs hispani q̄ parisi⁹ in theologia studuerūt: dū ad suā redirēt puinciā ad terrā pictauie deuenerūt. Cūqz a mane vsqz ad sextam horam iuissent afflicti & fessi esurire ceperūt. Erat aūt ppe villa pua i q̄ pauci hoīes paupes morabant. frat aūt q̄ ampli⁹ erat fessus volebat vt ibi aliqd̄ q̄rerēt ostiatim. ali⁹ autē q̄ magis esuriebat monebat vt ad meliorē & ad magis distantē villā tenderent: ne si minus comederēt post deficerēt in via. Tunc q̄ lassus erat valde volēs aliū cōsolari ait. Nōne frat deus potens est in villa paupcula sufficiens prestare nobis cōuiuiū? Cui alter. Scio inq̄t q̄ pōt: sȝ nō cōsueuit. Tunc alius ait. Noli timere charissime: qz in hac villa modica dn̄s nob necessaria ministrabit. Cūqz sic loquerētur ecce castellana scti marcencij diues & nobilis dn̄a cū filio suo & multa familia superuenit. q̄ videns frēs ad modū fessos affectuosissime pcepit filio suo dicēs. Fili descende & amore dei et mei fratres istos pasce. Qui ad mandatū ei⁹ statim descēdens pastilla optima piscib⁹ bonis farcata q̄ sue matri erāt parata accepit. & vinū & caseū & oua. panem q̄ recentē & alios pisces obtulit fratrib⁹ abūdāter. frequēter inuitās vt ablata cū gaudio susciperēt. qz paupes dei erāt & multū laborare debebāt: et i aliis locis vix aliq̄ inuenirēt. Postq̄ autē mirabili affectu cū multis muneribus deuotis ministrauerat eis. maior frater ait minori. Orem⁹ dn̄m vt iuuenē istū q̄ nobis tā deuote seruiuit ip̄e custodiat & ad vitā bonā pducat. Flexis ḡ genib⁹ dicto hymno Veni creator spūs. cū Pr̄ nr̄ & orōne valedicētes iuueni et eū sepi⁹ dn̄o cōmēdātes abierūt. Aliqnto aūt trāsacto tpe alt' eoȝ de hispania veniēs ad capitulū gn̄ale: & in conuentu fratrū pictauēsi. dictū iuuenēȝ iam factū fratrē inuenit. stupēsqz ait priori. Vn̄ est iuuenis iste? Cūqz illū filiū castellane audisset. vocauit illū. et ait illi. Reduc frater ad memoriā qualit' ad pceptū matris duos frēs q̄ de parisius veniebāt in tali loco pauisti. Bn̄ inq̄t recolo et deo grās ago: qz orōnib⁹ eorū dn̄s ad istū ordinē me adduxit. & frat ad eū. Ego inq̄t suȝ vn⁹ ex illis q̄ frequēter tibi orauimi⁹ vitā bonā & exitū beatū. Ecce bonā vitā in te video. Conare charissime vt perseueres: et sic certe peruenies ad finem bonum.

Infidelitas mundi: et etiam cosanguineorum. Exemplum. xxix.

Legit in historiis britonū q̄ añ tpe incarnatōis dn̄ice fuit in britānia maiori quidaȝ rex keyr noīe: q̄ habuit tres filias. et cū q̄reret a maiore si multū diligeret eū. dixit q̄ ita sup oīa. quā rex maritauit: et maximā ptē regni sibi dedit post mortē possidendā. Hoc idē dixit ad secūdā: & illi fecit sic priori. Tercia aūt minor dixit ei. Pr̄ quātū habes tm̄ vales. et ego tm̄ te diligo quātū vales: & nō plus. Pr̄ aūt idignat⁹ mini⁹ eā dilexit q̄ alias: & mini⁹ de ea curauit. iurās q̄ nihil ei daret de terra sua. Quā rex hui⁹ terre q̄ mō frācia dr̄ pp̄ter morem & pulcritudinē suā accepit i vxorē. cū aūt hostes in dictū keyr irruerēt terrā suā derelinq̄t duab⁹ filiab⁹ suis & virib⁹ earū: q̄ pmiserūt ei q̄ honorifice eū tractarent voluntatē suā p oīa faciētes. Cū aūt terra sua se spoliasset. postmodū eiect⁹ a priorib⁹ filiab⁹ a tercia & a viro suo honorifice recept⁹ est: & p eoȝ adiutorium ad hereditatem suā rediit. & aliis exheredatis eā minori dereliq̄t. Prima filia est amor & fiducia quā hō habet in mundanis rebus. Secunda est amor & spes quā habet hō i amicis carnalib⁹. Tercia est amor et spes quā habet in misericordie operibus.

In discipulo de tempore.

Duo mercatores sibi dixerūt q̄ sine mendacio non possent vēdere. Hoc quere in discipulo de tempore sermone. cxxxiij. Q.

Itē beata elisabeth seruiuit quattuor diebus leprosis horribilib⁹: xp̄us quinta die apparuit ei dicēs: quia mihi seruisti habebis mecum gaudia celi. lxvij. D.

Itē rustic⁹ in cella solitaria suscepit xp̄m in specie peregrini. sct. lxxix. T. Exemplū xl.

Itē duo fratres vnus religiosus multū: et alter seruiebat infirmis et p̄cellebat aliū. In discipulo d' tpe ser. cxxvij. D. Missa.

Sacerdos quidam celebrauit missam in therusalem: et reductus est ab angelo in patriam suam. Exemplum. xli.

Sacerdos q̄dam de dacia noīe andreas peregrinādo cū alijs puenerat ī vigilia pasce ad sepulcrū xp̄i. et summo mane in die pasce socij sui recedere voluerunt. quib⁹ sacerdos dixit. Sctissim⁹ est dies pasce et loc⁹ dn̄ice resurrectōis. audite p̄us missam et eucharistiā sumite. postea recedam⁹. Abeūtib⁹ oīb⁹ et recedētib⁹ sacerdos māsit in vrbe: et dicta missa: factoq3 prādio solus cepit ire et sic q̄ p̄cedentes. quē vt attigit q̄dā in equo sedēs. q̄d est ait q̄ sol⁹ pperas peregrin⁹: et ille factū narrās. hec inq̄t de cū a socijs sol⁹ sū relict⁹. tūc ille. ascēde inq̄t retro me. et sic residens obdormiuit. Circa vesperā h'o cū euigilasset et circumspiceret vbi eēt dixit ei ductor su⁹. potes recognoscere locū istū? et ille pre timore maximo vix rūdere valēs. Uideē mihi inq̄t dn̄e q̄ ecclia hec q̄ añ nos ē ecclia mea ē. et dom⁹ hec p'ma in q̄ māsi. cui ductor ei⁹. recte tibi videt'. xp̄m glificā cui⁹ sacramentū veneratus es et quoz causa peregrinas terras et solitudines nō horruisti. et hec dicēs cito disparuit. Sacerdos aūt de via rediēs oib⁹ socijs suis narrauit magnalia dei. q̄d secū factū eēt p regressū sociorz postmodū cōprobauit. Hec guil.

Uirgo quedam vidit corpus sacerdotis clarum in missa. Exemplum. xlij.

In brabācia villa bandeñ. manet v'go religiosa mirabilis p̄ūta sacerdos q̄dā de villagio: q̄ dū in q̄dā villa celebraret missas vid't corp⁹ sacerdotis et sacras vestes q̄b⁹ indut⁹ erat miro decore decorari. Cūq3 hostiā eleuaret vidit duos angelos mire pulcritudinis hinc inde assistere et brachia ei⁹ sustentare. et cū hostiā deponeret manicas vtriusq3 man⁹ ne q̄d eas tāgeret valde decēter astringere. q̄ etiā eleuatis manib⁹ et inclinato capite cū summa reuerētia deposita adorauerūt. Circa hoc rā sacramēti facta ē ipa i excessu mētis. et vidit corp⁹ sacerdotis tā clarū et tā p'spicuū vt q̄si p phiolā cristallinā corp⁹ dn̄i videret. missa cōpleta dū sacerdos vestimēta deponeret illa reuersa est ad se et vidit corp⁹ sacerdotis paulati inspissari vt in formā p'stinā rediret. Et illa puella ob hoc habuit illā grām vt videat q̄s digne cōicet: vel q̄s indigne. et in q̄dā die pasce in quadā ecclia tantū decē vidit cōicare digne. Nomē hui⁹ virginis est Oda.

Sacerdos quidam celebrauit pro captiuo et vincula soluebantur. Exemplum xliij.

In plio quo occisus est rex Elbouinus. q̄dā iuuenis de milicia ei⁹ vulnerat⁹ p diē et noctē int' cadauera occisoz iacēs. recuperato spū se eleuās de tra et ligās vulnera sua put potuit abijt. et q̄rens aliquos de amicis. ab hostib⁹ suis est capt⁹ et duct⁹ ē ad ducē exercit⁹. q̄su⁹ q̄s eēt. rn̄dit se rusticū esse et ppt' victū militib⁹ afferēdū in exercitū venisse. timebat enī se militē fateri q̄ suscipiēs cū curauit vulnera ei⁹. et dum cepit sanari iussit eū ligari de nocte ne fugeret. Mox aūt recedētib⁹ q̄ ligauerunt cū vincula soluta sut. Nā frater ei⁹ q̄ abbas fuit audito q̄ occisus eēt venit q̄rere corp⁹ ei⁹. et inueniēs aliū similē ei i monasteriū suū ducēs eū sepeliuit. et p absolutiōe ei⁹ missas freq̄nter celebrauit. q̄ p̄dict⁹ miles ex hoc ampli⁹ ligari nō poterat. Dū aūt comes miraret' q̄re ligari nō posset. q̄rēs si forte caracteres hēret ppt' quos ligari nō posset. rn̄dit. nihil taliū artiū noui: s3 fratrē sacerdotē habeo: et scio q̄ me mortuū putās p me missas celebrat. Tādē comes p̄siderās eū nō rusticū esse. secreto vocans eum et promittens nihil ei facturū rogauit vt genus suum diceret. Et ille certificat⁹ de vita se ministrū regis asseruit. Cui comes ait. dignus morte eēs: s3 q̄ null⁹ de meis occubuit te nō occidā. Et statim alteri eum vendidit. Qui dum multa genera vinculorum ei adhibuisset: nec ligari posset. donauit ei facultatē rediñēdi si posset. qui dato iureiurando q̄ redimeret se: vel rediret liberatus est. Et reuersus ad patriam domino suo preciū redemptionis remittēs. Tandē fratri suo que circa eum fiebant nar

rauit dicens ꝙ maxime hora tertia qn̄ misse celebrari solebāt vincula sua soluebant. Hec Arnold⁹ in narratorio suo. Missa sustētauit hoīem in rupe ꝑ annū. Exemplū. xliiij.

q Uidā hō cum in quadaʒ rupe argentū foderet subito rupis cecidit ⁊ funditus cunctos extinxit. Un⁹ aūt coꝝ sub⁹ in quodā sinu ip̄i⁹ rupis morteʒ euasit. inde tn̄ exire nō valuit. Uxor aūt illius eū defunctū estimans omni die ꝓ ipso missam celebrari faciebat: et panē vnū: et vrceū vini cū cādela quottidie offerebat. Cui dyabol⁹ inuidens ꝑ tres dies continuos eidē in forma hūana appuit ⁊ quo iter tenderet req̄siuit. Cui cū illa sui itineris cām exponebat ille aiebat. noli frustra vexari: qꝛ iā missa celebrata est. et sic illa tribus dieb⁹ ꝓ eo missaʒ ꝑtermisit: nec ipam celebrari fecit. Quidā aūt post hoc in p̄dicta rupe argentū fodiens. vocē quandā audiuit de subter dicentē. plane percutias: qꝛ capiti meo imminet magn⁹ lapis. Cū ille tremeret ⁊ ad hanc vocē audiēdā plurimos aduocasset iterū fodit: et similē vocē audiuit. Tunc oēs ꝓpius accedentes dixerunt. q̄s es tu: q̄ r̄ndens dixit. plane fodiatis: qꝛ maxim⁹ lapis cōtinuo super me cadit. q̄ a latere fodiētes ⁊ vsqꝫ ad eū ꝑuenientes eū sanuʒ ⁊ incolumē extraxerūt. et sciscitantes quō ibi tam diu vixisset dixit. ꝙ qualibet die panis vnus et vrceus vini cū candela accensa: exceptis tm̄ tribus diebus oblat⁹ sibi fuit. Qō vxor ei⁹ audiens ⁊ vehemēter exultans agnouit ꝙ de oblatione sua fuerat sustentat⁹: et dyabol⁹ eam decepit ne illis tribus diebus missam cantari fecit.

Missa sustentauit hominem in periculo maris. Exemplum. xlv.

g Regorius refert ꝙ dum q̄dā nauta naufragiū ꝓpe sus fuisset: ⁊ quidā sacerdos hostiā ꝓ eo obtulisset. ipse tandē de mari sanus exiuit. Cū aūt interrogaretur qualiter euasisset dixit ꝙ dum in medio maris existeret ⁊ iam pene fatigatus deficeret. quidam ad eum venit ⁊ panē quendā sibi obtulit. quē cū comedisset ille statim confortatus vires recepit: ⁊ quadam naui inde transeunti receptus fuit. Inuentumqꝫ est ꝙ illa hora panem habuit qua pro eo sacerdos hostiam immolauit.

Quidam equitauit ad campum quando pulsabatur ad missam. Exemplum. xlvi.

q Uces quidā fuit talis ꝯsuetudinis qn̄ debebat ire ad missaʒ ibat ascēso equo ad sua allodia vel ānonas in cāpo: vl' in sua melēdina. sed cū per vxorē q̄ deuota erat admoneret ꝙ ista nō faceret: sed iret ad missaʒ sacris dieb⁹ et ad ecclias: vt aliq̄d boni audiret in p̄dicatione. R̄ndit. Ego scio q̄d facere debeo meli⁹ ꝙ tui p̄dicatores. Tandē cū quadā vice dūʒ ad missaʒ pulsaret. ascenso equo eq̄taret ad cāpuʒ. occurrit ei dyabol⁹ dicēs. Descēde de equo et audi missaʒ meā. et ducto eo ad vnā fossam que ibi fuit: precipitauit eū et descendit cū eo ad infernum auditurus missam inferni. ve nobis qui mori non possumus.

In discipulo de tempore.

Duo lutores quorum vnus quottidie audiuit missam ⁊ semꝑ abundabat. et alter raro audiuit et semper pauper fuit. Hoc quere in discipulo de tempore sermone. xxiij. D.

Item mulier que voluit seipam suspēdere et quando audiuit pulsare ad eleuatōnē corporis xp̄i: tunc flexis genib⁹ orauit in domo sua: ⁊ sic liberata est. quere sermo. xiiij. D.

Item nobilis quidam docuit filium suuʒ quottidie audire missam. Hoc quere in discipulo de sanctis. sermone. xlviij. in fine.

Mors malorum.

Diues quidam in agone clamauit: deus adiuua me. Exemplum. xlvij.

q Uidam sener dū venisset ad ciuitatē quādā ad vēdēdūʒ q̄dā vasa q̄ fecerat: et sederet añ ianuā cuiusdaʒ diuitis laborātis in extremis vidit eq̄tes cuʒ eq̄s nigris horribiles: hn̄tes in manib⁹ baculos igneos. Relictis aūt eq̄s añ ianuā intrauerūt domuʒ. Et ecce infirm⁹ vidēs cepit clamare dicēs. Dn̄e adiuua me. Illi aūt accedētes ⁊ ridētes dixerūt ei. nūc primo memor es dei qn̄ obscurat⁹ est sol: q̄ sole lucēte oblit⁹ fuisti ei⁹. nūc aūt nō ē hora spei aut ꝯsolatōis. ⁊ hec dicētes rapuerūt aiaʒ ei⁹. ip̄e q̄dē miser nō seruauit morē ecclie. qꝛ dicē p̄sbiter in p̄ncipio. De⁹ in adiutoriū meū intēde. sꝫ in fine ꝑmo voluit q̄rere ⁊ nō potuit.

Flagiciosus quidam homo in extremis petiuit inducias. Exemplum. xlviij.

... iciaz vir nobi

noie chrisori⁹ valde idone⁹: sed tot⁹ plen⁹ vicijs. supbia tumidus. ... is sue voluptatib⁹ dedit⁹. in acquirēdis ... s auar⁹. q cū sic p̄seueraret ꝛ cū tot mal dīis finē facere voluisset. corpis lāguore percussus est. q ad extrema veniens ea hora q iaz de corpe erat exitur⁹ aptis ocl'is vidit tetros et nigerrimos spūs coram se assistere ꝛ vehemēter insistere vt ad infernoꝝ claustra eū traberēt. cepit tremere. pallescere et sudare. magnisq; vocib⁹ inducias postulare. filiūq; suū noie maximū turbatis clamorib⁹ vocare dicens: curre. tibi ēni nunq̄ male feci. in tua fide me suscipe. Mox turbat⁹ maxim⁹ affuit lugēs ꝛ p̄strepēs. familia cōuenit. eos autē quos ille insistens vehementer cernebat ipsi malignos spūs cernere nō poterat: sꝫ eoꝝ p̄sentiā in ꝯfusione pallore ꝛ timore eius q trahebat videbant. Pauore aūt eoꝝ quos videbat huc illucq; vertebat. in lectulo q se verteret semp aderat oculis suis. Cumq; sic innalsus a demonib⁹ ꝛ se posse euadere desperaret cepit magnis vocib⁹ clamare inducias vsq; mane. sꝫ cū hoc clamaret ipe in suis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus ē. de quo nimirū cōstat: qꝛ p̄ nobis nō p̄ se ista viderit vt ei⁹ visio nob p̄ficiat. Hoc exemplum legitur in omel'. beati Grego.

Criminosus qdā noluit ꝯfiteri nisi in extremis. Exemplū. xlix.

Rat qdā ppetra

tor mltoꝝ scelerū: ꝛ de his nunq̄ cōfitebat. cogitās mora. sufficiens est dū mori volo adhuc ꝯfitebor. Dum hic infirmat⁹ esset venit ad eū religiosus dicēs vt doleret de pctis et ꝯfiteret. cui infirm⁹. Justus dñs ꝛ iusticias dilexit. Ecce dū ꝯfiteri potui contēpsi. mie diuine terminū iponens vt dū infirmitate p̄mor ꝯfitebor. Nunc dyabolus ex dei p̄missione stat mihi sup pectus: et dū aliqd cogito dic. re p̄tinens ad salutē statim strīgit collū meū nō p̄mittēs me loq mee saluti necessaria: qꝛ peccaui in spūsctm: et hoc loquens expirauit ꝛ sepultus est in inferno.

Heremita qdā vidit diuitē mori i palacio et pauperem in cimiterio. Exem. l.

Egitur i vita spa

trū q quidā heremita orauit vt videret exitū aie de corpe. et dum intrauit ciuitatē vendere sportulas. ecce oīs ad vnam domū cōcurrebāt. q dūz quereret cām dictū est ei q quidā homo diues morti appropinquaret. vñ intrauit et ipse domū illaz. Uidet ergo heremita demones circūstātes lectū infirmi vt coruī cadauer. horrorē cōmictēdo. et vnus illoꝝ librū maximū tenebat et legebat gesta diuitis. Uidit etiaz duos angelos stātes librū paruū reuoluētes: sed nihil inuenētes tristes abierūt. Infirmus hec videns se huc illucq; girās dixit. Dñe miserere mei. Et demon. nūc p̄mo meminis eius. tarde cinas. Et hoc dicens aiam eius extrahens cum gaudio demonuz ad inferos p̄perauit. Hoc viso heremita cū fletu ibat ad ecclias. et iacebat in cimiterio lāguid⁹ qdā oīm hūano solacio destitutus. Et motus pietate circa ipm sedit: ꝛ cepit infirmus debilitari ita vt vix intelligeret eum heremita dicentē. Hic recubit secū dñe. Et vidi. celū sup eū apertū. et angelos cū magno gaudio descēdere ad infirmū. et dixit michael. Ueni spōsa xpi accipe coronā. Cui aia. Ubi est dñs meus: deus meus: dulcedo mea: ꝛ spes mea? Et ecce rex celi cū choris angeloꝝ ꝛ sanctoꝝ venit ꝛ dixit. veni de libano sponsa mea: veni coronaberis. Et aia cōgaudēs oībus mēbris mūdissima egressa est de corpe. quā accipiētes angeli detulerūt in celū: ꝛ in choro martyꝝ eā locauerūt.

Memoriā mortis et etiam inferni quotidie habere est vtile. Exemplum li.

Q. daz miles de

quo legit q iux lectū suū fecit duas ymagines i pariete ex vtraq; pte lecti magistral. ē in duab' zonis: et qñ vertebat se ad dextrum latus trahebat zona. ꝛ ex hoc mouebat ymago: ꝛ clamabat mors. Qñ aūt vertebat se ad sinistrū latus: tūc ymago illa dicebat: inferi⁹. et hoc ideo fecerat vt mortē et infernum semper in memoria haberet.

Nobilis quidam vidit cadauer patris sui et sic mundum deseruit. Exemplum. lij.

Dx qdā burgun

die dū corpus pris sui vellet trāsferre. apto sepulcro grossuz bufonē vidit sup faciē pris sui comedentē linguā ei⁹. qui prudēter in se rediēs exclamauit corā militibus. O falsa mūdi gloria. sublimis patri

meo nō subludes filio. vbi sunt pater diuitie et delitie quas habuisti: vbi sūt morselli pro sor ciboꝝ: Modo a bufonibus comederis turpiter et vmes te deuorāt sicut tu deuorasti pauperes. et relictis omnib⁹ claustrū itrauit

Consuetudo est mori iuuenes et senes. Exemplum. liij.

Vidaz vnicus fi

q lius magni dñi habitū religionis assūpsit. vñ pr̄ irat⁹ dixit abbati q mo nasteriū incēderet nisi filiū suū redderet. At illi timētes furorē tyrāni nouitio dixerunt. Ecce nisi redeas ad seculū ad patrē tuū oīa bona nostra destruet et monasteriū incēdet. At ille. nolite timere. Cōcedite mihi vt ego vadā illi obuiā. Et viso filio habitu vili. crinib⁹ detruncatis vix eū agnouit: et p dolore fere corruit in terrā: et dixit filio. Quid fecisti nobis: sic redeas ad seculū et totā terrā tue voluntati exponā. Cui filius. Pr̄ qdā ꝯsuetudo est i terra tua valde periculosa. ppter quā cōpulsus exiui inde. Cui pater oēs ꝯsuetudines tuo arbitrio relinquo vt facias qcqd vis. Dic mihi q est consuetudo ppter quā exiuisti. qr oīno volo eam remouere. At ille. Hoc est q ita cito et q̄ncq ci⁹ moritur iuuenis sicut et senex nisi hanc remoueris nunq redibo. Nā quō pmittis me futurū heredē cū nō sum certus q plus viuere debeam q tu. qr ita cito moritur filius sicut pater. et ecōuerso. Quo audito ait pater. Fili. quō hanc ꝯsuetud. nē quā de⁹ introduxit possem auertere: et cōpunctus assūpsit habitum cum filio.

Quidā audiuit legere. Vixit adā nōgētis triginta annis et mortu⁹ ē. Exēplū. liiij.

Agn⁹ literatus qui

m dū semel audiret legi i ecclesia. Vixit adā nōgētis trigīta ānis et mortuus est: et cū scripturis q sequunt de morte illoꝝ q tm vixerūt. stupefac⁹ ptremit⁹ et ꝯpunctus ait. Deus me⁹ oēs moriunt etiā illi q tm vixerūt qd faciem⁹ et nos etiā moriemur: Hac ergo sctā doctrina et vtili cogitatōe ꝯpūct⁹ ordinē pdicatoꝝ itrauit cui⁹ vita q sctā doctria q vtil et q clara fuit notū ē toti ordini et eccle dei. Quidā vidit sepelire defūctū et cōpunctus est. Exemplum. lv.

Uit quidā frater

florentie nobilis genere: s; nobilior moribus in orōe deuot⁹. i pdicatione gratios⁹. qui sue ꝯuersionis retulit cām hāc fuisse. Cū studeret bononie ꝯtigit cū quidā funeri iteresse: et dū corp⁹ traherent de feretro vt i tumulū ponerent vidēs caput depēdi. et q quasi res ianimata et vilis et fetida sub terra cito abscondebat. ꝯpunctus et inspiratus a deo mortis memoriam et timorem concepit vnde ordinem predicatorum ingressus est. et vitam sanctā consummauit in eo.

In discipulo de tpe.

Filius comitis quidā vidit cadauer patris sui. et sic compunctus deseruit mundū. Hoc quere sermone. cxxvi. N.

Itē filius comitis q studēs pisi⁹ fuit i agone nimiū occupauit se cū paterna hereditate et sic dānatus est. qre sermone. cxxiiij. A.

Itē fili⁹ comitis qdā dixit i agone q qd ē mūd⁹. iā eni posse multos hospitari et nescio vbi illa nocte pnoctabo. qre ser. cv. I.

Itē rex frāce q cū oibus diuitijs suis nec i inducias vnius hore i agone obtinere potuit quere sermone. cxviij. K.

Item qdam dixit i agone. nō sunt tot calami i tecto horrei quot diaboli circa me sūt. Hoc qre sermone. cxv. I.

Itē qdā desperauit i agone. et reputabatur ab hoi⁹ quasi sctūs. qre ser. cxxiij. T.

Itē qdā valde fleuit i extremis et penitentiā egit: s; solummō ex timore mortis et pene iferni et nō ex amore dei. qre ser. dvi. B.

Item fossor quidam cadauer percussit plenū vmib⁹ et capita retraxerunt: et ille ꝯpūct⁹ vitā emendauit. qre sermo. cxv. D.

Itē heremita senex q didicit mori in heremo et qd sit bene mori. qre ser. cxv. M.

Mors bonoꝝ. Angeli deduxerūt aīaz sine dolore. Exemplū. lvi.

Egit eni in vitas

l patrū q cū qdā pr̄ desideraret videre quō aīa iusti de corpe egrederet transiēs p quādā villā vidit quedā pegrinuz solū in platea iacētē et in extremis laborantē cui angeli michael et gabriel vnus ad dexteram alius ad sinistram assistentes. rogabant animam de precepto domini de corpe egredi que timens non libenter corpus dimittebat. Et dixit gabriel ad michaelem. Sume aīam vt egrediatur. Respōdit. Missi sumus

vt sine dolore ꝛ violētia eijciat. Et cū clama-
ret ad dn̄m. misit de⁹ cytharedā dauid cū can
torib⁹ hierusalē. quoꝝ cant⁹ audiēs aīa exiēs
inter man⁹ āgeloꝝ cū gaudio ī celū deducta ē
ꝛ de hoc etiā bernardus pulcre loqtur in cō-
templationibus dicens. Diligūt suos conci-
ues superne potestates ꝛ ꝓ his q̄ hereditatē
capiunt salutis solicitudinē gerunt gauden
ter. ꝯfortant. instruūt ꝓtegunt hominib⁹ mi-
nistrant et prouident. Ipsi em̄ desiderant ad
uentum nostrum. qm̄ de nobis expectant eo
[illegible] restaurari. diligēter querūt. ꝛ cu
[illegible] nobis. solicite discurrūt
[illegible] nostros gemitus fide
[illegible] ſe eiꝫ nostri eē non dedi
[illegible] qa [illegible] sunt nostri facti custodes.

Frat[er] q̄dam digito indicauit xp̄m esse pre
sentem in agone. Exemplū. lvij.

[E]rat quidā frater

e ordinis ꝓdicatoꝝ ī burgensi flādrie
domo grauit̄ infirmat⁹. cū letissimo
vultu appropīqre videret̄ morti. q̄dā frater
cū lacrimis eū flagitauit. vt si q̄d ꝯsolatōnis
īternus accepisset a dn̄o sibi dicere dignaret̄.
Cui ille silere non valēs p̄ gaudio inq̄t. Uere
accepi. qꝛ dn̄s iesus xp̄s se morti mee p̄sētia-
liter adesse ꝓmisit. Cui frater. Ego inq̄t ꝑ eū
dē dn̄m te ꝯtestor vt mihi digito vel nutibus
innuas cū eū videris p̄n̄tem. Cui ille inq̄t. fa
ciā libēter. siq̄dem ꝓmiserit de⁹. Hic postmo
dū tercia morbo īgrauescēte tabula ꝑcussa ē
ꝛ fratres ī īfirmariā currebāt. p̄stolātibus er
go ꝛ orātib⁹ fratrib⁹. frater moriēs digitū cū
manu ad certū locū extendit. ꝛ circūfusis ocu
lis cū cantu letissimo dicere cepit. In galilea
ibi eum videbitis sicut dixit vob. quo finito mor
expirauit. Hec in vitaspatrum.

Quidā dixit moriar fideliter. amicabilit̄. fi
ducialiter. ꝛ letanter. Exemplū. lviij.

[F]rater conradus

f quondā p̄or ꝯstantie ī theudonia in
īfirmitate grauissima mire pacie fuit
istud de cāticis subridēdo ꝛ cū pondere ꝛ cū
deuotōis dulcedine sepe reuoluēs. Dilectus
me⁹ mihi ꝛ ego illi donec aspiret dies ꝛ incli
nent̄ vmbre. Itē q̄ndecim diebus añ mortem
suā dixit fratribus suis. De hac īfirmitate sci
tote ꝙ in festo dn̄e nostre Marie ꝟgis mo-
riar. q̄d ꝛ factum est. quia in primis vesperis
natiuitatis marie virginis decessit. ꝛ in die
sepultus fuit. Ultimā missam dixerat de bea
ta virgine: ꝛ vltimā ꝓdicationē de eadem fece
rat. Hic congregatis fratribus ante ip̄m cū
cito mori deberet dixit. Scitote fratres mei ꝙ
ego moriar fidelit̄. amicabilit̄. fiducialiter. et
letanter. Q̄d exposuit sic. fideliter. quia in fi
de iesu xp̄i et sacramentoꝝ ecclesie. amicabili
ter. qꝛ ex quo intraui in ordinē spero ꝙ in dile
ctione dei ꝑseueraui. ꝛ p̄cipue semꝑ facere stu
dui q̄d sibi magis placere putaui. Fiducialiter.
quia scio ꝙ ad dn̄m vado. Letanter: quia
de exilio ad patriam. de merore ad gaudium
transeo sempiternum. Hec q̄re in vitaspatrū

Mori debem⁹ in timore dei. Exemplū. lix.

[L]egitur in vitaspa

l trum de quodam sancto patre. q̄
cū videretur valde timere de mor
te. q̄sierunt ab eo fratres quare timeret. Et ip
se r̄ndit in hunc modū. Fratres seruaui mā
data dei iuxta posse meū: sed homo sum ꝛ ne
scio vtrum placuerūt op̄a mea deo. ꝛ iō non
sum securus donec veniam ad eum.

Uirgo simplex vidit xp̄m ꝛ sanctos in ex-
tremis. Exemplū. lx.

[I]n diocesi Treue

i reñ. monasteriū quoddā situm est scti
monialiū in quo ex quadā antiq̄ cō-
suetudine nulla recipit̄ puella nisi sit. vij. an-
noꝝ vel infra. Ad ꝯseruationē em̄ simplicitat[is] q̄
totū corpus lucidū facit hmōi cōstitutio siue
consuetudo inoleuit. Erat aūt in eodē ceno
bio valde recens ꝟgo. q̄dā adulta: sed in reb⁹
humanis vel mundanis tam infātula vt vix
discernere posset inter pecudem et hoīem se-
cularē. eo ꝙ hmōi formaꝝ ante ꝯuersionem
nullā habuisset noticiā. Die igit̄ quadam dū
murū pomerij capra ascendit. quā illa videns
ꝛ q̄d nam esset prorsus ignorauit. Ait cuidā
sorori iuxta astāti. Quid est hoc. Illa cogno
scēs ei⁹ simplicitatē iocularit̄ r̄ndit. mulier ē
secularis. ꝛ addidit q̄n mulieres seculares se
nescunt cornua ꝛ barbas emittūt. Illa vero
sic esse putans aliq̄d didicisse gratulabatur.
Cumq; ꝑ hmōi exempla simplicitatis sepius
soroꝝ maturitatē temperasset. grauissimam
incurrit egritudinem. que cum sic iaceret vt
vix loq̄ posset visitāte se infirmaria. p̄io ver-
bo deinde signo vt citius recederet indicauit

Illa neutrū intelligente dum stupida staret panniculaz captiā sai cōplicās contra pect⁹ stantis piecit. Que mox ac si lapide percussa fuisset in terrā corruit. in qua dum sine sensu tpe aliquo iacuisset. erecta p fenestrā infirmā tis vicinā pspexit. Et ecce in cemiterio multitudo stabat dextrariorū sellas deauratas frenaqz aurea habentiū. Tuncqz in ipsa hora virgo agonizaret. sororib⁹ ppius accedentibus clara voce clamare cepit. Date locū: date locū. sinite dños istos accedere. Viderat enī cellā repletā personis mire decoris atqz splendoris: quarum vestimenta deaurata videbantur. Sicqz obdormiuit in domino.

Frat' q̄ euolauit sic sagitta i celū. exem. lxi.

Monach⁹ quidam ordinis pdicatorū alteri monacho sibi familiari post mortē apparēs i gl'ia m'ta. cū de statu suo requireret. Respōdit Nunq̄ sagitta de arcu emissa tam cito volare potuit ad locū destinatū: q̄ cito aīa mea de corpe egressa fuit ante deū. Nec mirū. annis enim quinquaginta xpo in ordine seruierat ad instar sagitte multos vulnerans salubriter exemplo recte et bone conuersationis.

Martir xpi propter thuribulum occisus est. Exemplum. lxij.

Vir quidā in lumbardia erat mire simplicitatis et circa sctōr loca maxime deuot⁹: q̄ cū ob nimiā simplicitatē p fatuo haberetur: et in oculis dei esset prudentissim⁹. q̄cq̄d de suis laborib⁹ vltra necessitatē nature et reseruare poterat. illud in visitādo infirmos et limina sancti iacobi in cōpostella: aut btōrū aplorū petri et pauli fideliť expēdebat. Tempe quo potuit boim pecora pauit. Et cū p senectute ad hoc min⁹ sufficeret. ostiatī mendicādo de elemosinis victitabat. nō recedebat de ecclia dū diuina in ea agerent. vñ ab oibus amabat. q̄ cū frequēti⁹ cōuersaret in quadā ecclia eiusdē ecclie thuribulū argenteū negligenti⁹ pendere cōspiceret. timēs tam de dāno ecclie q̄ sue cōscientie ait sacerdoti. Non secure hic pēdet tale thuribulū argēteū. dicente illo qz multis annis sine piculo illic pepēdisset. rñdit ille. Hoc sepe vna die euenit qd mille annis nō cōtigit. Quid plura? instinctu dyaboli thuribulū subtrahit. nō tñ pdicto viro fur tū iponit. Qd cū fur dño pmittente et seruo suo occasionē martirij pparante vendere nō posset nec auderet. sciens fur pdictū virū boiez esse simplicissimū et ecclesie illi⁹ notissimū cū secrete adijt. et q̄ ipse idē rapuisset vas pui⁹ sibi pstito iuramēto ne se pderet cōfessus est. Cui ille rñdit. da mihi thuribulū et ego illud nullo sciente bene restituā. Et si necesse fuerit etiā corp⁹ meū et aīam meā p te pono. His auditis fur thuribulū ei tradidit. qd ille sacco inuolutū sacculo suo inmisit. Qui plus solito ecclias pfatā frequentauerat: vt thuribulū caute et sine nota in loco suo ponere posset. Die vero q̄dā nimia tēpestatū violētia a forib⁹ ecclie q̄ tunc clausa fuerat depulsus. domū vicinā intrauit: et oblit⁹ d sacco inuētū est thuribulū in sacco suo. Requisitus de sacco cui⁹ esset: cū mētiri nollet. Rñdit. saccus est me⁹: sed qd in eo est vestrū est. ego thuribuluz nō suz furat⁹: nō tñ furē pdā. Et recitauit eis p ordinē q̄liter ad se deuenerit: et q̄d furi pmiserit. Dicētib⁹ illis. Lex ē lūbardie vt vel furē pdas: vl' furis penā subeas. rñdit. i manib⁹ vrīs suz. qd iustū est de me facite. Quē cū iudex inducere nō posset vt furē publicaret, capitali super eū data snīa: ante fores maioris ecclie tanq̄ sacrileg⁹ est decollat⁹. Cui⁹ corp⁹ in eodē loco est sepultuz: et deuote psone eā horā matutinaz cāt⁹ angelicos ibi audierūt. cereos ardētes viderūt. Insup et suauissimi odoris fragrātiā senserūt. Et epūs cū ceteris sup tumulū hoīs dei basilicā fabricari fecit. Et fiunt ibi miracula vsqz in hodiernū diez: ad laudem nominis ihū xpi. Hec Cesarius.

Sanctus pater vidit in agone pphetas: apostolos: et xpm. Exemplum. lxiij.

Quidam sctus pr in hora obit⁹ sui aspicientib⁹ discipul' subito cepit hilarescē: et pulcer et cādid⁹ apperere: et in leta vba prorūpe. Querētib⁹ illis cui loq̄ret. rñdit. nōne videtis sctōs pṫriarchas? Iterū illo loq̄nte et eis interrogātib⁹ rñdit. nōne videtis sctōs pphetas? Tertio dixit. ecce veniunt sancti apli. Quarto dixit: qz veniūt scti angeli. Ultio dixit: surgite qz ihs venit. et inť hec vba migrauit ad dñm.

Mulier q̄ vidit xpm i agone. Exem. lxiiij.

Refert etiaz btūs greg. de tharsilla amica sua. q̄ dū

ad diē venisset extremū. respiciēs sursum vidit ihm̄ venientē: et cū magna aīaduersione cepit circūstantib⁹ clamare: ꝛ dixit. Recedite recedite: q2 ih̄s venit. Cūq3 in eum tenderet quem videbat. sancta illa aīa a carne soluta est. Tantaq3 subito fragrantia miri odoris subsecuta est: vt ipsa suauitas cunctis ostenderet illic actorem suauitatis aduenisse.

Mors hoīm est amarissima. Exem. lxv.

Vidaȝ frat̄ ordi

q nis p̄dicatoꝝ cellā fr̄is alteri⁹ venientis intrauerat de nocte eo legēte. Frat̄ legēs suscepit aliū frēm superuenientē credēs eū venisse i sero ꝛ esse viuū: ꝛ tn̄ mortu⁹ erat in cōuentu q̄ multū distabat a cōuentu venetoꝝ. Tunc mortuus dixit. Ego nō sum viu⁹ sed modo sum mortu⁹. vn̄ scribas dieȝ et horā et ita inuenies. Dixit viu⁹. Dic mihi est ita vt dicit Aristo. Mors est vltimū terribiliū. R̄ndit mortu⁹. dicā tibi q̄d mihi accidit qn̄ moriebar. Et tunc poteris iudicare ꝙ mors est terribilior res mūdi. Qn̄ appropinquabā ad punctū mortis et fca tractuȝ. tunc perdidi sensus oīs. scꝫ visum. auditum ꝛc̄. Et tunc intellect⁹ me⁹ fuit tot⁹ subtilitat⁹: et oīa bona et mala q̄ vnq̄ feceraȝ fuerūt mihi p̄sentata añ oculos mētis mee clarissime. et tunc cepi in meip̄o cogitare sup̄ his: et multū dubitabā ꝛ timebā de salute mea. Interim venerūt angeli ex vna parte: ꝛ demones ex alia. ꝛ q̄libȝ volebat accip̄e aīaȝ meā: ꝛ sic stādo in illo puncto quo aīa recessit visuȝ est mihi: ꝙ ego essem subito raptus in loco tenebroso: ita ꝙ ego dixi. heu mihi: q2 damnat⁹ sum. Et stando sic modicū ego vidi quandā claritatem. in qua ego cognoui ꝙ aīa erat separata ꝛ stabat sup̄ cadauer: ita ꝙ nō erā in inferno. vn̄ hoc est certissimū ꝙ mors ē terribilissima res mūdi. postea viu⁹ interrogauit d̄ fide. r̄ndit ꝙ null⁹ saluat̄ nisi in fide ih̄u xp̄i.

In agone vidit homo omnia op̄a sua bona et mala. Exemplum. lxvi.

Vidaȝ rex hon⁹

